
GEOGRAPHIÆ VETERIS SCRIPTORES GRÆCI MINORES.

Cum Interpretatione Latina, Dissertationibus, ac Annotationibus.

VOL. I.



OXONIÆ,

E THEATRO Sheldoniano. MDCXCVIII.


M.Burg. d. et sculp.

Clásico 25 [illegible]



REVERENDO ADMODUM

IN CHRISTO PATRI,

AC

HONORATISSIMO DOMINO,

D. NATHANAELI,

DUNELMENSI EPISCOPO,

ET

BARONI *CREWE* De *STENE.*

HAUD ſane fuit (ampliſſime Præſul) cur dubitarem, cui hoc quicquid eſt operis dicari oporteret: cum Tibi (quod triſti adeo fatalique literis tempeſtate lætum in primis accidit) non una de cauſſa offerri debeat.

* Auctores

Auctores si respicis, qui oris omnibus maritimis perlustratis sui monumenta literis mandarunt; illi merito sibi videntur Tui vendicare patrocinium, qui antiquo illo Antistitum Dunelmensium jure Thalassiarchæ titulo gaudes & honore. Sperantque futurum, ut, post tabulas votivas potenti Maris domino suspensas, non sit quod ullam deinceps metuant injuriam; sed Tui favoris aura freti, eadem felicitate ora hominum pervolitent, qua maria omnia circumvecti fuerunt. Nec plane indigni sunt qui ad Te, natalium splendore, animique & loci celsitudine conspicuum, se recipiant; si quidem is, qui agmen eorum ducit, Regia (ut fertur) Majestate in illo decoratus fuerit imperio, quod Romano olim ambiguam fecit victoriæ palmam. Mei autem si inpræsentiarum ratio habeatur, non deerat profecto quod & me ad hoc qualecunque nuncupationis officium valde impulerit. A multis quidem annis vehementi flagravi desiderio publice testificandi, quantum SKIR-

LOVIO

LOVIO magno Tui anteceſſori acceptum debeo: cujus in me beneficiorum ea eſt magnitudo, ut iniquus prorſus ſim ſi non illa perenni cultu recognoſcam; ingratus, ſi non omni loco & tempore præclara ejus in mea ſtudiola merita prædicem. Ecquando autem magis opportune, quam cum de opere cura mea utcunque perpolito tecum agere neceſſe habeam? Aut cujus potius in ſinum grati memoriſque animi teſtimonium deponerem, quam illius, cui datum eſt eandem implere ſedem, eademque premere veſtigia? Accedit, quod verebar ne in literis humanioribus inaniter operam collocaſſe viderer, ſi in iis aliquamdiu verſatus, Illum literatorum parentem, Te eorundem fautorem optimum non ſuſpicerem & venerarer. Hæ mihi cauſſæ, cur ex umbra & ſeceſſu (pietatis obſequio potius quam cultus elegantia ſpectandus) in lucem conſpectumque Tuum prodierim: quas ſi, pro Tua illa admirabili humanitate, benignus audies, tum vero

mihi

mihi & ipſe plurimum gratulabor, quod ſalutem & incolumitatem Scriptoribus iſtis adferre licuerit, qui è rei literariæ naufragio quaſi emerſerunt: quodque ſimul oblata mihi fuerit occaſio palam omnibus teſtandi, Patronum mihi contigiſſe literis inſtaurandis natum, illi vero Succeſſorem inſtauratis tuendis augendiſque unice comparatum.

Amplitudinis Tuæ

Cultor devotiſſimus

Jo. Hudson.

LECTORI
S.

EN tibi, Lector, particulam operis istius, quod nonnulli, in veteri Geographia exercitatissimi, jam pridem polliciti sunt: negotiis tamen aliis vel fato præpediti, voti nos compotes non fecerunt. Utinam aut illi fidem liberassent, ut majori cum fructu & voluptate rarissima hæc antiquitatis monumenta perlegeres: aut mihi quoquo modo licuisset schedas eorum oculis usurpasse, ut minori saltem cum tædio processisset hæc, quam suscepi, Geographorum Græcorum editio. Verum cum ita factum sit, ut illi, qui ad hoc ingenio valebant & eruditione, promissis non steterint; nec ipse auctoritate summorum virorum, quos literis interpellavi, nancisci potuerim Holstenii lucubrationes, aut Is. Vossii commentarium, quo Hannonem & Scylacem fertur illustrasse: reliquum erat, ut sine illo apparatu, iis solum (quæ ad manum fuere) præsidiis instructus, Spartæ huic ornandæ memet accingerem.

Amicis ideo in consilium adhibitis, scriniisque meis excussis, optimum duxi (postquam opus in tria volumina partiri decreveram) Περίπλων *auctores præcipuos in hoc primum conjicere. Quod quidem, publice fide semel obstricta, prout ferebant ingenioli vires, prelo paravi & commisi: loco Auctorum cuique tributo pro ætatis ratione, qua ipsum floruisse credidi; donec clarior mihi lux affulserat ex Dissertationibus plane luculentis, quas mecum communicare dignatus est summus ille rei Chronologicæ arbiter, Henricus Dodwellus. Jam vero, peracto laboris improbi tædio, cum in eo sit volumen hoc ut edatur, quæ mihi dicenda supersunt (prolixius enim præfandi onere me levavit egregius Dissertator) paucis accipe.*

I. *Hannonem,*

PRÆFATIO.

I. *Hannonem, quem tibi primo offerimus, luci vindicavit Sigismundus Gelenius, Basileæ, anno* MDXXXIII. *sed quibus è latebris, illo tacente, nobis non datum est cognoscere. Latinam ejus versionem & Annotationum specimen aliquot post annis adornavit Conradus Gesnerus, & in lucem exire jussit cum Joannis Leonis Africa. Hæc tandem omnia ad prelum revocavit Abr. Berkelius, Lugd. Batavorum, anno* MDCLXXIV. *mantissæ loco additis Bocharti animadversionibus, ex secunda parte Geographiæ sacræ transscriptis.*

II. *Scylacem debemus curæ & industriæ Davidis Hæschelii, qui Scriptores bene multos è Codd. Bibliothecæ Palatinæ & Cl. Hervuorti cum notulis suis edidit Augustæ Vindelicorum, anno* MDC. *Interpretatum, & castigationibus doctissimis illustratum dedit Is. Vossius, Amstelod. anno* MDCXXXIX. *cum juvenis admodum esset, sed provectioris ætatis judicium nactus. Ultimus omnium Cl. Gronovius, optime de Græcia meritus ac porro meriturus, Scylaci manum admovit, & plurimis in locis pulchre emaculatum publico impertivit, Lugd. Bat. anno* MDCLXXXXVII.

III. *Agatharchidem descriptum habes ex Photii Bibliotheca, cum Rhodomanni interpretatione: quod Excerpta illius longe auctiora fuerint apud Photium, quam in Editione principe H. Stephani, Parisiis, anno* MDLVII. *aut in altera ejusdem, Parisiis, anno* MDLXXXXIV. *aut in Oxoniensi illa, quam accuravit, & versione fideli & eleganti donavit Brettus nostras, anno* MDLXXXXVII.

IV. *Arriani Periplum Ponti Euxini, & alterum Maris Erythræi eidem vulgo adscriptum, Gelenio prius laudato una cum Hannone acceptum ferebat orbis eruditus. Utrumque recudi fecit Guil. Stuckius, Lugduni, anno* MDLXXVI. *cum interpretatione & immani Commentariorum mole. Novissime autem Nic. Blancardus Amstelod. anno* MDCLXXXIII. *sine nova aliqua accessione, nisi quod Stuckii versionem paulo negligentiorem aliquot locis recognoverit.*

V. *Periplo maris Erythræi ob argumenti similitudinem*

nem subjunxi Nearchi paraplum ex Arriani Indicis desumtum, & ope Codicis MS. Bodleiani sæpiuscule emendatum. Potuimus etiam, si id nostri fuisset instituti, variantes lectiones ad reliqua Arriani delibasse; quæ obscura multa luce perfunderent, & maculas non paucas tollerent inveteratas.

VI. *Marcianum Heracleotam tibi damus ab Hœschelio, una cum Scylace & aliis quibusdam publici juris factum: cæteris tamen hac in re infeliciorem, quod ante me neminem vindicem invenerit aut interpretem. Utinam ne non tam queratur de fœda barbariei tempestate, quæ tot illi inflixit vulnera; quam de ejus imperitia, qui medicinam facere, Latioque illum donare aggressus est. Sane iteratam optime commeruit editionem, cum præter duos libros priores (quibus Ptolemæi vestigiis pressius insistit) complectatur Epitomen Artemidori Ephesii & Menippi Pergameni. quam ob causam Fragmenta eorundem ex variis auctoribus, qua potui fide & diligentia, excerpsi, & adjicienda curavi.*

VII. *Anonymi periplum Ponti Euxini postremum tibi sistimus: quem ex Bibliotheca Salmasii cum Annotationibus publicavit, & Scylaci adjunxit Is. Vossius; uti & post eum in nupera Scylacis editione Cl. Gronovius. Qualis autem fuerit, ex præfationibus eorundem in calcem libri rejectis, satis dignoscitur.*

Dum universa hæc in fasciculum congessi, in primis curæ mihi fuit Textum cujusque (qui e prelo sæpius prodiisset) ad exemplar emendatissimum exprimere: ita tamen ut aliquando lectionem eliminatam reducerem, & male affectæ loco meliorem reponerem; reliquarum editionum varietates, ibidem & alibi passim occurrentes, subinde indigitans. Interea temporis, Hœschelii, Vossii, Bocharti, Palmerii, Gronovii Annotationes prolixiores in unum corpus collegi: stricturis breviusculis ad imam cujuslibet paginæ partem subjectis. Hisce vero adspersimus notas Gesneri, Stuckii, Blancardi selectas, ac quicquid insuper ad cultum & lucem auctorum aut observavi

ſervavi ipſe, aut ab aliis obſervatum eſſe inter legendum deprehendi. Hanc tamen mihi poteſtatem (Muſis Gratiiſque haud improbantibus) permiſſam eſſe credidi, ut ſi quod gravius & acerbius dictum viris doctis exciderit, id ſtatim liceret molliori verbo lenire, aut falce demum reſecare. Neque id mihi diſſimulandum, quod Voſſii obſervationes quaſdam ad Anonymi periplum (qui pleraque hauſit ex Πεϱιηγήσει *Marciani, ceu potius Scymni Chii) conſulto hic prætermiſerim, & proximo volumini (ubi locum habituri ſint commodiorem) reſervaverim. Denique ut literarum ſtudioſos cumulatius adhuc demerear, Indicibus in eorum uſum confectis, brevique Omiſſorum & Corrigendorum appendice opus claudo. Te, Lector, ulterius non morabor, niſi tantiſper dum rogavero, ut mihi indicium opuſculi alicujus Geographici facere non graveris, ſi quod alicubi forte in Bibliothecis* ἀνέκδοτον *latere noveris. Vale.*

HEN-

HENRICI DODWELLI

DE

GEOGRAPHORUM,

QUOS

Primum hoc Volumen continet,

ÆTATE & SCRIPTIS

DISSERTATIONES.

HENRICUS DODWELLUS

EDITORI S. P.

COmpertum habes (*V. C.*) *quàm ſim vel uni oneri ferundo impar. Et tamen, ecce,* nova *onera accumulas, ne quidem penſis priſtinis ad* finem *perductis. Nondum abſolvi quæ in tuum meditatus ſum* Thucydidem, *& jam vocas ad* Geographos. *Facit nimirum tua illa in me* benevolentia, *ut, cætera* æquiſſimus, *ſis tamen* virium *mearum arbiter parum æquus. Vides inde quàm ſim in rogatis tuis implendis* tibi *facilis,* mihi *autem* ipſi *durus. Non poſſum equidem tuæ vel* Amicitiæ *quidpiam facile negare. Et tamen habes præterea* (*quæ tecum faciunt hac in cauſa*) *alias quoque valentiſſimas apud* me *rationes*: Rei *nimirum* Literariæ publicæ *ſtudium, & benevolentiſſimæ in me* Academiæ. *Utinam his etiam aliquatenus inſervire noſtra poſſent! Hoc ut aſſequar, ne quidem ſpem* omnem *prorſus adimunt tantillæ meæ vires.* Minuunt *illæ quidem eam ſpem quæ ab* homine *pendet*; *eò tamen magis illam* augent confirmantque *quæ in* Deo *reponitur. Nos enim* Deum *colimus, qui* humilibus dat gratiam, *&* potentiam *ſuam maximam elucere facit in* inſtrumentis *omnium* contemtiſſimis. *Hac lege, cum Apoſtolo, mea* infirmitate *etiam* gloriabor, *dum faciet illa ad* Dei *gloriam. Vale.*

SUMMA
DISSERTATIONUM.

DISSERT. I.
De ætate Peripli Hannonis.

§. I. V. Cl. *Is. Vossii* de hujus Peripli *antiquitate* sententia. §. II. Nihil habebant cum *Perseo*, aut cum *Persei Gorgonibus*, commune *Hannonis Gorillæ*. §. III. Fabulam de *Gorgonibus*, multis post *Perseum* sæculis, primus excogitavit *Hesiodus*. §. IV. Nullam *Historiam* ob oculos habuisse videtur, cum fabulam de *Gorgonibus* comminisceretur, *Hesiodus*. §. V. *Gorgonum locus* prorsus *fictitius*. Primi, post *Hesiodum*, sedem earum in *Cyrenaica* statuisse videntur. §. VI. *Juniores* deinde alii ad *Cyrenen* aliam in freto *Gaditano* sitam *Gorgonas* retulerunt. §. VII. *Recentior* prædictis sententia de *Cyrene* aut *Cerne Atlantica*, quam tamen sequitur *Hanno*. §. VIII. Qui *Cernen*, vel *Gorgonas*, in *Oriente* & Mari *Erythræo* statuerint, *Hannone* juniores erant. §. IX. Sic tamen erit *Hanno* multo, quam volebat Cl. *Vossius*, recentior. Et falli etiam evictus, quod *loca* memorarit plane *commentitia*. §. X. *Suspectus* erat, etiam apud Veteres, *Hannonis* ille *Periplus*. §. XI. Nullum *Hannonis* vestigium in *fluvio* Gorgonum *Palæphateo*. §. XII. Locum prope *Cernen Hannonis* nullum habere potuit *Anno Palæphateus*. §. XIII. Nihil faciunt *Phœnicum* coloniæ extra columnas *Herculeas* à *Strabone* memoratæ ad *Hannonem*. §. XIV. *Didone* antiquiorem *Carthaginem* fuisse, non est verisimile. §. XV. Committitur cum Chronologia *Sacra* Chronologia Regum *Tyriorum*. §. XVI. Prædicta Chronologia *Tyriorum* adstruitur è *Josepho*. §. XVII. Inde *annus* colligitur quo fugerit è patria *Dido*. §. XVIII. Inter *Olymp.* XCII, 4, & *Olymp* CXXXIX, quærendus est *Hanno* hujus *Peripli* dux. §. XIX. Collegam habuit hic *Hanno Himilconem*. In *Agathoclis* Bello duces erant tam *Hanno* quam *Himilco*. §. XX. *Peripli* hujus meminit *Xenophon Lampsacenus*. Sed ejus *ætas* incerta. §. XXI. Primus meminit Auctor Operis περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, *Aristotele* ipso, non multo *junior*. Forte *Theophrastus*. §. XXII. *Scylax* non ex *Hannone*, sed ex antiquioribus Hannone *Phœnicum* Periplis, sua hausit. §. XXIII. *Periplum* post *Hannonis* mortem, sub illius *nomine* confinxit *Græcus* aliquis *Carthaginiensium* studiosus. §. XXIV. Periplus *hodiernus* à *Veterum* Periplo, qui sub *Hannonis* nomine confictus est, in multis admodum *mutatus* est.

DIS-

DISSERT. II.

De ætate Peripli Scylacis.

§ I. *Alius* eſt à *Scylace Caryandenſi Herodoteo* juniorum *Scylax Caryandenſis.* §. II. *Perierat* vetuſtior ille *Scylax.* Noſter autem pro eo à *junioribus* acceptus, qui *duos* fuiſſe *Scylaces Caryandenſes* ignorabant. §. III. Ex illo *errore* fluxit, quod *noſtrum* hunc Periplum *Dario* inſcriptum crediderint *recentiores.* §. IV. *Alium*, præter *Herodoteum Scylacem Caryandenſem*, neminem agnoſcunt *Veteres* præter illum qui ſcripſit in *Polybium.* Is ergo Peripli noſtri *Auctor* habendus eſt. §. V. Non *potuit* Maris *Mediterranei* Periplum ſcribere *Scylax*, ſi adeo fuiſſet, quam volunt, *antiquus.* §. VI. *Emporia Carthaginienſium* in *Hiſpania* recentiora illis temporibus, quibus volunt ſcripſiſſe *Scylacem.* §. VII. Κελτοὶ ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας paulo antiquiores *Polybio.* §. VIII. *Leucadem inſulam* memorat *Scylax*, qualis facta eſt ſub *ſecundo* demum *Philippo Macedone.* §. IX. *Meſſenes* Urbis mentio illum arguit ſaltem *juniorem* fuiſſe *Epaminonda.* §. X. E mentione *Corinthi* & *Carthaginis*, colligitur anno *Varr.* 608 ne quidem potuiſſe eſſe *juniorem.* §. XI. Meminit idem *Scylax* Urbis *Cii*, à *Philippo Macedone* anno *Varr.* 553 *exciſæ*, poſtea vero à *Pruſia Bithyniæ* Rege ſub novo *Pruſiadis* nomine *reſtauratæ.* §. XII. *Tyri* meminit *Scylax* ſub *inſulæ* nomine, quæ tamen ab *Alexandro* M. facta eſt *peninſula.* §. XIII. Hunc *Periplum* non ipſe navigavit *Scylax*, ſed ex aliis *ſingularum partium* inter ſe commiſſis *Periplis* pro *Mari Mediterraneo univerſo* ipſe confecit. §. XIV. Θῆβαι τεῖχος Auctoris qui inter *Ol.* CXI, 2, & *Ol.* CXVI, 2, ſcripſerit. §. XV. *Urbes* ſæpe *antiquioribus*, quam pro *ſua ætate*, nominibus recenſent *Excerptores*, qualis erat *Scylax.* §. XVI. *Hodiernus* Periplus ſatis apte reſpondet primi Auctoris *conſilio*, convenitque cum *Perſona* ac *ætate Scylacis Polybiani.* §. XVII. Qualis fuerit *Scylacis Periodus.* Tam *Periodum* quam *Periplum* videtur ſcripſiſſe *juvenis.* §. XVIII. Quæ habet *Scylax* de ora Africæ *externa*, non ex *Hannone* videtur accepiſſe, ſed potius à *Polybio.*

DISSERT. III.

De ætate ſcripti Agatharchidis *de* Rubro Mari.

§. I. *Agatharchides* ſub *Ptolemæo Philometore* duntaxat *adoleſcens.* §. II. Idem *ſenex* cum de Mari ſcriberet *Erythræo.* §. III. Scripſit *Agatharchides* ſub *Ptolemæo Alexandro*, cujus *Tutor* fuerat. Proinde inter ann. *Varr.* 649, & *666.* §. IV. Sub *Alexandri* initio Regi *Ægyptio* parebat *Syria cava*, quæ non parebat *Ptolemæo Dionyſio.* §. V. Et quidem *initio Alexandri* ſcripſit *Agatharchides* ann. *Varr.* 649, vel 650. Paulo ante *Artemidorum.* §. VI. Series accuratiſſima Succeſſionis Regum *Ægyptiorum*, ab initio *Philometoris* ad finem *Cleopatræ*, è *Porphyrio.*

DIS-

DISSERT. IV.

De ætate & auctore Peripli Maris Erythræi

§. I. *Salmasius* ipse, in hac causa, *dubius.* §. II. *Trajano* junior erat hujus Scripti Auctor. §. III. Ne quidem *natus*, cum *Arabiam* subjugaret *Trajanus.* Proinde *Arriano* junior. §. IV. *Scripsit* noster, ut videtur, sub *Marco* & *Vero.* §. V. Non potuit *Augustus* ille fuisse *Cæsar*, cujus meminit Auctor *Peripli.* §. VI. Novum *Taprobanes* nomen nescire potuit *Ptolemæo* paulo senior *Arrianus.* §. VII. Multa primus prodidit *Ptolemæus*, quæ *decessores* ejus latuerant. §. VIII. Alia erat Insula *Palæsimundi* à *Taprobane Ptolemæi.* Quod tamen nescivit ipse *Ptolemæus.* §. IX. Unde evenerit, ut de *Taprobane* adeo sibi non constarent *Veteres.* §. X. Insula *Palæsimundi* sub *Claudio* detecta, *cur* Salica postea fuerit appellata. §. XI. *Situs* Insulæ *Palæsimundi* inter *ostia* fluvii *Nanagunæ.* Longe *alius* à *situ Ceilanis*, quæ *Taprobane* erat *Ptolemaica.* §. XII. Hujus *utriusque Taprobanes* notas confundit *noster*, proinde *Ptolemæo* saltem *coævus.* Quod facit etiam *Marcianus Heracleota* Ptolemæo *junior.* §. XIII. Noster *Veterum* errores nullos correxit è *coævis.* §. XIV. Quod *Regum* eorundem meminerit *noster*, quorum meminit *Plinius*; non proinde sequitur illum *Plinio* fuisse *coævum.* §. XV. Sæpe *nominibus* Regum, qui *olim* decesserant, *Regiones* solent designare *juniores.* §. XVI. *Indicæ* Navigationis *compendium* sub *Claudio* invenit *Hippalus Alexandrinus.* §. XVII. Habet noster alia *Hippalo*, ipsoque *Plinio* recentiora. §. XVIII. *Ceprobotis* & *Pandionis* nomina in *Regnis* illis fuisse videntur *hereditaria.* §. XIX. Ita ni fuisset, *Pandion* certe non *Plinii* vixerit temporibus, sed *Augusti.*

DISSERT. V.

De ætate Peripli Maris Euxini.

§. I. Sub *exitum Hadriani* de Mari *Euxino* scripsit *Arrianus.* §. II. *Arrianus*, cum hæc scriberet, *Provinciam* habebat *Cappadociam.* §. III. *Cappadociæ* anno *Hadriani* XX° præerat *Arrianus.* §. IV. *Initio* præfecturæ ante Bellum cum *Alanis*, ann. *Chr.* 137, hunc *Periplum* scripsit *Arrianus.* §. V. Horum certe *temporum*, & hujus etiam *Principis* indolem referunt quæ hoc in *Periplo* tradit *Arrianus.* §. VI. *Arrianus* hic *Peripli* Auctor, & Præses *Cappadociæ*, idem cum Philosopho *Epicteti* Discipulo. §. VII. Prima *Arriani* Scripta de *Epicteto*, paulo post mortem *Epicteti.* §. VIII. *Scriptis Arriani* recentiores erant ejusdem *honores.* §. IX. *Epictetus* sub *Hadriano* mortuus. §. X. *Mortuus* antea quam nasceretur *Gellius*: qui tamen sub *Hadriano natus*, floruit etiam sub *Pio*, temporibus *Hadriano proximis.* §. XI. Mortem *Epicteti* sub *Hadriano* statuendam etiam è *Luciani Demonacte* colligitur. §. XII. *Epictetum* ab anno Ær. *Chr.* 104 audivit *Arrianus.* §. XIII. Anno *Chr.* 147 *secessus Arriani* post *honores*, quo *postremas* scripserit *Historias.*

§. XIV

§. XIV. *Arriani* honores *Romani* non adeo *Legibus* Romanorum *Annalibus* congrui, quam eorum qui *primo* ortu fuerant *Romani*. §. XV. Scripsit *Arrianus* de *Alexandro* M. aliaq; *Historica* post *Secessum*. §. XVI. *Marci* tempora fortassis attigit *Arrianus*. §. XVII. In Chronico *Paschali* pro *Africano* forte reponendus *Arrianus*.

DISSERT. VI.

De Arriani Nearcho.

§. I. Scripsit, ut videtur, *Nearchi* Periplum *Arrianus*, paulo post Expeditionem *Alexandri* M. antea quam innotesceret Geographia *Ptolemæi*. §. II. Nec nomina locorum *omnia* complexus est *Arrianus*, quæ apud ipsum repererat *Nearchum*. Et tamen viceversa locorum *spatia*, quæ nulla fuerant in ipso *Nearcho*, ipse addidit. §. III. Cur *spatia*, quæ nulla erant in *Nearcho* & *Onesicrito*, illis tamen tribuerint *juniores*. §. IV. Nullæ erant in *Nearcho*, vel *Onesicrito*, continuæ *mansiones*. §. V. A *Juba* Rege ad *Romanos* emanavit tam *Nearchi* Paraplus, quam *Onesicriti*. §. VI. Primus *Nearchi*, non tamen *Parapli* ejus, meminit ante *Jubam Diodorus*. Et *scripti* meminit à *Nearcho* Parapli proximus *Jubæ Strabo*. §. VII. Ignotus *Nearchus Agatharchidi*, *Eratostheni*, primisque rerum *fabulosarum* collectoribus. §. VIII. Proximis *Alexandro* temporibus *Indus* cum *Nilo* junctus credebatur. Quod *credi* non potuit, si ullus *tunc* fuisset *Nearchi Paraplus*. §. IX. Sub *postremis* præsertim *Ptolemæis* confictæ pleræque de *Alexandro* Historiæ. Certe hæc *Nearchi*. §. X. *Paraplus Nearchi* majoris Operis erat tantummodo *pars*: uti etiam *Onesicriti*. §. XI. *Onesicritus* etiam falso *suspectus*.

DISSERT. VII.

De scriptis & ætate Marciani Heracleotæ.

§. I. *Itineraria* collegit *Marcianus*, forte *Occidentalis* atque *Orientalis* Imperii. §. II. Contraxit, suppleritque Geographiam *Artemidori*. §. III. Similiter fecit in *Menippo*, qui *Marciano* ipso non *multo* senior fuisse videtur. §. IV. De *Menippi ætate* alia. §. V. Opus *Marciani* hic Editum aliud ab ejusdem *Artemidoro* & *Menippo*. Ætas *Protagoræ*. §. VI. Multa *aliena* immista habet hoc Opus *Marciani*. Nonnulla etiam ex ejus *Menippo*. §. VII. *Menippus* forte sub *Commodo*. §. VIII. *Formæ* quibus *Marciani* Scripta designantur à *Stephano*. §. IX. *Medius* inter *Menippum* & *Marcianum Agathemerus* antiquior *Constantinopoli*. §. X. *Scholiastes Apollonii* junior *Marciano*, quarto saltem Sæculo *exeunte* antiquior. §. XI. Noster *Marcianus* antiquior, ut videtur, *Marciano Synesii*; eoque qui floruit sub *Valente*.

DIS-

DISSERT. VIII.

De Periplo *Anonymo Euxini* Maris.

§. I. *Scymni Chii Iambus* an noster *consuderit* incertum est. §. II. *Arriano*, quem in multis sequitur noster, proinde junior *Anonymus*. §. III. Periplus *Euxini* Maris ab *Arriano* scriptus non est (ut Cl. *Vossio* videbatur) *mutilus*. §. IV. *Romana*, quæ adhibet noster, *miliaria* à *veterum Romanorum miliarium* forma plane *aliena*. §. V. *Miliaria* illa è *Græcorum juniorum ratiociniis* nata. Et quo demum *progressu*. §. VI. Et quidem, ut videtur, *Constantinopolitanorum*. Sed paulo ante *nomen* ipsum *Constantinopolis*. §. VII. Proinde hujus Peripli Auctor esse non potuit *Alypius*, cujus meminit *Julianus* Apostata. §. VIII. Locorum *eorundem* nomina diversis *linguis* poterant sibi invicem fuisse *coæva*. §. IX. *Daphne Sosthenii* ad discrimen *Daphnes Antiochenæ*: antiquior ipsa *Daphne Sergii* suburbio *Constantinopolis*. §. X. *Aulæi teichi* novum nomen *Thracæ* post *Arrianum*, sed ante tabulas *Peutingerianas*. *Apolloniæ* nomen apud *Marcianum Heracleotam*. Eadem *Sozopolis* tempore forte *Constantini*. §. XI. Potuit hic noster *Byzantii* nomen usurpare, etiam postquam condita esset *Constantinopolis*.

DISSER-

DISSERTATIO PRIMA.

De vero *Peripli*, qui *Hannonis* nomine circumfertur, *tempore*.

§. 1. V. Cl. *Is. Vossi* de hujus Peripli *antiquitate* sententia.

HANNONEM longe, quam vulgo habebatur, ***antiquiorem*** censuit Vir sane Maximus, mihique (dum in vivis esset) amicissimus *Isaacus Vossius*. Nunc enim illum ducem fuisse credidit in expeditione quam *Phœnicibus* tribuit *Strabo*, paulo post excidium *Trojanum*: nunc rursus facit *adhuc* antiquiorem, & *Perseo* æqualem, cæsæque à *Perseo* [1] *Gorgoni*. Proinde commentario perpetuo Geographum hunc (quem omnium antiquissimum arbitratus est) illustrare decreverat. Hæc nos docent ingeniosissimæ illius in *Melam* Observationes. Utinam fidem liberasset. Edidisset enim & alias sententiæ suæ rationes, & multa alia proculdubio docuisset scitu dignissima Vir *Geographiæ veteris* peritissimus. Nunc illas tantummodo *rationes* illius compertas habemus, de quibus *obiter*, aliudque agens, monere dignatus est. Dignas tamen quæ ad examen revocentur.

§. 2. Nihil habebant cum *Perseo*, aut cum *Persei Gorgonibus*, commune *Hannonis Gorillæ*.

Perseo coævum fuisse suspicatus est, quod *Gorgonis* à *Perseo* detruncatæ Historiam omnem ab *hirsutis* hisce *Hannonis mulierculis* emanasse crederet. Id si verum, sic *Hercule* ipso fuisset antiquior. Unde ergo mentio *columnarum Herculearum* in ipso *Periplo*? Aliquot certe Epochis *Hercule* antiquiorem *Perseum* censet *Clementis Alexandrini* [2] *Thrasyllus*. Imo *proavum* Herculis *Maternum* facit [3] *Diodorus*. Sed *Gorillas* hirsutas hasce mulieres appellatas testatur [4] *Hanno*. Non tamen habet cum *Gorgonum* nomine adfine quidpiam illud nomen, ut censuit Vir doctissimus. *Gorillas* illas appellabant, non *Græci*, ne quidem *Pœnus* ipse *Hanno*; sed *Interpretes Lixitæ*. Vocem ergo *Afram* fuisse verisimillimum est *Gorillarum*, cum tamen *Græca* sit appellatio *Gorgonum*. Ego ne quidem *res* ipsas invicem affines fuisse suspicor. De *pellibus* Gor-

1 De Magnitud. *Carthag.* p. 52. 2 Ap. *Clem. Alex.* Strom. I. 3 *Diodor.* L. IV. p 151. D. 4 *Hann.* p. 5.

gonum *hirſutis*, nihil quicquam *Græci Mythologi*. Ad *vultus* Gorgonum ſpectant omnia quæ in *Gorgonibus* horrenda fabulantur fuiſſe *Poetæ*. *Vultus* enim nomine *caput* complectimur univerſum, quod fecere etiam Veteres. Et ſane ab *oculorum* acumine, & vultus *torvitate*, Gorgones appellatæ ſunt, quæ duæ ſunt hujus vocis, apud *veteres*, ſignificationes, nihil habentes commune cum *pellibus hirſutis*. Sic *Ægidum* πρόσωπα prima ſua ſignificatione denotabat vox Γοργόνες, ut ex *Heſychio* colligitur; inde pro ipſis uſurpabatur *clypeis*. Ita Γοργεῖα πρoσωπεῖα *Heſychio*. Τὰ γοργόνεια πρόσωπα vel μορμολύκεια Auctori *Etymologici Magni*. Quod Tragœdorum *larvas* deſignarit, uſum illum à *Dorienſibus* emanaſſe docet *Suidas*. Γοργὰ (inquit) παρὰ Δωριεῦσι, τὰ τῶν ὑποκριτῶν προσωπεῖα, τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς Τραγῳδῶν. Nihil ergo eſt neceſſe ut à *Barbaris* vocis hujus originem arceſſamus, cujus origo tam facilis peti poteſt ex uſu *Græcæ* vocis inquilino. Sed ne quidem illud certum eſt, *Perſei* temporibus ullas fuiſſe *Gorgonas*. Nullæ erant certe unquam, quæ *Perſei* temporibus *propinquæ* fuerint, *Hiſtoriæ Græcorum*, ut alibi [1] obſervavimus. Imo nulli, qui vel olim extiterint *Poetæ*. Fallitur autem Vir doctiſſimus, cum ex *Hiſtoriis* Poetarum fabulas *ortum* duxiſſe cenſet. Id enim quo pacto fieri potuit, cum tempus *Mythicum Hiſtorico* antiquius agnoſcat apud *Cenſorinum* [2] *Varro*? Cum *Poetas Græcorum* eorundem *Hiſtoricis* antiquiores fuiſſe manifeſtum ſit? Cum *Hiſtorici*, quo *antiquiores* ſunt, eo ſint etiam *fabulis* addictiores? Vel inde colligitur vice verſa, à *Poetarum fabulis* ortum accepiſſe primos *Hiſtoriæ* pedeſtris Auctores; non autem ab *Hiſtoriis* anſam accepiſſe *Poetas*.

§. 3. Fabulam de *Gorgonibus*, multis poſt *Perſeum* ſeculis, primus excogitavit *Heſiodus*.

Hæc autem de *Gorgonibus* fabula, quamvis *Perſeo* à Mythologis affixa, *Perſei* tamen *Seculo*, multis etiam *Seculis*, recentior eſt. Primus enim illam excogitavit *Heſiodus*. Proinde aliò Γοργὼ, cujus meminit *Homerus*, retulere Grammatici. *Heſychius*: Γοργὼ, γοργότης. Πέπλασται δὲ ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς, ὡς ζηλοχρόνου. Rationem hujus obſervationis addit illam, ſententiæ noſtræ plane congruam: Τὰ γὰρ περὶ τὴν Δανάην, καὶ τὸν Περσέα, καὶ τὰς Γοργόνας, Ὅμηρος οὐκ οἶδε. Hîc ſane ſe de *Danae*, ipſoque *Perſeo*, dubium oſtendit hic, quicunque demum fuerit *Homeri Scholiaſtes*, pariter ac de *Gorgonibus*, ulline unquam in rerum natura fuerint, antea quam de illis *fabulas* cominiſceretur *Heſiodus*. Perperam, ſi vera fuiſſet ſententia Magni *Voſſii*, anſam *Poetas* fabularum ſuarum è vera *Hiſtoria* ſemper accepiſſe. Sic enim nihil obſtitiſſet quo minus *Danae*

1 Prælect. Inaug. & Diſſ. III. §. 2. de Vet. *Græc.* & *Rom.* Cyclis. 2 Ap. *Cenſorin.* c. 21.

Perſeuſque

Perſeuſque Homero innoteſcere potuerint, cum tamen nondum *Perſei* in *Gorgonas* expeditionem confinxiſſet *Heſiodus*. Nec porro ex *Hiſtoria*, ut volebat Vir ſcientiſſimus, *Barbara Gorgonas* ſuas exſculpſiſſe *Heſiodum*; ſed è vocis potius *Græcæ* Etymo, docet idem *Heſychius*, vel potius *antiquior* aliquis, cujus ſcrinia compilarit *Heſychius*, *Homeri Scholiaſtes*. Sic enim habet, paucis interpoſitis: Γοργείην κεφαλὴν ὃ τὴν Γοργόνα, ἔκπληκτον, ἀλλὰ Γοργώπην τινα καὶ φοβητρον. Ἡσίοδος δὲ πλανηθεὶς, ἀνέπλασεν ἐκ τούτου τὰ περὶ τὸν Περσέα, ὅτι ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν Γοργόνος. Itaque neceſſe non eſt ut *Heſiodo* fuerit *antiquior*, qui *Gorgonum* meminerit ab *Heſiodo* confictarum. *Heſiodum* autem ad *Thaletis* tempora revocandum eſſe alibi [1] probavimus. *Homero* autem *junior* eſſe potuit, ſi recte obſervarit antiquior *Heſychii* Lexicis Grammaticus, *Homerum* latuiſſe illas *Perſei Gorgonas*. Imo ex *Homero*, ex his nimirum *Homeri* verbis, Γοργείην [2] κεφαλὴν, *Heſiodo* anſam fuiſſe docet *Gorgonas* confingendi. Sunt enim illa *Homeri* verbi in *Odyſſea*. Et proinde veteris cujuſdam in *Homerum Scholiaſtis* verba illa fuiſſe veriſimile eſt, quæ in Theſaurum ſuum retulerit *Heſychius*. Proxime nempe è *Diogeniano* fortaſſis emanarint, qui tamen ipſe ex antiquioribus collegerit, qui Lexica *Homerica* confecerint ante *Diogenianum*: vel *Apione* ſcilicet *Alexandrino*, vel *Apollonio* filio *Archebii*, vel *Herodoro*, vel ipſo denique *Ariſtarcho*. Horum enim in *Præfatione* ipſe meminit *Heſychius*. Potius ergo colligendum erat vice verſa, ſi *Gorgonum* meminiſſet *Hanno*, longe illum *recentiorem* fuiſſe quam volebat præſtantiſſimus *Voſſius*.

§.4. Nullam *Hiſtoriam* ob oculos habuiſſe videtur, cum fabulam de *Gorgonibus* comminiſceretur, *Heſiodus*.

Huc ſane convenit, quod *Gorgonis* nulla, apud *Homerum*, occurrat mentio; ſed Γοργοῦς tantummodo, & Γοργείας κεφαλῆς. Et quidem ita, ut animalium *vultus* in *clypeis* depingi ſolitos denotet. Erant autem illi *torvi* admodum, & proinde animalium maxime *tremendorum*, ut poſſent hoſtibus *terrorem* incutere. Plerunque ergo *ferarum*. Sic *urſi* & *leonis* προτομὰς legimus in *clypeis Tydei* [3] & *Polynicis*. Et *Libycas* etiam *Gorgonas feras* fuiſſe multi exiſtimabant. Talem ergo προτομὴν (cujuſcunque demum fuerit *animalis*) in *Palladis ægide* repræſentari ſolitam fuiſſe veriſimillimum eſt. Et quoniam *terrendi* hoſtis cauſa tales προτομαὶ *clypeis* inſerebantur, inde factum ut cujuſcunque generis *terriculamenta Gorgones* appellarentur. Sed *Gorgonis fabulam* primus, ut vidimus, effinxit *Heſiodus*; vocabulo tamen nondum novato. Γοργοῦς [4] enim, non Γοργόνας, appellavit ſorores illas, quarum unam *Perſeus* interfecerit. Et *ſitum* illarum ponit ultra *Oceanum*, nec longe ab *Heſperidibus*.

[1] Diſſ. III. de Cycl. § 7, 8. [2] Odyſſ. λ'. fin. [3] *Apollodor.* Biblioth. [4] *Heſiod.* Theog. v. 275.

Non certe propterea, quod *insulas* ullas ibi sitas in sui Seculi *Geographia* haberet exploratas. Imo illa potius de causa, Poeticis fabulis magis idoneæ erant *Occidentis Insulæ*, quod *minus* hactenus innotuerant; quod minor etiam metus esset (propter *Nauticæ* artis coævæ imperitiam) ne unquam vel *posteris* innotescerent. Ita certe ad hunc *Occidentis* Oceanum *Herculis* expeditionem in *Insulas fortunatas* retulerunt, quò ipsum in *scypho* [1] trajecisse fabulabantur, quem à *Sole* acceperit: ad eundem ἄπιστα ὑπὲρ Θούλης: ad eundem sedes *Beatorum*; *Insulas* nimirum illas ipsas *fortunatas*: ad eundem fabulam *Platonis* [2] de *Atlantide* insula, quæ major fuerit orbe cognito, quam tamen Oceanus absorpserit: ad eundem *juniorum* Platone aliorum *fabellas* plane similes sub nomine *Atlantiorum*, à quibus ortum habuit situs *Gorgonum*, quà certæ regioni asserebatur, quem nihilominus pro *vera* venditat *Historia* Vir Doctissimus: ad eundem denique & illam quoque *Plutarchi* fabulam de insula *Ogygia*. Ex his tot exemplis abunde manifestum est, receptissimum fuisse *fabulatoribus*, ut scenam fabulis ponerent in *Oceano*, præsertim *Occidentali*. Hæc vero *fabula* cur potius *Occidenti*, cur etiam *Libyæ* assignaretur, erat præterea *propria*, & è *rei* ipsius natura petita ratio. *Infernis* enim numinibus *Gorgonas* accenset [3] *Maro*. Proinde *tenebrarum* plagæ recte assignandas, ut bona numina *lucidis* assignare solent regionibus. Erat præterea *monstris* infamis *Libya*, eoque nomine portentosis hujusmodi clypeorum *terriculamentis* aptissima. Hæc, puto, habuit in animo *Hesiodus*, cum *Hesperidibus* propinquas *Gorgonas* fuisse statuit. Sed nondum *Libyæ* meminit *Hesiodus*. Ea tamen cum Geographis *antiquissimis* partem Orbis tunc noti *tertiam* designaret, *junioribus* autem partem *Libyæ* antiquissimæ duntaxat *Occidentalem*; inde factum ut ætatis *Mythicæ* res *Hesperias* in *Libya* quærerent primi *navigatores*, & quidem in *Libya* parte *Occidentali*. Coævi enim [4] *Herodoto Ægyptii Perseum* in *Gorgonas* iter meditantem per *Ægyptum* eo in *Libyam* contendisse à majoribus acceperant. Sed ubinam *sita* esset *Gorgonum* regio, non ex *Historiis* exploratis, sed è nautarum *ratiociniis* hausere juniores. Ita enim evenire consentaneum erat in *Historia* quæ originem à *fabulis Poetisque* deduxerit. Id enim operam dederunt primi *Historici*, ut *fabularum sedes* & *origines*, cum non possent ex antiquioribus (quæ nullæ olim extabant) *Historiis*; saltem è *conjecturis*, quas pro verisimillimis habebant, assequerentur. Ita nulla prorsus est ratio, cur primis *Græcorum Historicis*, in rebus ab *ætate* sua admodum *remotis*, fidem certam habeamus. Quod tamen fecit, cum quo nobis res est impræsentiarum, Vir longe celeberrimus.

1 *Apollod.* Biblioth. 2 *Plat.* Tim. 3 *Virg.* Æn. VI. v. 289. 4 *Herodot* II. 91.

Certe,

§. 5. *Gorgonum locus* prorsus *fictitius*. Primi, post *Hesiodum*, sedem earum in *Cyrenaica* statuisse videntur.

Certe, quod ad hanc, in qua versamur, causam attinet; *Gorgonum* fabulam illis accenset [1] *Eratosthenes*, quæ locis *fictis* adscriberentur, ne quidem ipso refragante *Strabone*. Quà scilicet rebus *Ilio*, *Pelio*, *Idæ*, adsignatis (quæ loca *vera* erant) erant opponendæ. Similiter alibi fabulatoribus illos, qui τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Ἑσπερίδων κατοικίαν designaverant, apud eundem *Strabonem*, adjunxit etiam [2] *Apollodorus*. Perperam ergo inde ad *vere* susceptas *Navigationes* Argumentum petiit Vir doctissimus. Nec sane id immerito Viros tantos asseruisse, ex ipsa *sententiarum discordia*, de *Gorgonum Hesperidumque* situ, facile colligimus. Argumento scilicet eodem unde ratiocinabatur *Eratosthenes*. *Gorgonas* nonnulli in *Cyrene* prope *Ægyptum* constituisse videntur. Ita fortassis *Ægyptii*, quos ait [3] *Herodotus*, *Perseo* in illas meditanti iter per *Ægyptum* tribuisse. Seu enim *Argo* ille, seu *Seripho*, profectus fuisset; nimius profecto fuisset error, si per *Ægyptum* ultra columnas *Herculeas* expeditionem suscepisset. Hunc situm exinde colligebant, ni fallor, quod *Hesperidibus* propinquas fecerat fabulæ de *Gorgonibus* primus Auctor *Hesiodus*. Certe *Hesperidum* insulas in *Cyrenaicæ* μεσογείῳ posuit [4] *Eratosthenes*. Ita olim appellatas esse *magnæ Syrtis* insulas *Cyrenaicæ* prætensas, vel ex hoc ipso *Eratosthenis* loco manifestum est, quamvis fugerit doctissimum *Casaubonum*. Idem tamen etiam *Casaubonus* agnoscit urbem *Cyrenaicæ Berenicem* Ἑσπερίδα *Stephano*, *Hesperidum* autem à [5] *Plinio*, appellari. Et *Hesperidum* λίμνην fuisse, in quem fluvius *Ladon* exiret, idem docet [6] *Strabo*. Sic enim legendum, non (ut voluit *Casaubonus*) λιμένα. Etiam *Hesperidum hortos* hoc loco positos, non [7] *Strabo* modo, verumetiam *Plinius* [8] ipse testatur. Et quidem *Plinius*, Auctore *Theomene*. Etiam antiquior *Plinio* [9] *Scylax*, & Plinio junior [10] *Ptolemæus*, *hortos* agnoscunt *Hesperidum* in hac eadem regione *Cyrenaica*. Hi *Plinio* etiam suffragantur, urbem *Berenicem Hesperidum* plurali nomine designanti: quod facit ipse quoque *Stephanus* in voce Μάσκωτος. *Locum* præterea, quo fuerint hi *Hesperidum horti*, designavit, ut puto, *Plinius*, si tamen recte verba illius, & pro Auctoris sententia, constituantur. Sic autem habent: [11] *Theomenes, juxta Syrtim magnam hortum Hesperidum esse, ex quo in stagnum cadat, colligi vero à virginibus Hesperidum*. Illud *stagnum* τὴν ἀπὸ Λάθωνος ποταμοῦ ἐκτρεπομένην λίμνην appellat *Ptolemæus*. Itaque huc spectat

1 Ap. *Strabon*. L. I. p. 22. 2 Ap. *Strabon*. L. VII. p. 299. 3 *Herodot*. II. 91. 4 Ap. *Strab*. L. II. p. 123. 5 *Plin*. N H V. 5. 6 *Strab*. L. XVII. p. 836. D. 7 *Strab*. L. XVII. p. 838. D. 8 *Plin* N.H XXXVII. 2. 9 *Scyl. Peripl*. p. 46, 47 10 *Ptolem*. Geogr. L. IV. c. 4. 11 *Plin*. N. H. XXXVII. 2.

locus

locus *Strabonis*, quem ita repræſentavit [1] *Caſaubonus*: Ἔστι δὲ καὶ λιμὴν Ἑσπερίδων, καὶ ποταμὸς ἐμβάλλει Λάδων. Hinc ergo manifeſtum eſt, quod dixi, etiam in *Strabone*, pro λιμὴν, reponendum eſſe λίμνη, ut veterem quoque *Strabonis Interpretem* ipſe item obſervavit legiſſe *Caſaubonus*. Hoc volebat fortaſſe *Plinius*, in illo *Heſperidum ſtagno* earundem etiam fuiſſe *hortum*, ut cadentes ex horto *fructus* à *ſtagni* incolis *nymphis Heſperidibus* colligerentur. Videmus hic *fluvium* fuiſſe *Ladonem*. Et ſane *Ladonem* pro *ſerpente*, qui *mala aurea* cuſtodiebat, habebat [2] *Apollonius*. Hoc quoque ſatis apte pro decoro *Poetico*, ut *ſerpentis* nomine *fluvius* inſigniretur. *Fluvios* quippe [3] ἕρπειν & [4] σύρεσθαι dicunt Poetæ, quæ tamen ambo propria ſunt *ſerpentum*, quorum nomen ipſum à *ſerpendo* deducitur. Utriuſque vocis in *fluviis* exempla ſuppeditat, ne longius abeam, *Dionyſius*. Convenit etiam hoc, pro hoc *Heſperidum ſitu*. Ne autem dubitemus ipſos illos cenſeri *hortos* quos ab *Hercule* expilatos fabulabantur Poetæ, habet præterea *Ptolemæus* in eadem *Cyrenaica* duo *Herculis* monumenta, quorum neutrum ab his *Heſperidum hortis* longe diſtarit. Nec deerit forte alia *Heſperidum* nota *Heſiodea*, pro rudi temporum illorum *Geographia*. Ait *hortos* illos, ipſaſque *Gorgonas*, fuiſſe πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῖο, & ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός. *Mare* enim *Mediterraneum Oceani* nomine intelligere poterant, ut *Pontum Euxinum Oceani* nomine appellatum obſervavit apud *Homerum* [5] *Strabo*. Et ἐσχατιὴ pars illa *Cyrenaicæ* cenſeri potuit, dum nondum conſtaret, ultra citimum *Syrtis magnæ* latus *Libyæ* continens eſſetne extendenda. Legerat certe *veteres* etiam [6] *Servius*, qui *hortos Heſperidum circa Syrtes* collocarint, nec longe à civitate *Berenice*. Et *infrequentes*, antiquiſſimis temporibus, ulteriores illas *Libyæ* partes fuiſſe, ne quidem diffitetur [7] *Strabo*. Hæc ergo antiquiſſima fuiſſe videtur de ſitu *Gorgonum* & *Heſperidum* ſententia. *Hiſtoricorum* ſcilicet *antiquiſſimorum*, quique *proxime* ætatem attigerint ipſius *Heſiodi*.

§. 6. *Juniores* deinde alii ad *Cyrenen* aliam in freto *Gaditano* ſitam *Gorgonas* retulerunt.

Paulatim deinde exculta *navigatione*, conſtabat *Oceanum*, ſupremumque *Occidentis* terminum, ulterius fuiſſe quærendum. Tum ergo ad ipſas *Herculis columnas*, fretumque *Gaditanum*, conſtituebantur *Heſperides*, & proinde *Gorgonum* regio *Heſperidibus* vicina. Hanc ſequebatur ſententiam [8] *Palæphatus*. Sic tamen ut prioris ſententiæ veſtigia in ea conſtarent. *Phorcynem* enim *Gorgonum* patrem *Cyrenæum* fuiſſe ſtatuit. *Cyrenem* autem *inſulam* facit ex-

1 *Strab*. L. XVII. p. 836. D. 2 *Apollon*. Argon. L. IV. 3 *Dionyſ*. Perieg. v. 222. 4 *Dionyſ*. ib. v. 16, 433, 660, 796, 1139. 5 *Strab*. Geogr. L. I. p. 21. 6 *Serv*. ad *Virgil*. Æn. IV. v. 485. 7 *Strab*. L. I. 8 *Palæph*. de Incredib.

tra

tra *columnas Herculeas*, in quibus regnarit ipſe *Phorcyn*. Has *columnas*, pro numero *Gorgonum* ipſarum, *tres Inſulas* fuiſſe credidit, è veterum nonnullorum ſententia, quorum meminit [1] *Heſychius*. Sed eo loco nec *Cyrenen* ullam in bono legimus Auctore; & ne quidem *Cernen*, quæ pro ea poſſet (vel per errorem) uſurpari. Nullam certe, qualem eſſe vult *Palæphatus*, illius nominis *Inſulam*. Itaque non aliunde ortam fuiſſe veriſimile eſt hanc tam alieni ſitus *Cyrenen*, quam quod olim in *Cyrenaica* celebres illos *Heſperidum hortos* ſtatuiſſent primi poſt *Heſiodum Hiſtorici*. Hæc ergo illa eſt, ni fallor, *Cyrene*, quam *Iberiæ* tribuit *Stephanus*, quod ſcilicet oræ *Hiſpaniæ* maritimæ prætenderetur. Et ſane ante tempora *Æſchyli* hucuſque *Heſperidas*, & proinde *Gorgonas*, protulerant *Hiſtorici*. Iter enim *Herculis* à monte *Caucaſo* ad *Heſperidas* per *Ligures* futurum docet apud illum *Prometheus*, quo certe terrarum tractu non *Heſperides Cyrenaicæ*, ſed hæ potius *aliæ* petendæ erant, quas ad fretum *Gaditanum*, ſeu *columnas Herculeas*, poſitas oſtendimus. Eidemque fortaſſe *Cyrenes* ſitui convenit, quod ait *Palæphatus*, *Perſeum Gorgonibus* inſidiatum, factis inter *Cyrenen Sardoſque* prædationibus *maritimis*. Intelligit nimirum mare *Sardoum* à *Sardinia* ita appellatum, quod certe proximum *Heſperio*, in quo *ſitæ* illæ erant *Heſperides*, faciunt veteres *Geographi*. Niſi forte *Inſulæ* conveniunt, non longe à *Corſica*, quam *Urgonem* appellant [2] *Mela* atque [3] *Plinius*, & *Martianus* [4] *Capella*, & in ipſo illo *mari* ſitam *Sardoo* populationibuſque ex inſula *Sardinia* magis opportunam. *Gorgonem* enim illam appellat [5] *Rutilius*, *Gorgonem Gregorius* [6] *Magnus*, Ὀϱγῶνα *Stephanus*, & vetus etiam *Plinii* codex, teſte *Dalecampio*. Ea *la Gorgona* etiam recentioribus. Ex *veterum* forte traditione quæ olim inſulam illam *Gorgonibus* aſſignaverat. Ita miſcuerit invicem *Palæphatus* variarum de ſede *Gorgonum* ſententiarum *traditiones*. Ad *columnas* enim *Herculeas* ſuam *Gorgonum* ſedem *Cyrenen* ſtatuit ipſe *Palæphatus*. Trium ergo *Heſperidum Inſularum* nomine, pro his rationibus, ni fallor, intelligendæ erunt *inſulæ* illæ, quæcunque demum fuerint, quas *columnarum Herculearum* nomine intelligebant nonnulli veteres, quaſque *tres* fuiſſe docet *Heſychius*. His enim ipſis *columnis Phorcynem Gorgonum* patrem regnaſſe ſtatuit *Palæphatus*. Ut proinde non *vicinæ* tantummodo, verumetiam penitus *eædem*, fuerint, pro his hypotheſibus, *Heſperidum Inſulæ* atque *Gorgonum*. Harum unam *Gaditanam* fuiſſe, vix eſt quod dubitemus. Secundam illam fuiſſe puto, quam *Solis* appellant veteres. Tertiam illam, quam *Junonis fanum* vocant. Quamvis hanc ultimam *in-*

1 *Heſych.* Στήλ. 2 *Mela* L. II. c. 7. n. 128. 3 *Plin.* N. H. III. 6. 4 *Martian* Cap. L. VI. 5 *Rutil.* Itiner. 6 *Greg.* M. L. I. Ep. 50.

ſulam

ſulam fuiſſe negat *Ptolemæus.* Sufficit autem ad has Poetarum fabulas, ſi fuerint olim qui has (rectene an ſecus) *inſulas* tamen *veras* ſaltem fuiſſe crediderint. Porro [1] *Pindarus Hyperboreis* aſſerit tam *Heſperidas* quam etiam *Gorgonas.* Nempe, quia etiam *Hyperborei* (quos dubitat ulline fuerint [2] *Herodotus*) etiam ipſi, quippe parum cogniti, idonei crediti ſint quò *fabulæ* eſſent referendæ. Id certe docent fabulæ de *Abaride Pythagoreo.* Sed *Scholiaſtes* nullos fuiſſe obſervat *Hiſtoricos*, qui *Pindaro*, ut ita aſſereret, Auctores eſſe potuerint. Itaque ad cauſam noſtram ſententia illa nihil facit, qui de re agimus *Hiſtorica.* Refert præterea *Heſperidas* [3] *Dionyſius* ad *Caſſitaridas.* Sed illa, ni fallor, ſententia erat Auctorum hoc ipſo *Hannone* juniorum.

§. 7. *Recentior prædictis ſententia de Cyrene aut Cerne Atlantica*, quam tamen ſequitur *Hanno.*

Quo autem *remotius* Heſperidas *Gorgonaſque* hoc modo deſignatas à *cognita* Orbis *parte* amovebant, eo *juniorem* veriſimile eſt amoventium fuiſſe ſententiam. *Junioribus* ſcilicet *deceſſorum* ſuorum, quos credebant *errores*, ſemper corrigentibus. Prædictæ ergo ſententiæ eorum erant qui *Heſperidas* ita appellatas exiſtimabant, non modo quod in *Occidente* agerent, quæ pars erat *Orbis Heſperia*; ſed quod *Heſperi* filiæ haberentur. Poſtea alia recepta eſt ſententia, quæ non *Heſperi* filias illas fecerit, ſed *Atlantis*, quem *Heſperi fratrem* fecerant Poetæ. Itaque non deinceps in *freto Herculeo*, ſed prope *montem Atlantem*, *Heſperidas* quærendas exiſtimabant. Nempe in *Inſula Cerne*, cui nomen, ſi hunc *Periplum* audimus, *Hanno* ipſe primus impoſuit. Hoc ego nomen à *Cyrenes* nomine contracto manaſſe ſuſpicor. Et quidem ita ut *Cyrene* ipſa quoque olim fuerit appellata. Cur ita credam, facit [4] *Stephanus*, qui præter *Cyrenaicæ* Metropolin, & *Ibericam* illam, de qua ſupra dixi, *Cyrenen*, aliam quoque agnoſcit cognominem *Cyrenen Μασσαλίας.* Erant quidem ex adverſo *Maſſiliæ Gallicæ* inſulæ *Stœchades*, quarum nomina recenſet [5] *Plinius.* In his tamen nullam prorſus *Cyrenen*: nec eo nomine aliam *inſulam* in illa *Maſſilienſium* ora ullam legimus. Itaque pro *Μασσαλίας*, reponendum *Μασσυλίας.* Ut de *Libyæ* intelligatur *Maſſylis.* Hoc enim ipſo *Heſperidum* templo, monti *Atlanti* finitimo, & *Æthiopiæ Occidentali*, *Maſſylæ gentis ſacerdotem miniſtraſſe* teſtis eſt [6] *Virgilius.* Unde ergo, inquies, nomen *Cernes*? Ego illis gradibus fuiſſe ſuſpicor, ut in *Κύρηνῃ* contracta fuerit *Κυρνῶν*, tum deinde è *Cyrne Cernen* fecerint recentiores. Prioris ratio erat facillima, ſi ſedem *Heſperidum Gorgonumque* à *Cyrene Cyrenaica* in *Corſicam* tranſtulerint *juniores.* Nempe propter prædationes quas inter *Sardos* & *Gorgonas* Per-

1 *Pind.* Pyth. X. 2 *Herodot.* L. IV. 3 *Dionyſ.* Perieg. v. 563. 4 *Steph.* Κυρήν. 5 *Plin.* N. H. III. 5. fin. 6 *Virg.* Æn. IV. v. 481, 482, 483, 484.

ſeum

ſeum vult feciſſe *Palæphatus*. Erat enim *Corſica* in mari *Sardoo*, & *Sardiniæ* ipſi propinqua: & *Græcis* Κύρνος appellabatur, quæ *Latinis Corſica* audiebat. Quod ſi quis duriorem putet hanc tranſlationem, poterit etiam *Cyrene Ægypto* propinqua *Cyrne* quoque appellari. Nomen enim *Urbis* à *fonte* factum credunt [1] veteres. *Fontis* autem nomen Κυρήνην ſcribit [2] *Euſtathius*. Inde contractione ſatis analoga, pro regulis *Analogiæ* Grammaticis, Κυρῆν concipit [3] *Callimachus*, *Grammaticus* ipſe, pariter ac *Poeta*, præſtantiſſimus. Poterat ergo & *Urbs* ipſa quæ à *fonte*, & *regio* quæ ab *Urbe*, nomen accepit, tam *Cyrene*, quam *Cyrne*, etiam appellari. Non me quidem fugit Κυρὴν reponere in *Callimacho* pleroſque, quos collegit in Editione *Callimachi* nitidiſſima præſtantiſſimus *Grævius*: ſuffragantibus etiam ad *Stephanum* Amico nupero *Berkelio* atque *Holſtenio*. Quod ſcilicet ita legerint tam *Stephanus* quam vetus *Callimachi* Scholiaſtes: & quod *Cyram* montem, è quo *fons* ille emanarit, vocet *Juſtinus*. Sed à *Cyra* πηγὴ Κυραῖα, vel Κυρήνη, vel *Dialecto* Cyrenes *Dorica*, Κυράνα potius eſſet appellanda; vel, ut *Herodotus* IV. 195, Κύραυνις. Et quidem ita appellatam docet *Euſtathius*, quem, (ſuffragante *Analogia* Grammatica) tam *Scholiaſtæ*, quam *Stephano*, opponimus. Itaque nomen Κυρῆς ab hac poſteriori *Etymologia* arceſſendum erit. Sic tamen, ut inde primum ad *Corſicam*, inde ad *Atlanticam Cernen* emanarit. *Inſulam* enim Κερνεάτιν ὑπὲρ Τυρσηνίαν etiam apud *Lycophronem* obſervavit etiam [4] *Euſtathius*. Et quidem [5] recte. Eam autem de *Corſica* intelligunt *Lycophronis* Interpretes. Itaque jam olim, *Lycophronis* etiam, qui ſub II°. *Ptolemæo Philadelpho* vixit, ætate, *Corſicæ* Κύρνον primum in Κύρνην, tum deinde in Κέρνην migraverat. Ne quis hoc durum putet in *Cerne Atlantica*, quam à ſe *conditam*, novoque *nomine* donatam narrat noſter *Hanno*: certe poſt Κέρνην *Corſicæ*, quæ propius aberat à *Cyrenaica*. Quod vero ad *Gorgonum Cernen* attinet, alii *inſulam* illam fuiſſe credebant, alii negabant, ut nos, ubi ſupra, docet *Euſtathius*. Nempe quod λίμνην potius *Æthiopiæ* illam exiſtimarent. Et quidem λίμνην illam Αἰθιοπίας agnoſcit *Dionyſii* Paraphraſtes nuper editus [6] *Euſtratius*. Imo ſic *Dionyſium* ipſum interpretantur tam ipſe, quam etiam *Euſtathius*. Verba *Dionyſii* ita ſe habent:

——ἐν δὲ μυχοῖσι

Βόσκοντ' ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες,

Αὐτῷ ἐπ' ὠκεανῷ, πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης.

Τέμπεα τὰ κοιλώματα θηρῶν interpretatur *Euſtratius*. *Euſtathius* ita: Τέμπεα Κέρνης εἰπὼν, καὶ λιμνάδα αὐτὴν παραδηλοῖ. Ἑλώδη γὰρ τὰ τέμπεα,

[1] *Juſtin.* Hiſt. XIII. 7. [2] *Euſtath.* in *Dionyſ.* v. 213. [3] *Callimach.* Hymn. in *Apollin.* v. 88. [4] *Euſtath.* in *Dionyſ.* v. 218. [5] *Lycophr.* Caſſ. v. 1085. [6] Ad *Dionyſ.* v. 219.

* B ὡς

ὡς καὶ τὰ Θετταλικὰ τέμπεα, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ Μηδικά. Facile hic λίμνην & *ſtagnum* agnoſcimus à nobis [1] ſupra obſervata in *hortis Heſperidum Cyrenaicis*. Ne ſit proinde cur dubitemus quin ex illa *Cyrene* fabulæ de *Gorgonum Cerne* omnes emanarint; fuerintque adeo *prima* illa fabula, quæ ſcenam habebat *Cyrenaicam*, proinde recentiores. Et quidem duplicem hanc de *Cerne* ſententiam imitatur *Hanno*. *Inſulæ* quidem nomen *Cernes* à ſe impoſitum narrat, quæ fuerit [2] ἐν μυχῷ τινι κόλπου, propinqua *Æthiopiæ*. Plane ut *Dionyſius*. A *Cerne* tamen ſe in λίμνην veniſſe fingit, quæ *tres inſulas* complexa fuerit *Cerne* ipſa *majores*. Hæ quia numero reſpondebant, tam *Heſperidum*, quam etiam *Gorgonum*; proinde ibi potius *Cernen Gorgonum* ſedem ſtatuebant alii, *Hannone* ipſo utique *juniores*. Ea potiſſimum, ut videtur, ratione, quod *Gorgonum* in *Cerne* ſua nullam fecerit mentionem *Hanno*. Interim *Hannonem* ipſum fabula *Cyrenaica* juniorem fuiſſe veriſimillimum eſt, quam adeo imitatur. Imo juniorem fabula etiam *Palæphatea*, quæ *tres* etiam *Inſulas* pro *trium* Heſperidum Gorgonumque numero confinxerat.

§. 8. Qui *Cernen*, vel *Gorgonas*, in *Oriente* & Mari *Erythræo* ſtatuerint, *Hannone* juniores erant.

Erant denique alii, etiam *Hannone* juniores, qui & ſedem *Gorgonum* & *Cernen* in *Oriente* ſtatuerint; nempe in mari *Erythræo*, ex adverſo *Æthiopum Orientalium*. Hos ideo *Hannone* juniores exiſtimo, quod *anſas* etiam ipſi accepiſſe videantur ex *Hannone*. Nempe, cum nullas in *Cerne Gorgonas* memoraſſet *Hanno*; & *Gorillas*, quas vocat *Hanno*, *Gorgonibus* crederent ſimillimas: proinde *Gorillarum* illam *inſulam* ipſi *Gorgadum* appellabant, aliamque à *Cerne* fuiſſe cenſebant. Sic enim apud [3] *Plinium* & [4] *Solinum Xenophon Lampſacenus*, qui Auctorem ſententiæ ſuæ ipſum profitetur *Hannonem*. Ita tandem factum, ut, non modo à *Cerne*, verum etiam ab *Heſperidibus*, aliæ haberentur Inſulæ *Gorgonum*, ut voluit apud *Plinium Statius Seboſus*. Quod ſcilicet jam à plaga Orbis *Heſperia*, ſeu *Occidente*, ſedes *Gorgonum*, tanta illa ſententiarum indies novatarum diverſitate, tandem penitus removiſſent. Nam ad νότου κέρας, *Promuntorium* ſcilicet ita appellatum, *Gorillarum* Inſulam ſtatuit *Hanno*, unde *Orientalem* oram *Africæ* inchoandam arbitrabantur. Imo *ulterius* eam promovebant, qui (qualis apud *veteres* legebatur) ſecuti ſunt *Hannonem*. *Hannonem* enim à *Gadibus* ad finem *Arabiæ* navigationem prodidiſſe tradit [5] *Plinius*. Erant ergo qui etiam *Gorgonas* ἐν τοῖς Ἐρυθραίοις μέρεσι καὶ τοῖς Αἰθιοπικοῖς poſuerint, ut nos docet [6] *Pindari* Scholiaſtes. Sed meminerant juniores *Cyrenen* appellatam, & *Cyrnen*, & tan-

1 §. 5. 2 *Hann.* p. 3. 3 *Plin.* N. H. VI. 31. 4 *Solin* c. 56. 5 *Plin.* N.H. II. 67. 6 Schol. *Pindar.* Pyth. X. v. 72.

dem

dem *Cernen*, Insulam quam tenuerint *Gorgones*. Propterea *Cernen* etiam ad easdem *Orientis* plagas transferendam esse censuerint. Hos sequebatur ipse [1] *Plinius*: *Contra sinum* (inquit) *Persicum Cerne nominatur Insula adversa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum à continente constat.* Intellexit nimirum, Maris *Erythræi* partem illam, quæ sinui *Persico* prætenditur. Ita fortassis *Ephorum* interpretatus est, quem ait *Auctorem* fuisse, *à Rubro Mari navigantes in eam* [Cernen] *non posse propter ardores ultra quasdam columnas* (*ita appellantur*, inquit, *parvæ Insulæ*) *provehi.* Possunt tamen verba illa forsan intelligi de navigatione à *Rubro Mari* versus *Occidentem.* Possunt enim *parvæ Insulæ*, quas *columnas* appellat, de *columnis* intelligi *Herculeis.* Sequitur hanc sententiam etiam [2] *Lycophron.* Sed *Gorgonum* sedem an illam crediderit *Cernen*, illud sane non constat. *Utrumque* autem necessarium erat, si *nostrum* fuerit secutus *Hannonem.* Noster enim, qualis apud *veteres* legebatur, *Cernen* ipse posuit in *Oriente*; *Gorgadum* autem sedem prope *occidentales Æthiopas.* Quem *hodie* legimus, is quidem *Gorillas* in *Oriente* ponit; *Cernen* autem, quo loco Periplus *antiquior Gorgadas* collocaverat. *Cernes* ergo situm *illum* ex *antiquo Hannonis* Periplo discere potuit *Lycophron*, qui sub *secundo* floruit *Ptolemæo. Juniores* autem sunt, ni fallor, *nostro* quoque *Periplo*, qui in *Maris Erythræi Cerne Gorgonas* statuerint. Nullum certe *Veterum* legimus, cujus tempus *compertum* habemus, qui ita senserit.

§. 9. Sic tamen erit *Hanno* multo, quam volebat Cl. *Vossius*, recentior. Et falsi etiam evictus, quod *loca* memorarit plane *commentitia*.

Hæc autem, si vera fuerit, harum sententiarum *Historia*; jam sane constabit, non modo *Iliacis*, verum etiam *Olympiadibus*, *Hannonem* multo fuisse recentiorem. Ut enim sententiarum de *Cerne Gorgonum* sede ad montem *Atlantem* posita *primus* Auctor fuerit; ita certe illis juniorem fuisse necesse est, qui varias de *Cyrene* eorundem patria sententias primi excogitarint. Imo illis omnibus juniorem qui *Hesperidas* pro *Hesperi* filiabus habebant, quas primus ille filias fecerit *Atlantis.* Illis nempe omnibus juniorem, qui, seu *Hesperidas*, seu *Gorgonas*, loco aliquo *medio* statuerint, in ora *Africæ* maritima, inter *Cyrenaicam* montemque *Atlantem.* Tot nempe intervallis juniorem *Hesiodo*, quem *primum* fabulæ de *Gorgonibus* Auctorem fuisse probavimus. Nec illud modo. Idem ille *Hanno* falsi vincetur. Ait enim se coloniæ à se conditæ [3] *Cernes* nomen imposuisse. Atqui nulla fuit unquam ibi Insula *Cerne* qua *Hanno* coloniam instituerit. Ita certe sensit Geographorum princeps *Strabo*, qui hoc nomine reprehendit doctissimum *Eratosthenem.* Sic enim ille: [4] Πεπίστευκε δὲ καὶ τῷ τὰ ἔξω

1 *Plin.* N. H. VI. 31. 2 *Lycophr.* Cass. v. 18. 3 *Peripl.* p. 3. 4 *Strab.* L. I. p. 47.

στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, Κέρνην τέ τινα νῆσον, καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους. Nec ſolus erat in hac *Eratoſthenis* cenſura *Strabo*. Idem, ante *Strabonem*, in illo redarguit *Artemidorus*. Hoc docet idem [1] *Strabo*: Ἀρτεμίδωρος δὲ Ἐρατοσθένει μὲν ἀντιλέγει, διότι Λίζον (legendum ex *Hannone* Λίξον) τινὰ φησὶ πόλιν περὶ τὰ ἄκρα τῆς Μαυρουσίας τὰ ἑσπέρια, ἀντὶ Λιγγός. Imo Λιγγὸς, pro ſententia *Artemidori*, ut docet alibi ipſe [2] *Strabo*. *Tingin* enim illam fuiſſe credidit ipſe *Strabo*, & *Lixum* legit ibidem, ex mente *Eratoſthenis*. Et *Lixon vel fabuloſiſſime ab antiquis narratam* teſtatur *Plinius*, L. V. c. I. Pergit, ubi ſupra, [3] *Strabo*: Φοινικικὰς δὲ πόλεις κατεσκαμμένας παμπόλλας τινὰς, ὧν οὐδὲν ἐστιν ἰδεῖν ἴχνος. Plane gemina ſunt quæ de his ipſis *Hannonis* Urbibus habet [4] *Plinius*; *quem ſecuti plerique è Græcis noſtriſque, & alia quidem fabuloſa, & Urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla, nec veſtigium exſtat*. Non me quidem fugit harum fabularum patronos trecentas *Tyriorum* Urbes in his partibus tradidiſſe à *Phauruſiis* exciſas atque *Nigretibus*. Sed hunc ipſum prætextum *fabulis* accenſet ipſe [5] *Strabo*. Et ſane, ſi nulla harum Urbium ſuperfuerit vel *memoria*; quomodo, quæſo, poterat de earundem *clade* conſtare? Nec temere *Urbes* illas, quas *Libyphœnicibus* tribuit *Hanno*, *Strabo* ipſe *Tyriis* potius tribuendas eſſe cenſet. Litem enim de Urbibus illis motam eſſe à *Tyriis* & *Aradiis*, alibi teſtatur. [6] Φασί γε οἱ ἐν αὐταῖς οἰκοῦντες τὰς ὁμωνύμους τῶν Φοινίκων νήσους καὶ πόλεις ἀποίκους ἑαυτῶν. Fieri hoc, ſine ſumma audacia non potuit, ſi ipſe *Peripli* hujus fuiſſet *Auctor*, qui *colonias* illas *deduxiſſet*. Saltem autem *Cernen* ipſam falſi convincunt tot illæ tantæque Veterum de illius ſitu *diſcordiæ*. Convincunt etiam, quæ modo diximus, ſi quidem ſcopum attigerimus, quæ *Cernen* ipſam nullam uſpiam fuiſſe probant; ſed à *Cyrenes* nomine vitiatam: quæ tamen ipſa nulla unquam fuerit in illis *oris*, quibus *Cernen* aſſignabant juniores. Nequit enim certe *verus* ille fuiſſe *Periplus*, qui *Hannonem* narrat ad ea *loca* delatum, quæ *nulla* unquam in rerum natura fuerint.

§. 10. *Suſpectus erat, etiam apud Veteres, Hannonis ille Periplus.*

Laborabat ſane *Hannonis* Periplus hac infamia, etiam apud *Veteres*. Imo *Adagii* loco uſurpabatur, quoties de re ſermo eſſet admodum *incredibili*. Docet hoc certiſſimus Auctor *Athenæus*. Cum enim, apud illum, *Æmilianus* obſervaſſet *Jubam Mauritaniæ* Regem *Citrium* apud ſuos *Libyas* malum *Heſperium* nominari credidiſſe, quod inde *Hercules* in *Græciam* detulerit: ſic deinde reſpondentem *Democritum* introducit.

[7] Εἰ μέν τι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ·

1 *Strab.* L. XVII p. 829. 2 *Strab.* ib. p. 825. 3 *Strab.* ib. p. 829. 4 *Plin.* N. H. V. 1 5 *Strab.* L. XVII. p. 826. 6 *Strab.* L. XVI. p. 766. 7 *Athen.* Deipn. L. III. c. 5.

χαιρέτω

—χαιρέτω
Λιβυκαῖσι βίβλοις, ταῖσί τ' Ἄννωνος πλάναις.

Verba fuiſſe videntur antiquioris cujuſpiam *Athenæo* Comici *Libycas* in univerſum *Hiſtorias*, imprimis autem hunc (de quo agimus) *Hannonis Periplum* à *fabuloſitate* traducentis. Certe ut *Libycos Libros* Comœdus ille, quicunque demum fuerit, ita ψεῦσμα Φοινικικὸν, uſurpavit ſimiliter pro Proverbio [1] *Strabo.* Similes in [2] *Platone* & *Laertio* locos, quibus hæc ipſa *mentiendi* indoles *Phœnicibus* objecta fuerit, obſervavit etiam *Caſaubonus*. Inde Φοινικελίκτης, ἀπατηλὸς ἢ κάπηλος *Heſychio.* Erant autem Λιβυφοίνικες quorum coloniis deducendis præfectum ſe profitetur *Hanno.* Et *portentoſa Græciæ mendacia* de *Lixitis* & *amne Lixo* notat [3] *Plinius.* *Græcis* autem, magis quam *Pœnis*, noſtrum debemus, *Pœnum* licet ipſum, *Hannonem.* A *Lixitis* autem *Hanno* Interpretes ſumſit, & *amnem Lixum* prædicat. Ne dubitemus quin etiam illum cenſura illa perſtrinxerit. Imo verbis, ut jam ſupra vidimus, diſertis ab illo *fabuloſa* multa ad *Græcos* emanaſſe profitetur. Idem *Atlantem fabuloſiſſimum* appellat, & eo *nomine* fabuloſiſſimum, quod *nemoroſus interdiu ſilere* diceretur, *noctu* autem *crebris ignibus micare.* Hæc ſi quis cum *Hannone* contulerit, vix eſt cur dubitet quin illum ipſum *Plinius* ob oculos habuerit. Idem indicavit *Comœdus Athenæi*, cum hanc navigationem *Hannonis* πλάνας appellaret. Ipſam enim illam *vocem* uſurpavit ſæpe *Strabo* de *Ulyſſis*, *Menelai*, *Jaſoniſque*, ſimilibuſque aliis temporis *Mythici* Poeticis *Heroum* maritimis expeditionibus. Eodemque plane modo *errare* dicit *Heroes* ſuos etiam *Virgilius.* Nec enim certe deerat *Hannoni* certum navigationis *conſilium*, nec *ventis* infeſtis vim aliquam paſſum ſe fuiſſe queritur, quo minus portus optatos aſſequeretur. Πλάνη ergo non alio ſenſu haberi potuit hæc *Hannonis* navigatio, quam quod fuerit, pro *Heroicarum* navigationum exemplo, plane *fictitia.* Scribit in eandem ſententiam, ne quidem ipſo *Voſſio* diffitente, [4] *Ariſtides*; qui pro *abſurdis* habet quæ de ſuis ultra *Gades* coloniis prodiderant *Carthaginienſes.* Non quidem *nomine* deſignavit ipſum, fateor, *Hannonem.* Illum tamen deſignavit qui in *Africæ* ſolitudine *Urbes* condiderit, qui in *Templo* navigationis ſuæ narrationem *ſuſpenderit.* Hæc ſe feciſſe narrat *hujus* Peripli Auctor. Aliuſne fuerit *Carthaginienſium*, qui ſe ita feciſſe vel obtenderit, plane ignoramus. Idem fortaſſe voluit [5] *Lucianus*, cum *commentitiam* ſuam expeditionem à *columnis* exorditur *Herculeis.* Nihil enim ſe in *vera*, quam appellat, *Hiſtoria* ſcripſiſſe profeſſus eſt, quo veterum *Poetarum*, *Scriptorumve*, aut *Philoſophorum* aliquem

1 *Strab.* L. III. p. 170. 2 *Plat.* Reip. L. IV. 3 *Plin.* N. H. V. 1. 4 *Ariſtid.* Ægyptiac. 5 *Lucian.* ver. Hiſt. L. I init.

non

non perſtrinxerit, qui *portentoſa* aliqua aut *fabuloſa* literis mandaviſſent. Innuit ergo, ut videtur, *fabulatoribus* ſolenne fuiſſe, ut *fabularum* ſcenam *Libyam* facerent, & *commentitios Periplos* à *columnis* exordirentur *Herculeis*: quod noſter (quicunque demum is fuerit) fecit *Hanno*. Et fidem *Hannonis* ſuſpectam fuiſſe docuerat jam antea [1] *Mela*: cum *propterea fidem* illi *habitam* de *hirſutis mulieribus Gorillis* fuiſſe refert, quod duarum *coria* domum retulerit, & in *Junonis* templo *ſuſpenderit*. Alioqui futurum indicans, ne *fidem* prorſus ullam inveniret. Nec ſane legimus in Hiſtoria *Carthaginienſium* ullas harum *coloniarum* ad Urbem *Metropoliticam legationes*, aut aliud aliquod cujuſcunque generis *commercium*. Quod ſi ætate *Plinii* nulla fuerit harum coloniarum, ſeu *memoria*, ſeu *veſtigium*; diu antea perierint neceſſe eſt, quæ jam ita perierant ut ne quidem *memoria* earum ſuperfuerit. Vidit ergo Vir ſagaciſſimus quam eſſet neceſſaria hujus Peripli *Antiquitas*, ſi vellet illum à *falſi* ſuſpicione tueri. Ita enim fieret ut *condi* poſſent illæ ab *Hannone* coloniæ, & tamen multis ante *Plinium* Seculis *intercidere*. Quod tamen ægre potuit evenire, ſi vero illo, quod mox oſtendemus, *Hannonis* Seculo hæc fuiſſet expeditio. Manet interim illa *ſuſpicio*, niſi *magnum* aliquod inter *Hannonem Pliniumque* interceſſerit temporis *intervallum*. Videamus ergo num ſolido alio ullo Argumento tantam hujus Peripli *antiquitatem* aſtruere poſſit Vir, ſiquis alius, memoriæ apud poſteros celeberrimæ.

§. 11. Nullum *Hannonis* veſtigium in *fluvio* Gorgonum *Palæphateo*.

Addit Vir doctiſſimus, in fabula de *Gorgonibus* veſtigium ſe hujus navigationis deprehendiſſe: [2] *ipſum Pœni ducis nomen, ſed fluvio attributum. Annonem* (inquit) *vocant Palæphatus aliique Mythologi fluvium Gorgonum Inſulæ vicinum.* Hoc ſi fuiſſet verum, mirum eſſet profecto nullam hujus *fluvii* mentionem ab ipſo eſſe factam *Hannone*. Mirum eſſet præterea ſi *junior* aliquis *Hannone* dux *Hannonis* potius quam ſuum nomen *fluvio* impoſuiſſet. Mirum denique, & à *Periplorum* veterum exemplis prorſus alienum, ſi novarum orarum explorator, non *Urbibus* tantummodo, aut conditis à ſe *coloniis*, *promuntoriiſque maritimis*; ſed *fluviis* etiam nova *nomina* aſſignaſſet. Poterant illi fortaſſe ſuo quodam uti jure in *poſſeſſis* à ſe terris, aut ſaltem illis quas incolæ *Barbari* non occupaviſſent. Sed *fluvii* nulli poterant toti occupari; nulli poterant *incolis* ignoti eſſe, nec adeo nominibus carere *inquilinis*, quibus in uſu quotidiano deſignarentur. Atqui nihil plane facit ad uſum Viri eruditiſſimi *fluvius* ille *Palæphateus*. Nec enim Ἀννώνα illum, ſed Ἀννώνας, appellat *Palæphatus*. Utque nomen fluvii, pro mente

1 *Mel.* L. III. c. 9. 2 *Voſſ.* ad *Mel.* L. III. c. 9. n 23.

Viri

Viri celeberrimi concepiſſet *Palæphatus*; nihil tamen feciſſet ad illam, quam agebat, cauſam. Longe enim à *Cerne Hannonia* diſtabat, ut oſtendimus, *Cyrene* illa, quam in freti *Gaditani* faucibus ſtatuit *Palæphatus*. Longiuſque adhuc à *Gorillis*, quas potius *Gorgones* exiſtimavit Magnus *Voſſius*. Erat præterea Αὐων ille κατὰ Καρχηδόνα, pro ſententia *Palæphati*. Non potuit *Urbem* ipſam hoc in loco intelligere, ſed *ditionem* tantummodo *Carthaginienſium*. Potuit illa fortaſſis ad *columnas Herculeas* pertigiſſe, *rebus Punicis florentiſſimis*, quo tempore hanc expeditionem teſtatur ſuſceptam fuiſſe [1] *Plinius*. Imo ita rem fuiſſe docet *Polybius*. Et habet non longe *Scylax* fluvii nomen *Adonidis*. Origine quidem & ipſum *Syra*. Sed quod nihil quicquam affine habeat cum nomine *Hannonis*. Statuitque hoc in loco *Ptolemæus* non incommodo nomine *fluvium* Οὐάλωνα, qui facile poſſit in Αὐωνα depravari. Vix puto quenquam fuiſſe Veterum qui *Carthaginienſium florentiſſimorum* imperium ad utrumvis *Atlantem*, majorem minoremve, extenderit; aut qui ad *Cernen*, cognominem ducis, ut volebat *Voſſius*, *Pœni fluvium* collocarit. Et tamen in illis quoque partibus ſi quærendus ille fuiſſet *fluvius*; medio inter *Atlantes* ſpatio fluvios duos nominibus non àdmodum diſſimiiibus habet *Ptolemæus*. Horum unus Οὔνα, alius Ἀγνα, appellatur. Utrumvis facile erat ut in Αὐωνα, Librariorum errore proclivi, perverteretur: ſic nullum erit, in hoc *fluvio*, vel veſtigium *Hannonis Voſſiani*.

§. 12. Locum prope *Cernen Hannonis* nullum habere potuit *Auno Palaphateus*.

Poterat autem fortaſſis, ex iis quæ de *Cerne* Inſula tradit *Hanno*, naſci occaſio, cur *aratam à Gorgonibus Libyam* κατὰ Καρχηδόνα tradiderit *Palæphatus*. Ait enim *Cernen* ſuam *Hanno* κατ' ἀντίον κεῖσθαι Καρχηδόνος. Ita quidem, ſi *junior* fuerit *Hannone Palæphatus*. Utcunque tamen ita videtur *Hannonem* intellexiſſe *Cornelius Nepos*, cujus ætas exploratior eſt. Hoc diſcimus è [2] *Plinio*, quo loco agit de ſitu *Cernes* Hannoniæ. *Nepos* (inquit) *Cornelius ex adverſo maxime Carthaginis à continente paſſus mille: non ampliorem circuitu duobus millibus.* Verba ſcilicet *Hannonis* κατ' ἀντίον, *ex adverſo*, interpretatus eſt *Cornelius Nepos*, atque ita intellexit, quaſi *prope Carthaginem* ipſam fuiſſet *Cerne* illa *Gorgonum*. Sic fluvius Αὐων in *Carthaginis* ipſius *vicinia* fuiſſet ſtatuendus. Sed nullam legimus ibi *Inſulam* præter *Cothonem*, quæ civitatis ipſius *pars* erat; nec *fluvium* præter *Carthadam*, à quo *Civitas* ipſa nomen videtur accepiſſe, nomine ab *Hannonis* nomine ſatis alieno. Sed *falſò* hæc *ratiocinio* ex *Hannone* videtur collegiſſe *Cornelius Nepos*. Id enim potius voluiſſe videtur *Hanno*, recta *meridiem* verſus *Carthagini* ſubjectam

1 *Plin.* N. H. V. 1. 2 *Plin.* N. H. VI. 31.

fuiſſe *Cernen*; ut, quantocunque ſpatio invicem diſſitæ fuerint, ſub eadem tamen ſitæ fuerint linea *meridionali*. Jam enim vidimus pro *Africæ univerſæ* Periplo haberi illam *Hannonis* navigationem: quaſi ſcilicet ad mare *Erythræum*, & *Africæ* plagam *Orientalem* uſque pertigiſſet. Primo ergo à *columnis* Herculeis, *bidui* navigatione peracta, primam condunt coloniam, *Thymiaterion*. Inde πρὸς ἑσπέραν provecti *Soluntem* promuntorium veniunt. Nempe *occidentalem* quidem oram legentes, ſed *meridiem* verſus. Alioqui prior quoque navigatio *Occidentem* petebat. Id enim volebat, emenſo freto, non oram *Hiſpaniæ*, quæ *Septentrionem* ſpectabat, ab iis petitam, ſed *Africæ*. A *Solunte* deinde *Orientem* verſus navigatio eſt, uſque ad *Troglodytas*. Inde rurſus ad meridiem alio *biduo*. Poſtea iterum πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ad *Cernen* uſque. Addit deinde: ἐτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν, *Cernen* ſcilicet, ἐκ τοῦ Περίπλου, κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος. Rationem conjecturæ ſubjungit illam: Ἐῴκει γὰρ ὁ πλοῦς, ἔκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ στήλας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Κέρνην. Videmus hic navigationem *poſteriorem*, quæ *Orientem* ſpectabat, cum *priori* conferri quæ à *Carthagine* ad finem *freti* ducebat *Gaditani*, quæ tota fuerat verſus *Occidentem*. Nempe ut oſtenderet ad eundem tandem illos rediiſſe circulum *meridianum* unde diſceſſerant. Conſtaret hoc apertius, ſi dierum numerum ſemper adjeciſſet *hodiernus Hanno*, quod fecerat ille qui Veterum manibus terebatur, ut infra ex *Ariano* oſtendemus §. 24. Hoc autem in loco nullus eſſe potuit *Carthaginienſium* fluvius qui à *Septentrione meridiem* verſus in *mare* defluxerit. *Bagradas* contra è *meridie Septentrionem* verſus tendebat in mare tandem effuſus *Mediterraneum*. Sed nec ullam ibi regionem *aratro* aptam memorat ipſe *Hanno*. Locum ergo nullum habere potuit *Auno Palæphateus* prope *Cernen Hannoniam*. Sequebatur deinde navigatio *meridionalis* per dies XII. ad *montes Sylveſtres*. Inde VII. dierum ad *Heſperion ceras*, unde mare *Atlanticum* cenſet [1] *Plinius*. Vel hinc obiter intelligimus, verum eſſe non poſſe, quod cenſuit magnus *Voſſius*, Θεῶν ὄχημα montem, qui appellatur *Hannoni*, eundem eſſe cum *Sierra Liona*. Nec enim diſtat mons ille hodiernus tot *dierum* navigatione verſus *Orientem* ab ora *Africæ Occidentali*. Et tamen ultra *Heſperion ceras quatridui* navigatione Θεῶν ὄχημα ponit *Hanno*. Inde *triduum* aliud recenſetur ad Νότου κέρας, quo loco ſtatuitur Inſula *Gorillarum*, ultimus hujus Peripli terminus, quem in *Oriente* & Mari *Erythræo* ſtatuebant, ut vidimus, multi è Veteribus. Sed ne quidem *Africæ* figuræ reſpondet hæc *Hannonis* navigatio, quæ vel inde falſitatis manifeſtæ convincitur.

1 *Plin.* N. H. VI. 31.

Sed

Sed & aliud quoque habet Vir Magnus argumentum, quo hujus Peripli *Antiquitatem* ostendat. Ex illis nempe [1] *Strabonis* verbis. Θρυλλεῖται καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία· οἱ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ, καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον. *Stultum*, [2] ait, *fuerit existimare Phœnices alios ante Hannonem has oras accessisse, ac ibi urbes condidisse, cum ex ipso Hannone contrarium constet.* Atqui nullam habemus in his Geographi verbis vel *Carthaginiensium* mentionem, nedum *Hannonis*. Imo de *antiquissimis Phœnicum* has in partes navigationibus agere hoc in loco *Strabonem*, vel ex ipso ejus consilio colligimus refutandi *Eratosthenis*. Nihil ergo ille de temporibus *Carthaginiensium florentissimis*, quibus *Hannonis* expeditionem statuit *Plinius*. Dixerat Vir ille Seculi sui doctissimus Veterum neminem *Euxinum* mare navigare ausum, aut juxta *Libyam*, aut *Syriam*, aut *Ciliciam*. Hinc obiter intelligimus, ut de *Hannonis* Periplo resciverit *Eratosthenes*, qui hanc ipsam *Libyæ* oram se legisse narrat; non tamen illum adeo *antiquum* censuisse quàm volebat præstantissimus *Vossius*, sed potius illum navigatoribus annumerasse quos παλαιοῖς opponebat. Huic ergo *Eratosthenis* assertioni ut occurreret *Strabo*, *antiquissimi* quique Periplorum duces erant in contrarium nominandi. *Perseo* ergo coævos *nullos* novit *Strabo* harum partium navigatores. Et ne quidem editum *Hannonis* Periplum, qui his fuerit *Trojano* vel excidio *proximis* temporibus assignandus. Si enim adeo *antiquum* censuisset, cur non illum potius *Periplum* advocasset, quam θρυλλῶν, *rumorem* scilicet, incertamque *famam*? Sed *stultum*, ait Vir Cl. *si quis existimarit*, *Phœnices alios ante Hannonem has oras accessisse ac ibi urbes condidisse*, *cum ex Hannone contrarium constet*. Atqui nusquam negat *Hanno*, quenquam ante se fuisse, qui has *oras* attigerit, aut qui *Urbes* ibi condiderit. Imo contrarium potius supponit. Decretum enim Senatus sui *Carthaginiensis* refert, ut Urbes *Libyphœnicum* conderet. Supponit ergo in illis ipsis oris *Urbes* alias *Phœnicum*, licet nullæ fuerint *Libyphœnicum*. Plures certe fuisse, in illa quoque, quæ extra *columnas Herculeas* fuit, ora *Libyæ*, Urbes, quam quas ipse condiderit *Hanno*, supponit Traditio è *Strabone* superius observata, de *trecentis Phœnicum*, non solorum *Libyphœnicum*, Urbibus, quas exciderint *Phaurusii* & *Nigretes*. Imo ipsas illas *Urbes* à *Tyriis* sibi vendicatas jam supra ex eodem *Strabone* vidimus, quorum proinde fidem *Hannoni* opposuimus. Nec enim adeo *stultum* est si *Hannoni* fidem derogemus, quem veteribus suspectum fuisse ne quidem *Vossius* ipse diffitetur. Sed non erant soli

§ 13. Nihil faciunt *Phœnicum* coloniæ extra columnas *Herculeas* à *Strabone* memoratæ ad *Hannonem*.

1 *Strab.* L. I. p 48. 2 *Voss.* ad *Mel.* L. III. c 9. l. 13

Carthaginienſes, qui extra *columnas Herculeas* navigarint. Idem feciſſe *Phœnices Gaditanos* teſtem habemus, ſi minus ipſum *Ariſtotelem*, certe *Ariſtotelis* ætate non multo inferiorem, [1] περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων. Hos enim docet ab illa ipſa ora merces *Carthaginienſibus* ipſis incognitas *Carthaginem* deportaſſe. Sed *Gaditanorum* ipſorum originem deſcribit, ni fallor, hoc in loco *Strabo*, quam Urbe *Carthaginienſi* antiquiorem ſupponit, & navigationes eorundem extra *columnas Herculeas Carthaginienſium* extra eaſdem *columnas* navigationibus etiam antiquiores. *Præponit* certe *Strabo Phœnicum* navigationes extra columnas *Herculeas* aliis eorundem navigationibus ad partes oræ *Libyæ* maritimæ *medias*. Et quidem ita præponit ut etiam *opponat*. Erant ergo illæ *Phœnicum* navigationes extra columnas *Herculeas* aliæ prorſus, & *priores* illis, quas poſtea memorat ad partes oræ *Africanæ* maritimæ *medias*. Nec ullas *adhuc* fuiſſe veriſimile eſt à *poſterioribus* extra fretum *Gaditanum* colonias. Facile inde colligimus, partes oræ maritimæ *medias* de *Libyæ* latere intelligi *mediterraneo*, non autem de eo quod extra *columnas* ponebatur *Herculeas*. Quis inde non videt *Strabonis* verba poſteriora de ipſa Urbis *Carthaginienſis* fundatione eſſe intelligenda, quæ *medium* tenebat oræ *Libyæ mediterraneæ*? Convenit certe tempus, pro hypotheſibus *Virgilii*, eorumque qui coævum *Didoni* Urbis fundatrici fecerint *Æneam* ab *Ilii* clade fugientem. Priora autem de alia *Tyriorum* navigatione, ni fallor, intelligenda ſunt, qua *Herculis columnas* ipſas ab *Oraculo* quærere jubebantur. Ter enim id feciſſe narrantur, & ſemel illas *extra* fretum in *Oceano* ipſo quæſiviſſe. Sic enim alibi ipſe [2] *Strabo*, cujus etiam teſtimonium jam adduximus, de *Tyriis* illas (quæ *Phœnicum* ferebantur) colonias ſibi vendicantibus. Idem tamen has omnes navigationes [3] ψεύσμασι Φοινικικοῖς accenſet. Videmus ergo quam infirmo tibicine nitatur univerſa illa Viri Magni argumentatio, fide nempe *Punica* admodum ſubleſta. Ut autem ad verba *Strabonis* poſteriora redeamus, longe aberat ut tempora illa *Didonis* haberentur *Carthaginienſium florentiſſima*. Et quæ ægre ſe adverſus finitimos tuebatur Regina, nondum certe par eſſe potuit emittendis in Oceanum *coloniis*; nondum *tres* hominum *myriades* emittere potuit, quot tamen ſe duxiſſe teſtatur *Hanno*. Recte ergo *Phœnicum* fuerint, non *Libyphœnicum*, coloniæ hoc in loco à *Strabone* memoratæ. Potuit autem fortaſſis *Hannoni* fidem habere *Eratoſthenes*, qui *Cernen* pro *vera* habuit Inſula, cui nomen ab *Hannone* ipſo impoſitum narrat *Periplus*. Sic tamen, ut dixi, non potuit illum annumerare *priſcis* ipſe *Eratoſthenes*. Sed qua demum fronte *Hannonem Eratoſtheni* objicere potuit *Strabo*, qui hoc ipſo nomine *Eratoſthenem*

1 P. 1165. Ed. *Par.* 1619. Tom. I. 2 *Strab.* L. III. p. 169. 170. 3 *Ib.* p. 170.

ſthenem ipſum reprehendit, quod memoratam ab *Hannone* Inſulam *Cernen* ille *veram* fuiſſe credidiſſet? Qui hoc quoque eidem vitio dedit, quod Scriptorem ſuſpectæ fidei *Damaſtem* vel memoria dignum cenſuiſſet? Cavet proinde, dedita, ut videtur, opera, *Strabo* ab omni *Hannonis* mentione, ne ipſe eodem crimine teneretur, quod in *Eratoſthene* reprehenderat. Sed has ipſas quoque *Phœnicum* navigationes quas objiciendas cenſuit, ipſe quoque *Strabo* dubiæ fidei fuiſſe innuit, dum hoc ipſo loco, quem adduxit Cl. *Voſſius*, ita habet: οὐ χρὴ πιστεύειν τοῖς λεγομένοις· dum etiam fidem *Punicam*, in hac cauſa, ſuſpectam facit.

§. 14. *Didone* antiquiorem *Carthaginem* fuiſſe, non eſt veriſimile.

Tempus hujus *Peripli* deſignavit *Plinius* verbis ſatis manifeſtis. Alibi [1] *Carthaginis potentia florente* fuiſſe inquit: alibi [2] *Punicis rebus florentiſſimis*. Et *Carthaginienſium* fuiſſe, ſi quis unquam fuerit, hic ipſe docet *Periplus*. Videt ergo Vir Magnus, quam hæc cum ſuis pugnarent hypotheſibus, ſi de condita à *Didone Carthagine* intelligerentur. Itaque [3] *Appianum* potius audiendum arbitratur, qui primam Urbis fundationem *Trojæ* excidio annis L *antiquiorem* exiſtimavit. Sed ne quidem illa quoque ſufficiet *origo*, ut *Perſei Gorgonumque* tempora *Hanno* attigerit. Auctor, ni fallor, *Appiano* erat, ita cur ſentiret, *Philiſtus Syracuſanus*, *Dionyſio* ſeniori coævus, pro cujus ſententia *Euſebius Carthaginis* ortum ad numerum ſuum retulit DCCCIV^m^. *Trojæ* autem *excidium* ipſe refert ad numerum DCCCXXXV. Ita ſpatium annorum duntaxat XXXI intercesſerit. Hunc ergo ſi habuerit ſententiæ ſuæ patronum *Appianus*; ſic erit cur merito dubitemus, rectene ille ſententiam Auctoris ſui repræſentarit. Atqui *Xoro* originem illam tribuit tam *Appianus* ipſe, quam (è *Philiſti* ſui ſententia) *Euſebius*; cui ſocium adjungit *Euſebius Carchedonem*. *Xorus* iſte vix eſt cur dubitemus quin fuerit *Tyrius*. Et plane ſimilis eſt collega *Carchedon*. Fabulatorum illa produnt ingenium, qui antiquiſſimas origines ſæpiſſime arceſſunt ex *Urbium nominibus* in *Virorum nomina* transformatis. Si quid ergo ſani habeant, ad *altiores* ipſa *Urbe* origines, in *Tyro*, ni fallor, & *Phœnicia* referenda ſunt: ea ſaltem quæ de *Xoro* fabulantur. Nec longe abeunt *Phœnicum* rationes, mox [4] à nobis è *Phœnicum* Annalibus explicandæ. Annus ibi *Solomonis* IV^us^ aſſignabitur anno *Periodi Julianæ* 3703. Hoc anno *Tyrum* ipſam antiquiorem annis 240 ex iiſdem Annalium *Tyriorum* rationibus facit [5] *Joſephus*. Sic anno *Period. Jul.* 3463, *Tyri* ipſius jacta fuerint fundamenta. Detrahantur hi ex anno *Per. Jul.* 3938, quo prima cœpit *Olympias*: reliqui erunt anni

1 *Plin.* N. H II 67. 2 *Plin.* N.H. V. 1. 3 *Appian.* Punic. I. init. 4 §. 15. 5 *Joſeph.* Ant. VIII. 2.

475. Sed vero, anno ante *Olympiadas* 407°, *Trojanum Excidium* ſtatuitur à Chronologis *veterum* accuratiſſimis. His iterum deductis, annis tantummodo 68 *Tyrus* cladem *Iliacam* præceſſerit. Eſtque diſcrepantia, in tanta tamque diſcordi Antiquitate, non magni facienda. Docuitque *Strabo Tyriorum* colonias ſibi vendicaſſe *Libyphœnicas*. Cæterum quod ad veras *Urbis Carthaginienſis* origines, *Siculis* anteferendi erunt ipſi *Carthaginienſes*. Imo poſt *Carthaginienſes* audiendi erunt *Romani*, qui, exciſa *Carthagine*, *Archiva* illorum omnia atque monumenta in ſuam poteſtatem redegerunt. Hos autem utroſque *Carthaginis* exordium ad *Didonem* retuliſſe idem agnoſcit *Appianus*. Sunt quidem *Veterum* variæ admodum, diverſæque invicem, de hac cauſa ſententiæ. His enim temporibus, cum nulla adhuc eſſent Hiſtorica *monumenta*; proinde neceſſe erat ut vacillaret *Hiſtoriæ* fides, nec conſentirent invicem *Juniorum* ſeu *Traditiones*, ſeu *Ratiocinia*. Nemo tamen *Didonem* antiquiorem eſſe cenſuit quam fecerit *Virgilius*, qui coævam fecit *Æneæ*. Facile autem hoc Poetæ condonari poterit, ſi ab Hiſtoriæ Chronologiæque rationibus deflexerit, in tanta præſertim *antiquitate* diſſentientibus invicem monumentis, ut ne quidem accurata polliceri poſſit quantumvis peritus Hiſtoricus atque Chronologus. Cæterum hic quoque magis audiendi, præ *Siculis*, videntur eſſe *Romani*, qui è *Carthaginienſium* (ſiqua fuerint horum temporum) *Archivis Carthaginem* fecerint non multo *Olympiadibus* antiquiorem, ipſaque Urbe *Romana*.

§. 15. Committitur cum Chronologia *Sacra* Chronologia Regum *Tyriorum*.

Eo certe magis audiendi, quod non longe ab illis diſcedant *Archiva Carthaginienſium* Metropolitica *Tyriorum* à *Menandro* quodam olim collecta, ſeu *Epheſio*, ſeu *Pergameno*, utroque enim modo à Veteribus deſignatur. Hæc annum ipſum conſervarunt, quo *fugerit* è patria *Dido*, VII^m viz. fratris *Pygmalionis*. Sed hunc annum, quis demum fuerit in Epocha aliqua *fixa*, nondum explorarunt Chronologi. Tentemus ergo, qua licet, in Antiquitate aliunde tam incerta. Erit autem nobis pro norma Chronologia Sacra Regum *Iſraeliticorum*, quà illam noſter conſtituit M. [1] *Uſſerius*. Illius enim calculum accuratiſſimum exiſtimamus. Et cum illa Chronologiam *Tyriam* compoſuit *Joſephus*: ex eodem (ut videtur) *Menandro*, iiſdemque fortaſſis *Archivis*. Sacram autem Chronologiam cum accuratiſſimo Aſtronomorum *Canone*, atque Æra ejus *Nabonaſſarea*, qua licet, conferemus. Nihil enim exſtat hodie pro antiquis illis temporibus accuratius. Jam autem alibi [2] oſtendimus *Ezekiæ* Regis annum XIV^m eundem fuiſſe cum *Mardocempadi* X, & *Nabonaſſari* proinde 36; *Olympiade* autem XVII. Hic idem erat

1 *Uſſer*. Chron Sacr. Part. poſt. 2 Diſſ. 3. de Cycl. *Græc.* & *Rom.* §. 4.

Periodi

Periodi Julianæ 4002. Summam autem annorum 36 conficiunt anni prædicti *Ezekiæ* XIV, *Achazi* XVI, *Jothami* VI, Sic inivisset Epocha *Nabonassari* anno *Periodi Julianæ* 3966, *Olymp.* VIII, *Jothami* X°. si quidem pares fuissent cum *Julianis* anni *Nabonassarei.* Hîc autem ita numeramus ac si fuissent revera *pares.* Detrahantur ergo rursus, pro VII Olympiadibus anni XXVIII. nempe X *Jothami*, & ex *Uzziæ* Patris Regno XVIII. & anno *Uzziæ* XXXIV° prima inibit *Olympias*, anno scilicet *Periodi Julianæ* 3938. Nec ulla est in his Regum annis discrepantia. Ita hujus Epochæ, qua includenda erit fuga *Didonis*, limitem *citimum* tenebimus. *Initium* ita indagamus. Primus est in hac διαδοχῇ *Hiromus*, cujus annum XII^m^ cum IV° *Solomonis* componit *Josephus*, quo *Templi* fundamenta jecit *Solomon.* Et quidem horum Regum annos ita invicem fuisse committendos, ex ipso didicit, ut videtur, *Menandro*, quem ait ad Reges *Tyrios* gesta quoque gentium *aliarum*, tam *Græcarum*, quam *Barbararum*, exegisse: quæ certe methodus, si cum judicio observata fuerit, ad fidem ejus commendandam admodum faciat. Rectius autem in Libris adversus [1] *Apionem*, annum *Hiromi* XII^m^ *Templi* exordio assignavit, quam in [2] *Antiquitatibus* XI^m^ Discimus hoc ex aliis numeris, annorum CXLIII à *Templi* fundatione, CLIII autem ab initio *Hiromi*, in quibus magnus est *consensus* eorum omnium, qui *Tyriorum* Regum successionem è *Menandro* descripserunt, tam sibi ipsis, quam inter se invicem. Itaque non est cur de harum *summarum* sinceritate dubitetur; magisque ad *ipsas* summæ *particulares*, in quibus tantus consensus non est, exigendæ erunt, quam vicissim. Invaluit tamen posterior illa methodus apud Chronologos nostri ævi præstantissimos. Et sane lacunam manifestam mox probabimus annorum quibus regnaverint *Nutricis* filii *juniores.* Proinde augendæ erunt summæ particulares, non autem *breviandæ.* Sic ergo ab initio *Hiromi Tyriorum* Regum anni disponendi, & cum Chronologia *Sacra* committendi.

1 *Joseph.* cont. *Apion.* L. I. p. 1043. 2 *Antiq.* VIII. 2.

Davidis.		*Hiromi.*		*Period. Jul.*	*Davidis.*		*Hiromi*		*Period. Julian.*
33		1		3692	36		4		3695
34		2		3693	37		5		3696
35		3		3694	38		6		3697

Davidis.		Hiromi.		Period Julian.	Solomonis.		Hiromi.	Epoch. Tyr.	Period Julian
39		7		3698	24		32		3723
40		8		3699	25		33		3724
Solomonis.					26		34		3725
1		9		3700			Baleazari,		
2		10		3701	27		1	35	3726
3		11		3702	28		2	36	3727
4		12		3703	29		3	37	3728
5		13		3704	30		4	38	3729
6		14		3705	31		5	39	3730
7		15		3706	32		6	40	3731
8		16		3707	33		7	41	3732
9		17		3708			Afdastarti.		
10		18		3709	34		1	42	3733
11		19		3710	35		2	43	3734
12		20		3711	36		3	44	3735
13		21		3712	37		4	45	3736
14		22		3713	38		5	46	3737
15		23		3714	39		6	47	3738
16		24		3715	40		7	48	3739
17		25		3716	Roboami.	Jeroboami.			
18		26		3717	1	1	8	49	3740
19		27		3718	2	2	9	50	3741
20		28		3719			Nutricis fil. maj.		
21		29		3720	3	3	1	51	3742
22		30		3721	4	4	2	52	3743
23		31		3722	5	5	3	53	3744

Rehoami	Jeroboami.	Nutricii fil. maj.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.
6	6	4	54	3745
7	7	5	55	3746
8	8	6	56	3747
9	9	7	57	3748
10	10	8	58	3749
11	11	9	59	3750
12	12	10	60	3751
13	13	11	61	3752
14	14	12	62	3753
		Nutr. fil. 3. jun.		
15	15	1	63	3754
16	16		64	3755
17	17	3	65	3756
Abiæ.				
1	18	4	66	3757
2	19	5	67	3758
3	20	6	68	3759
Asæ.				
1	21	7	69	3760
2	22	8	70	3761
	Baasæ.			
3	1	9	71	3762
4	2	10	72	3763
5	3	11	73	3764
6	4	12	74	3765

Asæ.	Baasæ.	Nutrici fil. 3 jun.	Epoch. Tyr.	Period. Julian.
7	5	13	75	3766
8	6	14	76	3767
9	7	15	77	3768
10	8	16	78	3769
11	9	17	79	3770
12	10	18	80	3771
		Astarti		
13	11	1	81	3772
14	12	2	82	3773
15	13	3	83	3774
16	14	4	84	3775
17	15	5	85	3776
18	16	6	86	3777
19	17	7	87	3778
20	18	8	88	3779
21	19	9	89	3780
22	20	10	90	3781
23	21	11	91	3782
24	22	12	92	3783
		Atherymi.		
25	23	1	93	3784
26	24	2	94	3785
	Zimri, tum Omri			
27	1	3	95	3786
28	2	4	96	3787

Asæ.	*Zimri, tum Omri.*	*Atheryini.*	*Epoch. Tyr.*	*Period Julian.*
29	3	5	97	3788
30	4	6	98	3789
31	5	7	99	3790
32	6	8	100	3791
33	7	9	101	3792
		Phellis.	101 m. 8	
		Ithobali.		
34	8	1	102 m. 8	3793
35	9	2	103 m. 8	3794
36	10	3	104 m. 8	3795
37	11	4	105 m. 8	3796
38	12 Ahabi. 1	5	106 m. 8	3797
39	2	6	107 m. 8	3798
40	3	7	108 m. 8	3799
41	4	8	109 m. 8	3800
Josaphati.				
1	5	9	110 m. 8	3801
2	6	10	111 m. 8	3802
3	7	11	112 m. 8	3803
4	8	12	113 m. 8	3804
5	9	13	114 m. 8	3805
6	10	14	115 m. 8	3806
7	11	15	116 m. 8	3807
8	12	16	117 m. 8	3808
9	13	17	118 m. 8	3809

Josaphati.	*Ahabi.*	*Ithobali*	*Epoch. Tyr.*	*Period. Julian.*
10	14	18	119 m. 8	3810
11	15	19	120 m. 8	3811
12	16	20	121 m. 8	3812
13	17	21	122 m. 8	3813
14	18	22	123 m. 8	3814
15	19	23	124 m. 8	3815
16	20	24	125 m. 8	3816
17	21 Ahaziæ 1	25	126 m. 8	3817
18	2. 22	26	127 m. 8	3818
	Jehorami.			
19	1	27	128 m. 8	3819
20	2	28	129 m. 8	3820
21	3	29	130 m. 8	3821
22	4	30	131 m. 8	3822
23. Jehorami. 1	5	31	132 m. 8	3823
2. 24	6	32	133 m. 8	3824
		Badizori.		
3. 25	7	1	134 m. 8	3825
4	8	2	135 m. 8	3826
5	9	3	136 m. 8	3827
6	10	4	137 m. 8	3828
7	11	5	138 m. 8	3829
8 Ahaziæ 1	12	6	139 m. 8	3830
Athaliæ.	Jehu	Matyeni.		
1	1	1	140 m. 8	3831

Athalia.	*Jehu.*	*Matyrni.*	*Epoch. Tyr.*	*Period. Julian.*	*Joasi.*	*Jehu.*	*Pygmalionis.*	*Epoch. Tyr.*	*Period. Julian.*
2	2	2	141 m. 8	3832	20	26	17	165 m. 8	3856
3	3	3	142 m. 8	3833	21	27	18	166 m. 8	3857
4	4	4	143 m. 8	3834	22	28	19	167 m. 8	3858
5	5	5	144 m. 8	3835		Jehoachazi.			
6	6	6	145 m. 8	3836	23	1	20	168 m. 8	3859
Joasi.					24	2	21	169 m. 8	3860
1	7	7	146 m. 8	3837	25	3	22	170 m. 8	3861
2	8	8	147 m. 8	3838	26	4	23	171 m. 8	3862
3	9	9	148 m. 8	3839	27	5	24	172 m. 8	3863
		Pygmalionis.			28	6	25	173 m. 8	3864
4	10	1	149 m. 8	3840	29	7	26	174 m. 8	3865
5	11	2	150 m. 8	3841	30	8	27	175 m. 8	3866
6	12	3	151 m. 8	3842	31	9	28	176 m. 8	3867
7	13	4	152 m. 8	3843	32	10	29	177 m. 8	3868
8	14	5	153 m. 8	3844	33	11	30	178 m. 8	3869
9	15	6	154 m. 8	3845	34	12	31	179 m. 8	3870
10	16	7	155 m. 8	3846	35	13	32	180 m. 8	3871
11	17	8	156 m. 8	3847	36	14	33	181 m. 8	3872
12	18	9	157 m. 8	3848	37	15	34	182 m. 8	3873
13	19	10	158 m. 8	3849	38	16 Joasi. 1	35	183 m. 8	3874
14	20	11	159 m. 8	3850	39	2. 17	36	184 m. 8	3875
15	21	12	160 m. 8	3851	40 Amaziæ 1	3	37	185 m. 8	3876
16	22	13	161 m. 8	3852	2	4	38	186 m. 8	3877
17	23	14	162 m. 8	3853	3	5	39	187 m. 8	3878
18	24	15	163 m. 8	3854	4	6. Jeroboam ii. 1	40	188 m. 8	3879
19	25	16	164 m. 8	3855	5	7. 2	41	189 m. 8	3880

Amazia.	*Joasi* & *Jeroboam* ii.	*Pygmalionis.*	*Epoch. Tyr.*	*Period. Julian.*	*Amazia.*	*Joasi* & *Jeroboam* ii.	*Pygmalionis.*	*Epoch. Tyr.*	*Period. Jul.*
6	8. 3	42	190 m. 8	3881	9	11. 6	45	193 m. 8	3884
7	9. 4	43	191 m. 8	3882	10	12. 7	46	194 m. 8	3885
8	10. 5	44	192 m. 8	3883	11	13. 8	47	195 m. 8	3886

Accedant ultimo *Periodi Julianæ* anno anni alii 52, pro XVIII (qui ſuperant) *Amaziæ*, & XXXIV *Uzziæ*. Conſtabitque numerus annorum 3938 ad primam *Olympiadem*, ut dixi, accuratiſſime. Hunc certe puto calculum fuiſſe *Menandri*. Secutus autem eſt, ut puto, *Menander*, in commiſſione cum Regibus *Judæorum*, fidem potius *Demetrii* illius *Phalerei*, qui ſcripſit *de Regibus Judæorum*, (quemque ſub IV° *Ptolemæo* teſtatur vixiſſe [1] *Clemens Alexandrinus*,) potius quam Sacrarum literarum *Græce* jam verſarum. Jam enim olim difficilem fuiſſe illorum commiſſionem, innuiſſe videtur ipſe ille *Demetrius*, quod ſingulare de illo Argumento volumen conſcripſerit. Sic medio inter IV^m *Ptolemæum* & *Joſephum* tempore vixerit *Menander*. Et tamen fortaſſis ante *Polyhiſtorem Cornelium Alexandrum*, qui ſub *Sulla* ſcripſit, hauſitque ex *Menandro* quæ habet de *literis* inter *Solomonem* & *Hiromum*. Hæc obiter, quod nihil haberet exploratum de illius tempore noſtri *Voſſii Parens*. Contexuerat autem *Demetrius* perpetuam *Judæorum* ad ſua uſque tempora *Chronologiam*, quam ad ſuam ætatem perduxit *Eupolemus*. Diſcimus hæc è *Patriarcharum* Chronologia, quam è *Polyhiſtore* conſervavit *Euſebius*, & ex iis quæ de utriuſque hypotheſibus tam *Demetrii* quam *Eupolemi*, habet *Clemens Alexandrinus*. Ad illam ergo *Tyriorum* Regum tempora exegit *Menander Epheſius*.

§. 16. Prædicta Chronologia *Tyriorum* aſtruitur è *Joſepho*.

Nos autem, in hac Regum *Tyriorum* ſerie, *Joſephi* numeros ſecuti ſumus. quà ſcilicet illos integros habemus. Supplevimus autem, quà deficiunt, ex illius ſummis *univerſalibus*. Hæc enim cauſa erat cur hactenus male ſe habere illius *numeri* exiſtimarentur, quod annum ab initio *Hiromi* 155 à XII° autem ejuſdem 143 non conficerent, quod tamen poſtulabant ſummæ illæ (in quibus maximus eſt *conſenſus*) *univerſales*. Non ſcilicet occurrebat, non modo apud *Theophilum Antiochenum* & *Syncellum*, verum etiam apud ipſum quoque *Joſephum*, deſiderari annos quibus regnarint *tres* filii *Nutricis* juniores. Πρεσβυτέρῳ ſeor-

1 *Clem. Al.* Strom. I.

ſim

ſim annos tribuit XII. Sequitur deinde *lacuna*, qua fratrum reliquorum annos memoraverant Archiva. Eam manifeſtam faciunt verba proxime ſequentia, tam in *Joſepho*, quam in *Theophilo*: μεθ' ὃς Ἀστάρτ@. Inde corruptum nomen *Methuaſtarti*, licet alieno loco, apud [1] *Theophilum*. Erant ergo & reliquis ſuæ quoque Regnandi vices, licet exciderint (neſcio quo Librariorum errore) eorum anni. Non poſſumus ergo ſingulis ſuos annos, ſeu *Regni*, ſeu (pro reliquorum exemplo) *vitæ*, redintegrare. *Omnibus* tamen recte, ni fallor, illos imputabimus, qui alioqui defuturi erant ad ſummas *univerſales* explendas, tanto Auctorum Codicumque *conſenſu* ſtabilitas. Niſi forte x ex illis *Baleazaro* potius aſſignemus, quod XVII annos illi tribuant tam *Theophilus* quam *Syncellus*, contra *Joſephum*, quod alibi nuſpiam faciunt, hoc ſaltem in numero *conſentientes*. De hoc autem cogitent alii, quibus otium eſt, ut id agant ex profeſſo. Nos annos XVIII ſatis *paucos* exiſtimamus qui inter fratres *juniores* tribuantur, ut omnium diutiſſime regnarit natu *maximus*, quod ſane innuunt *Archiva*. Recte autem ſe habere noſtram cum *Chronologia Sacra* commiſſionem, exinde colligimus, quod ita in *Ababi* annum Im conveniat annus *Ithobali* Vus, quem *Ethbaal* appellant Sacræ literæ, & *Ababi* ſocerum fuiſſe docent. Sane commodiſſime. Vixit *Ithobalus* annis LXVIII, regnavit autem XXXII. Ita Io *Ababi* anno, annum egerit *Ithobalus* ætatis XLIm. *Ætas* illa ſufficit ut tunc *nubilem* filiam haberet *Jezabelem*. Ita ad VIm *Jehorami Iſraelitici* ſuperſtes fuerit pater *Jezabelis Ithobalus*. Ut ſatis proinde commode ad *cædem* filii *Jehorami*, (quæ ſexennio poſtea ſequebatur,) pertigerit ipſa *Jezabel*, *formæ* adhuc ſtudioſa, nec admodum *longæva*. Non equidem poſſum in hac tam antiqua Hiſtoria certi quippiam affirmare. Hæc tamen arbitror, ſi minus vera, ſaltem eſſe veriſimillima. Credidit quidem *Petavius* cum *Sacra Hiſtoria* hæc pugnare *Phœnicum* Archiva, vel ipſum ſaltem fortaſſe *Menandrum*, qui IVm *Solomonis* annum cum *Hiromi* commiſit XIIo. Hoc ſcilicet Argumento, quod mox ab initio *Davidis Hieroſolymitano Hiramum Tyriorum* Regem Sacræ literæ memorarint. Sed fieri poteſt, ut inter duos *Hiramos* medius fuerit *Abibalus* illius *Hirami* deceſſor, cujus annus XIIus cum *Solomonis* anno confertur IVo; illius autem ſucceſſor, qui initio *Hieroſolymitano Davidis* amicitiam ambierit. Nec tamen certus deſignatur *Davidis annus*, quo amicitiam cum *Hiramo* contraxerit. Erat, ut videtur, frequens apud Reges *Tyrios*, *Hirami* nomen. Alium certe *Hiramum* poſtea ex iiſdem *Archivis* idem exhibet *Menander*.

1 *Theoph.* L. III. ad *Autolyc.*

§. 17. Inde *annus* colligitur quo fugerit è patria *Dido*.

Ex hac autem *Phœnicum* Chronologia ita constituta, ſequitur anno *Period. Julian.* 3846, qui *Pygmalionis* erat VII^us quo exſulavit *Dido*, ne quidem antiquiorem eſſe potuiſſe *Carthaginem*, quæ fuerit à *Didone* fundata. Is erat annus ante primam *Olympiadem* XCII^us. ante prima *Palilia Varroniana* CXV^us. Potuit aliquot annis eſſe *recentior*. Nec enim mox à patria profuga ſedem in continente firmam adepta eſt. Meliuſque hæc cum receptis Veterum numeris conſentiunt (qua quidem ipſi inter ſe conſentiunt) quam quæ attulit in contrarium Magnus *Voſſius*. *Euſebius* ad varios numeros, ſeu potius, è *Romanis* Scriptoribus, fortaſſis *Hieronymus*. De numero DCCCIV. jam vidimus. Ad num. etiam DCCCCLXXI, ita habet in Editione Scaligerana: *Carthago condita eſt, ut quidam volunt, à Carchedone Tyrio: ut vero alii, à Didone filia ejus, poſt Trojanum Bellum ann.* CXLIII. Sed *notæ* apponunt ad ann. DCCCCLXXVIII. unde ſuſpicio eſt *Typographi* potius errorem eſſe, quam *Scaligeri*. Eſt enim annus ille *poſterior* ab Excidio *Trojano* revera CXLIII, pro hypotheſibus *Euſebii*. Vidit *Scaliger* hunc ipſum eſſe annum quem deſignaverat *Menander* ab *Hirami* XII°. Illud autem non vidit, cur ab Excidio *Trojano* numeraretur CXLIII. Fugerant nimirum Virum Maximum verba *Tatiani* ex eodem, ut videtur, *Menandro*, quem tamen appellat ipſe *Pergamenum*. Fieri poteſt ut *utriuſque* Urbis civis idem fuerit *Menander*, quod erat apud Veteres frequentiſſimum. Verba autem [1] *Tatiani* illa ſunt: Τȣ̃ δὲ Χειράμȣ ὁ χρόνος ἤδη πȣ τοῖς Ἰλιακοῖς ἐγγίζει. Quæ verba facile in hanc ſententiam detorqueri poterant. Rurſus ad num. MI. vel (ut *Scaliger* in *Notis*) MII. fugam *Didonis*, ſecundum nonnullos, idem ponit *Euſebius*. Neſcio quo fretus ſententiæ illius Auctore. Sic prima *Olympiade* 240 annis fuiſſet antiquior, qui numerus eſt annorum quo *Tyrus* ipſa Templo *Solomonis* antiquior erat. Idem iterum ejuſdem meminit ad num. MCLXVII. vel potius (ut recte *Scaliger*) *Hieronymus*, pro hypotheſibus tamen *Euſebii*, anno à Templo *Solomonis* CXLIII. Nempe ante *Olympiades* ann. 73. ante *Urb. Cond.* pro Epocha (quam ſequitur *Hieronymus*) *Catoniana*, 98. Sic porro *Latini* loquuntur, ut (quanquam invicem non conſentiant in tanta monumentorum penuria) non tamen *longe* abeant ab his *Phœnicum* Archivis. Annos Urbi *Carthagini* DCC rotundo numero tribuunt *Livius*, *Eutropius* & *Oroſius*, quæ Urbis *Romanæ* anno *Varr.* 608 exciſa eſt. *Velleius* (ne quidem ipſe ſibi conſentaneus ex unico, unde prodiit, MS^o.) [2] *Carthaginem* ait *ante annos* V & LX, *quam Urbs Romana conderetur*, *à Didone conditam.* Et tamen illam *ſtetiſſe* [3] tradit annis DCLXVII. qui proinde pertigerint ad

1 *Tatian.* Or. cont. Græc. 2 *Vel.* L. I. c. 6. 3 ib. c. 12.

ann.

ann. *Varr.* 608. Poſterior numerus propius fortaſſis ad veritatem accedit. Erant enim, qui ad annum Epochæ ſuæ DCLXVIII perveniſſe credebant, ut nos docet in *Euſebiano* Chronico [1] *Hieronymus.* Si ad Epocham *Varronianam* annum illum Epochæ *Carthaginienſis* retulerit *Velleius*, ſic Urbe *Romana* annis tantummodo 59 fuiſſet antiquior, qui numerus à *Velleiano* juſto deficit *ſexennio.* Plane ut deficiebat à *Varroniana* Epocha *Fabiana.* Miſcuit ergo fortaſſe diverſarum ſupputationum rationes invicem *Velleius.* Ita ſcilicet ut *Urbis* annum 608, quo deleta fuerit *Carthago*, pro modo ſupputarit *Fabiano.* Sic enim eveniret, ut qui annus ante Epocham *Varronianam* fuiſſet 59, idem fuiſſet ante annum Epochæ *Fabianæ* 608, ut numerat *Velleius*, LXV. Alios, ubi ſupra, refert *Hieronymus*, qui annum *Carthaginis* ultimum numerarint ab ejus fundatione DCCXLVIII. Sic *Romam* præceſſerit annis CXL. Plerunque autem noſtra è *Phœniciis* Archivis origine recentiorem ſtatuunt. *Juſtinus* è *Trogo* annis LXXIII, [2] *Servius* tantummodo LXX, antiquiorem facit *Roma Carthaginem.* *Cato* annis XL, qui proinde proxime acceſſit ad ſententiam *Timæi.* Illam enim ſententiam *Timæo* tribuit [3] *Dionyſius*, ut aſſeruerit XXXVIII ante primam *Olympiadem* annis Urbis *Carthaginienſis* jacta fuiſſe fundamenta. Is annus erat ante prima *Palilia Varroniana* LXI. quo tamen eodem anno *Romam* conditam cenſuit ipſe *Timæus.* Quem autem habuerit ſententiæ Auctorem, neſcire ſe fatetur *Dionyſius.* Noſtram tamen, quam è *Phœnicum* Archivis dedimus, ſupputationem *ſuperat* etiam [4] *Solinus*, qui *Carthaginis* excidium ad annum retulit illius DCCXXXVII. Superat, pro aliis rationibus, etiam *Appianus*, qui *Siciliam* à *Carthaginienſibus* ablatam narrat anno Epochæ *Carthaginienſis* DCCº. qui proinde concurrerit cum fine Belli *Punici* Iı. annoque adeo U. C. Varroniano 513. Docet tanta illa ſententiarum *diſcordia*, quam incerta ſit his temporibus *Carthaginienſium Græcorumque* Hiſtoria. Docetque eadem, noſtras, quas è *Tyriorum* Archivis dedimus, rationes, ad *medium* proxime accedere, & proinde eſſe *veriſimillimas.* Cauſa ergo nulla prorſus eſt cur adeo *antiquam* cenſuerit Vir doctiſſimus *Carthaginem* ipſam; aut hunc, in quo verſamur, *Periplum Hannonis.*

§. 18. Inter *Olymp.* XCII. 4. & *Olymp.* CXXIX. quærendus eſt *Hanno* hujus *Peripli* dux.

Ego nihil ſane video quod obſtet, quo minus verum hujus *Peripli tempus* docuerit *Plinius*, cum illum rebus *Punicis* aſſignaret *florentiſſimis.* Sed limites quidam ponendi ſunt quibus *res* eorum *florentiſſimæ* fuerint concludendæ. Non poterant certe cenſeri *florentiſſimæ* poſt primum cum *Ro-*

1 Num. *Euſeb.* MDCCCLXXI. 2 *Serv.* ad Æn. I. v. 12. & 267. 3 *Dionyſ.* L. I. p. 60. 4 *Solin.* Polyhiſt. c. 30.

manis

manis Bellum, cum ditionibus avitis multarentur. Proinde post annum *Varr.* 513^m^. quo *Pax* illa *Pœnis* damnosa recepta est, non est *Hanno* ille quærendus. Nec proinde post *Olymp.* CXXXIV. 3. qui in annum illum *ineuntem* incidebat. Cladem enim illam nunquam ita resarciverunt, ut deinceps *res* eorum possint censeri *florentissimæ*. Sed ne quidem *Belli* ipsius tempus opportunum erat emittendis *coloniis*. *Pacis* hoc negotium erat, & plane talis qualem post *Belli* illius initium anno *Varr.* 490, *Olymp.* CXXIX, nunquam deinde consecuti sunt *Carthaginienses*. Sed nec vice versa nimis *alte* Epocha illa arcessenda est, uti fecit Vir Eruditissimus. Non potuit sane primis *Carthaginiensium* Historiis multo fuisse antiquior. Utcunque tunc *floruissent*, non tamen potuit, sine *coævis* Historiis, de *Carthaginiensium* statu *florentissimo* constare. Sed vero de *primis* eorum *Historiis* ex *Historicorum* illorum ætate judicandum est, qui apud illos habebantur *antiquissimi*. His autem *Antiochum Syracusanum* accenset *Dionysius Halicarnassæus*. Nunc enim illum [1] ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων τινὰ, οὐδὲ νέον συγγραφέα appellat, nunc etiam [2] πάνυ ἀρχαῖον. Proinde *multo* antiquiorem illo neminem noverat *Dionysius*, Vir tamen veterum monumentorum peritissimus, atque in iisdem versatissimus. Ad *Darii* autem *Nothi* tempora Historiam ab eo deductam esse Auctor *Diodorus* est. Nempe ad annum, ut vult ille, *Olymp.* LXXXIX. 1^m^. Convenitque satis commode hæc illius ætas cum ætate patris *Xenophanis Colophonii*, qualem illam alibi descripsimus. *Medius* enim erat inter *Pythagoram* filiumque *Antiochum Xenophanes* ille, & seni *Pythagoræ* juvenis ipse coævus, & *longævitate* celebris. *Discipulus* autem *Pythagoræ Lysis juniores* etiam *Antiocho* discipulos habuit *Thebis*, *Philippum Macedonem Alexandri M.* patrem, & *Pelopidam* & *Epaminondam*. Quod si inter *Siculos* Historicos, qui etiam *olim* exstabant, πάνυ ἀρχαῖος habeatur *Antiochus*; non poterant certe ulli unquam *multo* fuisse antiquiores. Congruit examussim hæc *Siculæ* Historiæ Epocha cum ætate Historiæ *Græcæ* reliquæ. A *Græcis* enim ad *Siculos* cum *coloniis mores* etiam *Græci* emanarunt. Nec multos habebant *Historicos Græci* ipsi qui *Antiochum* ætate præcesserint. Et ne quidem habere potuisse vel inde manifestum est, quod non multo antiquiora habuerint exploratæ *fidei*, & sibi quoque invicem *consentanea*, monumenta. De *Cyro* certe jam [3] alibi vidimus, quam pugnarint eorum Traditiones, quasi nullis fulcirentur Scriptorum *Archivis*. Medio ergo inter *Cyrum* & *Darium Nothum* intervallo primi cœperint *Siculorum* Historici. Nec poterant adeo multo esse *antiquiores* res *Carthaginiensium florentissimæ*. Qui enim res *Carthaginiensium* lingua *Carthaginiensium* patria *Punica* prodiderit,

1 *Dionys.* L. I. p. 59. 2 ibid. p. 10. 3 Præl. Inaug.

neminem

neminem apud Veteres reperimus. A *Græcis* ergo (*Carthaginienſium* ſcilicet in *Sicilia* ἐπικρατείας, vel *hoſtibus*) primæ *Carthaginienſium* Hiſtoriæ deſcenderint. Inde factum ut de ſuæ *Urbis* origine tam variæ fuerint *Carthaginienſium* ipſorum Traditiones. Quod ſane fieri non potuit, ſi ullos habuiſſent *Originibus* ſuis *propinquos* Hiſtoricos; ſi ulla ſaltem *coæva*, nec dubiæ *fidei*, Archiva. Scripſit quidem de [1] *Re Ruſtica Mago Carthaginienſis*, & *lingua* ſcripſit etiam *Punica*: in vulgi gratiam, ut videtur, *Agriculturam* exercentis. Sed quæ *exteris* innoteſcere volebant, ea non alia lingua quam *Græca* ſcripta unquam fuiſſe legimus. Itaque poſt ſedes in *Sicilia* neceſſe eſt fuiſſe *res* illas *Carthaginienſium*, quæ in *Hiſtoriis* cenſentur *florentiſſimæ*. Sub *Cyro* autem & *Dario* infelices fuiſſe docuit *Trogus Pompeius*, & ex eo *Juſtinus* & *Oroſius*. Sub *Xerxe Siciliam* aggreſſi à *Gelone* ita victi ſunt, ut de ſua metuerent *Carthagine*. Sedes illis in *Sicilia* nullas tunc fuiſſe facile colligitur è *Diodoro*. Exercitum narrat ex *Africa* miſſum, & ne quidem è *Sicilia* vel ex *parte* conſcriptum, ſed ex aliis *Carthaginienſium* ditionibus. *Terminos* illis, in *Pacis* conditionibus, nullos, ut poſtea, in *Sicilia* poſitos apud illum legimus. Nova rurſus *Carthaginienſium* irruptio in *Siciliam* erat, poſt Hiſtoriam *Antiochi*, *Olymp.* XCII. 4. duce *Annibale*. Medio ergo tempore inter hanc novam *Carthaginienſium* Expeditionem atque *Olymp.* CXXIX, qua 1m cœpit cum *Romanis* Bellum, *Hanno* ille quærendus eſt, quem ferunt hujus *Peripli* fuiſſe *ducem*.

§ 19. Collegam habuit hic *Hanno Himilconem*. In *Agathoclis* Bello duces erant tam *Hanno* quam *Himilco*.

Habet autem & aliam *Hannonis* hujus notam *Plinius*. Poſt verba de *Hannone*, addit ille: [2] *ſicut ad extera Europæ noſcenda miſſus eodem tempore Himilco*. Nempe *exterorum Europæ* nomine partes *Europæ* intelligit *Oceano* objectas, ſeu *mari exteriori*. Qua ſcilicet *Mediterraneo*, ſeu *interiori* Mare *exterius* opponi ſolet à *Geographis*. Id ergo vult, quo tempore oram *Libyæ*, quæ *Oceano* proluebatur, *Meridiem* verſus atque *Orientem* luſtravit *Hanno*; eodem oram *Europæ Occidentalem Septentrionalemque*, qua ſcilicet etiam ipſa vergebat ad *Oceanum*, luſtraſſe ſimiliter *Himilconem*. Et ſcriptis ſuam navigationem conſignaſſe docet *Feſtus Avienus*. *Punicorum Annales* appellat *Feſtus*, unde ipſe quædam de hac *ora maritima* dixerit. Si ita appellarit, quod *lingua Punica* concepta fuiſſent, ea cauſa ſatis veriſimilis eſſe potuit, cur tamdiu *Græcos* latuerit *Himilco*, etiam illos qui collegæ meminerint *Hannonis*. Sed *linguam Punicam* nihil eſt cur *Feſtum* intellexiſſe arbitremur. Non certe videtur intellexiſſe *Plinius*, qui tamen *Himilconis Periplum* viderit pariter ac *Hannonis*. Illum certe cum *Hannone* conjungit,

1 Vid. *Varron.* R. Ruſt. & *Columell.* & *Plin.*

2 *Plin.* N. H. II c. 67.

recenſetque

recenſetque inter Auctores Externos è quibus Librum v[m]. collegerit. Non eſt ergo *Feſtus* ita intelligendus quaſi ſua è *lingua Himilconis patria* tranſtuliſſet, cum eadem *alia*, certe quam *Punica*, lingua *Plinius* jam olim ante *Feſtum* uſurparit. *Punicorum Annales* ille ſatis congrue appellare potuit, qui res *Pœnorum*, id eſt, *Carthaginienſium*, quacunque demum *lingua*, complexi fuiſſent. Nec ſane ullum eſt *linguæ Punicæ* veſtigium in collega *Himilconis Hannone*. Utinam exſtaret ille cognati Argumenti *Periplus*. Vix eſt cur dubitemus quin lucem *Hannoni* fœnerari, & viciſſim ab ipſo capere, potuerit. Nunc ſaltem illud ex hoc *Plinii* loco colligimus: inter varios prædicti ſpatii *Hannones*, eum demum eſſe quærendum, qui *ſocium* habuerit, & *parem* in Reipublicæ officiis, *Himilconem*. Et quidem tales legimus, in *Agathoclis* Bello, *Carthaginienſium* duces, tam *Hannonem* quam *Himilconem*. Ita quoque ſibi invicem *pares*, ut, cum (diſtrahendis *Agathoclis* copiis) varios ex Urbe exercitus *Carthaginienſes* emitterent; ſeorſim imperarint, alteri exercitui *Hanno*, alteri *Himilco*. Ita *Diodorus Olymp.* CXVIII. 2. Nec abſurde ſane, paulo ante expeditionem *Agathoclis*, res *Carthaginienſium* ſtatuemus *florentiſſimas*, cum eam virium ſuarum fiduciam haberent, ut *Syracuſas* ipſas auderent terra marique obſidere. Afflixerat illas *Olympiadis* CX[a] anno 1° *Bello*; & 2° *Pacis* conditionibus, *Timoleon*. Afflixit ipſe deinceps *Agathocles*, &, poſt illum, *Pyrrhus*, antea quam 1[m] cum *Romanis* Bellum inirent. *Medio* ergo tempore, ſed quod proprius ad *Agathoclis* tempus acceſſerit, *Pax* illa potuit eſſe *florentiſſima*, qua vacare potuerint *Carthaginienſes* coloniis emittendis.

§. 20. *Peripli* hujus meminit *Xenophon Lampſacenus*. Sed ejus *ætas* incerta.

Videndum jam num cum hac *Hannonis* ætate conveniat *mentio* hujus Peripli *antiquiſſima*. Meminit quidem *Hannonis* expreſſe *Xenophon Lampſacenus*, ut nos docet [1] *Solinus*. Sed quanto fuerit *Plinio* & *Solino* antiquior ille *Xenophon*, exploratum non habemus. Ego non admodum antiquum fuiſſe ſuſpicor. Nullum certe locum habet inter celebres *Lampſacenos* à [2] *Strabone* memoratos. Ita fuerit *Strabone* fortaſſe *junior*, niſi forte illum *Strabo* contemſerit, qui *fabularum* Auctores contemnendos, nec memoria dignos eſſe, docet. Illud *antiquitatem* aliquam fortaſſe ſapit, quod *Periplum* ſuum, ut *Hanno*, ita iſte [3] *Xenophon*, *diurnis* potius itineribus, quam *ſtadiis* emenſus fuerit. Primum enim, qui *ſtadiis* itinera deſignavit, *Timoſthenem* fuiſſe innuit [4] *Marcianus Heracleota*, qui (ſcilicet *Timoſthenes*) ſub *ſecundo* vixit *Ptolemæo Philadelpho*. Illum enim ſequebatur, exſcripſitque, *Eratoſthenes*. Nempe *diurna*

1 *Solin* c. 56. 2 *Strab.* L. XIII. p. 589. 3 Vid. ap. *Plin.* N. H. IV. 13. V. 31. 4 *Marcian.* Peripl. p. 64.

I deceſſorum

deceſſorum itinera in certum *ſtadiorum* numerum redigens. Sed neſcio an proinde colligere liceat *Timoſthene* antiquiorem, vel *coævum* ſaltem hunc fuiſſe *Xenophontem*. Nihil hic audacter affirmaverim.

§. 21. Primus meminit Auctor Operis περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. *Aristotele* ipſo, non multo *junior*. Forte *Theophraſtus*.

Primus, ut opinor, qui hujus *Peripli*, ſub *Hannonis* etiam nomine, mentionem fecerit, Auctor erat Operis [1] περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, non quidem *Ariſtoteles* ipſe, non tamen *multo* junior. [2] *Sardiniæ* ita meminit, quaſi *Carthaginienſes* Dominos adhuc etiam agnoverit. Et in [3] *Sicilia* meminit *Carthaginienſium* ἐπικρατείας. Adhuc ergo erant etiam in *Siciliæ* poſſeſſione *Carthaginienſes*, qui tamen *Inſulis* illis ambabus exuti ſunt per conditiones *Pacis*, quæ recepta eſt poſt Bellum *Punicum* Im ann. *Varr* 513. *Olymp.* CXXXIV. Sequitur præterea antiquorum errorem de [4] *Iſtri* alveo qui in mare decurrerit *Hadriaticum*. Hunc errorem tum demum innotuiſſe ſcribit [5] *Diodorus*, cum *Iſtria* in Populi *Romani* poteſtatem veniſſet. Victa nempe *Teuta Illyriorum* Regina, medio tempore inter *primum ſecundumque* Bellum *Punicum*. Eſt porro opus illud *Antigono Caryſtio* antiquius, quem ſub duobus primis *Ptolemæis* floruiſſe probavit *Voſſius* Pater. Ita ſcilicet intelligendus, ut ſub *ſecundo* potius *Ptolemæo* ſcripſerit *Antigonus*. *Timæi* enim teſtimonium advocat *Antigonus*, qui [6] *Pyrrhi* etiam res geſtas ſingulari Opere complexus eſt. Res autem geſſit *Pyrrhus* in *Sicilia* poſt mortem *Agathoclis*. Itaque primi ſaltem *Ptolemæi* ætate ad *exitum* vergente, jam prodierat in lucem *Periplus Hannonis*. Vix enim poterat Opus περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων ætate illa eſſe *recentius*. Sed nec multo eſſe poterat *antiquius*, tantum abeſt ut ipſius fuerit *Ariſtotelis*. [7] *Agathoclem* ipſum *Siciliæ* Regem verbis memorat expreſſis, qui *Olymp.* CXV, 4, *Tyrannidem* ſuſcepit, cum jam *Olymp.* CXIV, 3, deceſſiſſet *Ariſtoteles*. Idem (quicunque demum is fuerit) Auctor [8] *Cleonymi* meminit *Spartiatæ*, cui cum inſidias ſtruxiſſent *Paulus Peuceſtius* atque *Cajus*, à *Tarentinis* ait fuiſſe punitos. Neſcio cur nomen Ταραντίνων hoc in loco in Ταρκυνίων mutarit Interpres. Nam ad *Tarentinos* miſſus eſt *Cleonymus*, cujus res geſtas *Olymp.* CXIX, 2, memorat *Diodorus*: ſub Coſs. autem anni *Varron.* 452 *Livius*. Opus illud quicunque tandem ſcripſerit, verbis tamen ſæpe uſus eſt non *ſuis*, ſed *alienis*. Hoc diſcimus è voce φησί, p. 1164. Diſcimus item ex aliis ejuſdem verbis, p. 1159: Τοῦτο μὲν οὖν ἡμῖν φαίνεται μυθωδέστερον· ὅμως μέντοι ἔδει μὴ παραλιπεῖν ἀμνημόνευτον αὐτὸ, [τὴν] περὶ τῶν τόπων ἐκείνων ἀναγραφὴν ποιούμενον. Verba ſunt illius qui rem Geo-

1 P. 1153. 2 p. 1159. 3 p. 1162. 4 p. 1160. 5 *Diodor*. L. IV. 6 *Dionyſ. Hal* Præf. Antiq. p. 5. *Cicer*. L. V. Ep. Fam. ad *Lucc.* 7 p. 1161. 8 p. 1156.

graphicam suscepisset ex professo, non autem illius qui θαυμάσια ἀκούσματα undecunque corrasisset. Nescio an ex *Aristotelis* Opere celeberrimo περὶ Πολιτειῶν. si quidem, præter Civitatum *Leges* atque *mores*, etiam *regionum* res mirandas observarit. Siqua conjecturæ venia, crediderim hoc Opus è variis *Aristotelis* Operibus collectum esse à *Discipulo* & Successore illius *Theophrasto*, verbis nonnunquam *suis*, nonnunquam ipsius *Aristotelis*. Ita tamen ut *recentiora* quædam è sua memoria suppleverit ipse *Theophrastus*. Sic merito *ambobus* tribuendum erat, tam *Aristoteli*, quam *Theophrasto*. Frequens enim erat in hujusmodi collectionibus *Theophrastus*. Collegit decreta *Anaxagoræ*, *Anaximenis*, *Archelai*, *Diogenis*, *Metrodori* & *Xenocratis*. Epitomen fecit *Platonis* de *Republica*, atque *Aristotelis* de *Animalibus*. Imo Ὑπομνημάτων Ἀριστοτελικῶν ἢ Θεοφραστείων Libros VI scripsisse Auctor est [1] *Laertius*. Nescio annon hoc ipsum *Opus* sub illo titulo designarit. Poterant enim θαυμασίων ἀκουσμάτων illa fuisse Ὑπομνήματα. vm sane hujus Operis Librum περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων advocat [2] *Stephanus*. Et quidem sub nomine *Aristotelis* ea inde profert, quæ ibi hodieque reperiuntur. Idem etiam sæpe alibi ex hoc Opere testimonia adducit, sub eodem quoque nomine *Aristotelis*. Quod vero propius ad causam nostram facit, *Antigonus* utriusque nomine loca inde depromsit, tam *Aristotelis*, quam etiam *Theophrasti*. Nomine quidem *Aristotelis*, c. 31. Ne alia loca jam memorem, quæ in aliis *Aristotelis* Operibus hodieque reperiuntur. Sed & *Theophrasti* nomine alia idem adducit *Antigonus*. Certe c. 146. Et fortassis c. 149, 152, 154, 156. Atque etiam c. 188. Pendent enim hæc omnia aliquatenus à c. 145. quo nomen ipsum designavit *Theophrasti*. Et solet alioqui etiam *Antigonus* ex eodem Auctore κατὰ λέξιν excerpere. Certe *finem* iis, quæ collegerat ex *Aristotele*, imposuit c. 127. Hoc ergo tempore *Antigoni*, ut in *Libros* distributum hoc Opus legebatur, sic etiam manifestum fuisse videtur, quæ ipse ex *Aristotele* excerpserit, & quæ sua addiderit, *Theophrastus*. Nec enim alioqui *sua* singulis tam accurate assignare potuit *Antigonus*. Sed mutilavere postea, formamque Operis universam mutavere juniores. Et sane *confusionis* indicia in Operis *initio* prodiderunt *H. Stephani* MSS. ut ex iis, quæ in *fine* subjiciuntur, constat Additamentis. Poterant etiam alioqui confundi invicem Opera *Aristotelis* atque *Theophrasti*. Simul enim ambo apud *Nelei* hæredes, quibus ea legaverat *Theophrastus*, latuerunt; simulque *Sullæ* opera ex *Apellicontis Teji* Bibliotheca in lucem prodierunt, ut Nos docet [3] *Strabo*, atque [4] *Plutarchus*. Librum certe de *lineis insecabilibus*, qui

1 *Laert.* L. V. n. 48. 2 *Steph.* Γελωνή. 3 *Strab.* L. XIII. p. 608. 4 *Plutarch.* Sull.

inte

inter *Aristotelis* Opera legi solet, *Theophrasto* asserunt tam *Laërtius*, quam *Alexander Aphrodisæus*: ut, ante Nos, jamdudum observavit Cl. *Meursius*. Convenit præterea satis commode ætas *Theophrasti*. Erat enim admodum [1] *longævus*, attigitque *Olymp.* CXXIIIm, qua successorem habuit in Schola [2] *Peripatetica Strabonem* secundi *Ptolemæi* Præceptorem. Sic poterat ipse ea omnia scripsisse, quæ in hoc Opere legimus *Aristotelis* morte *recentiora*. Hæc tamen de hoc Opere obiter. Constat interim, quam egregie cum ea, quam dixi, *Peripli* hujus *ætate* conveniat, quòd in hoc Opere testimonium inde advocatur.

§. 22. *Scylax* non ex *Hannone*, sed ex antiquioribus Hannone *Phœnicum* Periplis, sua hausit.

Habet quidem, fateor, cum *Hannone* nostro communia nonnulla etiam *Scylax*. Et quidem *Urbium* nomina aliqua, quæ à se imposita profitetur *Hanno*, [3] *Thymiateriadem* atque *Cernen*. Nuspiam ille quidem *Hannonis* de *nomine* meminit. Et tamen hæc *antiquiorem* illum *Scylace* probarent, si quidem *verax* ille *Periplus* fuisset. Atqui jam vidimus *Phœnicum Tyriorum* colonias intervertisse, atque sibi vendicasse *Libyphœnicas Carthaginienses*. *Phœnicum* autem *colonias* illas fuisse censet *Scylax*, non *Libyphœnicum*, ut vult impostor sub nomine *Hannonis*. Imo *Phœniciam* ipsam illi *Scylacis* incoluere *Phœnices*. Hoc enim docent [4] *merces* eò, si *Scylacem* audiamus, importatæ: ex *Ægypto* scilicet atque *Attica*. Quis enim est qui non statim intelligat, quanto hæc aptius *Phœniciæ* conveniant, quam *Libyphœniciæ*? Poterant, fateor, è quacunque *Mediterranei Maris* ora merces *Æthiopibus* ad *Oceanum* sitis inferre *Carthaginienses*. Poterant sane, si, post conditam *Carthaginem*, curam deinceps omnem navigationum *Occidentalium* intermisissent *Tyrii Phœniciæ* ipsius inquilini. Sed commercium horum *Phœnicum* cum *Gaditanis*, & *Gaditanorum* cum *Libyæ* partibus *Oceano* objectis, jam [5] probavimus. Et quidem tale, ut merces *Carthaginiensibus* ipsis incognitas *Carthaginem* importarint. Quod sane fieri non potuit, si cum iisdem commercium habuissent ipsi *Carthaginienses*. Salvo autem commercio, longe commodius *Ægyptiorum Atheniensiumque* merces *Phœnicibus*, quam *Libyphœnicibus* imputabimus. Atqui res ipsa clamat, longe *alias* fuisse *Scylacis* rationes, urbiumque situs, quam fuerint *Hannonis*. Ultra *Lixum* fluvium *Thymiateriada* statuit *Scylax*, cum tamen suam Urbem *Thymiaterium* (multis quoque aliis coloniis interpositis) citra *Lixum* ponat *Hanno*. Idemque dicendum de Promuntorio etiam *Soloënte*. [6] *Cernen* porro pro *ultimo* navigationis termino habet *Scylax*. Ulteriora negat esse navigabilia propter

1 Vid. *Menag.* ad *Laert.* L. V. n. 47. 2 *Laert.* L. V. n. 58. 3 *Scylax* p. 53.
4 *Scyl.* p. 54. 5 §. 13. 6 *Scyl.* p. 53.

brevitatem maris & cœnum & algam. Sic viceverſa, *Ephorum*, ait [1] Plinius, *Auctorem* fuiſſe *à Rubro Mari navigantes in eam non poſſe propter ardores ultra quaſdam columnas (ita appellantur*, inquit, *parvæ Inſulæ) provehi.* Inde *Cerne* πυμάτη [2] *Dionyſio*, aliiſque. Loquitur enim ita *Scylax* ut ſolebant veteres Geographi, quoties de terrarum cognitarum ultimis eſſet ſermo, ut jam olim obſervavit [3] *Plutarchus*. At *Cernen* ultro citroque navigabilem noſter ſaltem facit *Hanno.* Imo multis deinde poſt *Cernen* diebus, ad *Gorillas* ſe perveniſſe fabulatur. Ex hoc autem *Ephori* teſtimonio colligimus, ut aliæ erant ab *Hannonis* rationibus rationes *Scylacis*, ſic etiam fuiſſe *vetuſtiores*. Et rationes proinde *Phœnicum* ſimiliter *antiquiores* fuiſſe rationibus *Libyphœnicum*, licet nihilo fuerint fortaſſe *veriores*. Convenit porro cum hoc *Ephori* teſtimonio etiam [4] *Herodotus*, qui notam è *Carthaginienſium* navigationibus, quam appellat ipſe *Cyranin*, infra *columnas*, ut videtur, ponit *Herculeas*. Certe illis *Libyæ* oris opponit, quas poſtea extra *columnas* fuiſſe tradit. Sic fuerat neceſſe ut è *Rubro Mari* navigantibus *columnæ* ipſæ fuerint tranſeundæ, quas quidam *Inſulas* fuiſſe exiſtimabant, ut jam [5] ſupra obſervavimus. Quoniam autem *Orientalium* ab *Occidente* navigationum Veteres terminum *Cernen* exiſtimabant, inde factum ut ab *Occidente* eam tandem tranſtulerint in *Orientem*. Hoc autem obiter. Cæterum vix eſt cur dubitemus quin è *Cyra* monte (ut voluit *Trogus*) nomen traxerit illa *Cyranis*, eademque proinde fuerit cum ſede *Gorgonum Cerne* atque *Cyrene*. Sic eam *Herodoti* (imo etiam *Ephori*) ætate Veteres nondum ultra *columnas Herculeas* promoverint. *Hiſtoriam* autem ſuam *Ephorus* ad *Olymp.* CIX, 4, perduxit, ut nos docet *Diodorus*. Convenit egregie, quod *Palæphatus Peripateticus Ariſtotelis* Diſcipulus (ejuſdemque adeo cum *Ephoro* ætatis) *Cyrenen Gorgonum* ad *columnas* ipſas poſuerit *Herculeas*. Itaque his recentior fuerit oportet larvatus *Hanno*, qui tam longe *Cernen* ſuam ultra *columnas* illas ſummoverit. Quare nihil hauſit ex *Hannone Scylax* (ut credidit Maximus *Bochartus*) etiam eorum quæ habet cum *Hannone* communia, ſed ex antiquioribus *Hannone Phœnicum* ipſorum rationibus; non autem ex illis, quas eſt ſecutus *Hanno* ipſe, *Libyphœnicum*. Erat ſane in antiquioribus illis rationibus *Urbium* earundem mentio, quas à ſe conditas gloriatur *Hanno*. Καρικὸν τεῖχος memoravit antiquior *Hannone Ephorus*: Μέλισσαν *Hecatæus Milesius* (in Περιηγήσει, ut videtur, Λιβυκῶν) *Græcorum* Hiſtoricorum fere antiquiſſimus: utrumque docet *Stephanus*. Tunc autem certe non poterant *Carthaginienſium* res fuiſſe *florentiſſimæ*. Poterant vero tum quoque has *colonias* ſibi

[1] *Plin.* N H. VI. 31. [2] *Dionyſ.* v. 219. [3] *Plutarch.* Theſ. [4] *Herodot.* L. IV. c. 195. [5] §. 6.

vendicare

vendicare *Phœnices Tyrii*. Non tamen negaverim, etiam *Herodoti* ætate, ipsam quoque illam *Cyranin* sibi vendicasse *Carthaginienses*. *Carthaginiensium* enim narrationibus ea quæ habet de *Cyrani* accepta referre ipse quoque videtur *Herodotus*. Hinc autem illud tantummodo colligemus, antiquiorem *Hannone* illam fuisse *Tyriorum Carthaginiensiumque* de *Cerne* æmulationem. Cæterum non proinde malæ fidei absolvetur *Hanno*, qui tam nuperam *Cernes* suæ, sive *Cyrenes* ad montem *Atlantem*, fingit originem, quam nos tanto *antiquiorem* fuisse vicimus. *Cernen* enim eandem cum veteri designare voluit, cum illam *lacui* propinquam fuisse fabulatur.

§. 23. *Periplum*, post *Hannonis* mortem, sub illius *nomine* confinxit *Græcus* aliquis *Carthaginiensium* studiosus.

Recte ergo, ut opinor, *Hannonis* illius ætatem designavi, sub cujus nomine *Periplum* commentus est junior aliquis *Hannone Græcus* Impostor. *Hannonem* autem ipsum Ego à fraude libenter absolverim. Suspicor omnino, post illius & collegæ *Himilconis* mortem, à *Græculo* aliquo *Siculo Carthaginiensium* studioso, sub illorum nominibus *Periplos* fuisse suppositos. Et fortasse pro exemplo *Alexandri Magni*. Nempe *Alexandri* auspiciis *Oceanum Orientalem* lustraverant *Nearchus* atque *Onesicritus*, ab *Indo* usque ad Mare *Erythræum*. Sic viceversa *Carthaginiensium* auspiciis (quorum navigationes erant in *Occidentem* tunc certe omnium celeberrimæ) lustrandum credidit Impostor *Oceanum Occidentalem* ad *Mare* similiter *Erythræum*, exordio ducto à *columnis Herculeis* : & lustrantium ducum *numero* plane simili, *Hannonis* atque *Himilconis*. Id porro operam dedit Impostor, quo magis invicem convenirent, ut navigationis utriusque *terminus* in Mari constitueretur *Erythræo*. Ita Navigationes *Alexandri Carthaginiensiumque* (pro Impostoris, ut videtur, mente) contulerunt invicem [1] *Plinius* atque [2] *Arrianus*. Studium autem *Carthaginiensium* prodit, quod & *duces* horum Periplorum *Carthaginienses* fecerit; & quod partes *Carthaginiensium* secutus fuerit in *coloniis Tyriorum* sibi vendicandis. *Græcum* autem fuisse, qui hos Periplos confinxerit, ostendunt *nomina* Urbium *Græca* omnia, nec ullum *Punicæ* Originis vel vestigium exhibentia. Frustra ergo se torsit maximum *Bocharti* ingenium, ut Urbium nonnullarum Etymologias ex *Ebræo* arcesseret. In postremis autem sibi temperavit, quasi desperabundus; & vere *fabulosum* esse tandem suum concedit *Hannonem*. Quod tam *invitus* demum vel conari desierit, facile intelligimus vidisse illum quam *aliena* essent à Persona *Pœni* ducis Urbium à se conditarum *Græca nomina*. Adeo tamen *decori* imperitus erat, ut se vel ita prodiderit incautus impostor. Et ne

1 *Plin.* N. H. II. 67. 2 *Arrian.* in fin. Peripl. *Nearch.*

quidem

quidem *Scriptum* aliquod *Hannonis* advocat, coævis *notum*, & in clara hominum *luce* poſitum; ſed ſacratum in *Templo*. Sic penes ipſum erat quod libebat ſub *Hannonis* nomine confingere, quaſi primus ille in Templi *adyto* reperiſſet. Edidit autem ex intervallo, poſtea quam in *vivis* deſierat eſſe ipſe *Hanno*, ne vel ipſe, vel quiſpiam ejus amicus alius, conficta illius nomine mendacia in ipſo ortu refelleret. Jam alibi [1] oſtendimus, quam fuerit apud *falſatores* fraus illa recepta, ut fidem ſuis commentis e reconditis *Templorum* monumentis conciliarent. Erant quidem, fateor, *genuina* iſtiuſmodi in *Templis* ſæpe monumenta. Sed proſtabant etiam *publice*, quæ nulla vetabat *Religio* quo minus *publicarentur*. Sic enim factum in *Pontificum Annalibus*, ut alibi [2] oſtendimus. Horum extra *Templum* ipſum veſtigium nullum præ ſe ferebat Editor. Sed *patria lingua* concipi ſolebant quæ ad *rerum patriarum* memoriam perennandam in *Templis* ſervabantur. Hic *Punicæ linguæ* nullum eſt, ut vidimus, veſtigium: ne quidem in *locorum* nominibus, quæ *Pœni* ipſi impoſuiſſe finguntur. Sed in *Hiſtorias* ipſas tandem accepta ſunt, cum ſuppeteret monumentorum *copia* ſatis ampla conficiendis *Hiſtoriis*. Ita enim factum in Hiſtoria *Romana*. Quis autem unquam Hiſtoriam *Punicam* ex *Archivis Templorum* collegit *Punicis*? Sed *Hiſtoriis* lingua *patria* conſcribendis anſam dare ſolebat *Archivorum* copia lingua *patria* conceptorum. *Punica* autem *lingua* qui *Hiſtoriam* ſcripſerit, de *rebus* etiam *Punicis*, neminem habemus Veterum qui meminerit. Imo effeciſſet *Archivorum* ipſa *lingua*, ne multa poſſent ab aliis ſcribi quam *indigenis*. Hoc ipſum oſtendit [3] *Dionyſius Halicarnaſſeus*, cur tam pauca de *Romanis* explorata haberent *Græci*, cur ipſe tædium *linguæ* peregrinæ *diſcendæ* devorarit. Quis item *Græcus* unquam *Hiſtoriæ Punicæ* ſcribendæ gratia *linguam Punicam* ſibi neceſſariam exiſtimavit? Pauca admodum, ſi forte ulla, iſtiuſmodi *Archiva Punica* fuiſſe veriſimillimum eſt. Nihil certe inde depromſit *Polybius Scipionis Æmiliani* inſtitutor; cui tamen patebant arcana omnia *Carthaginis*, cum *Urbs* ipſa exſcinderetur. Et tamen *uſum Archivorum* ille, ſiquis alius, optime callebat; iiſque, cum ſuppeterent, *Hiſtoriam* ſuam confirmavit. Inde vetera hauſit [4] *Romanorum Carthaginienſiumque* fœdera. Inde res geſtas *Hannibalis* in *Hiſpania*: et Inſcriptione viz. quam ſacravit ipſe *Hannibal* in Templo [5] *Junonis Laciniæ*. Inde *annum* Urbis *Romanæ* Natalem, teſte [6] *Dionyſio Halicarnaſſeo*. Ne *neglecta* ab eo fuiſſe ſuſpicemur *Carthaginienſium*, ſiqua uſpiam fuiſſent, Archiva. Si quod fuiſſet *Hannonis* in *Templo* aliquo Archetypum, ad illud potius provocaſſent

1 De *Sanchoniathon*, §. 11. 2 App. Præl. 3 *Dionyſ.* Præf. Antiq. 4 *Polyb.* L. II. 5 Id. L. III. *Liv.* XXVIII. 46. 6 *Dionyſ. Hal.* L. I. p. 60.

qui

qui *Hannonis* ſtudio tenebantur, eumque genuinum eſſe volebant, quam ad *Gorillarum pelles* in *Templo* ſuſpenſas. Perierunt porro in *Romanæ* Urbis incendio tot *Archiva*, ut priorem *Hiſtoriam* propterea minus integram fateatur ipſe [1] *Livius*; inde autem novam integrioris Hiſtoriæ quaſi Epocham arceſſat. In Urbis *Carthaginienſis* excidio tanto *recentiori* nemo eſt, qui *Archiva* vel *periiſſe* queratur. Nemo, qui *Scipionis* vel *conatum* narret, ne perirent, cum fuerit tamen ille tantus bonarum literarum Patronus. Nullum ergo fuiſſe veriſimile eſt, vel in *Templo*, Periplum *Hannonis* Originalem. Nullum apud *Carthaginienſes* morem *Archivorum* in *Templis* ſervandorum. *Singularia* autem, nec recepta aliqua ſervandorum Archivorum *conſuetudine* freta *Archiva*, merito ſane ſuſpecta habenda ſunt, cum tot fuerint ſub *Archivorum* prætextu Veterum Impoſtorum *fraudes*. Hunc autem *Periplum* illis quoque *temporibus* ſuſpectum fuiſſe docet, quod ad *pelles Gorillarum* in *excidio* repertas provocatum fuerit.

§. 24. Periplus *hodiernus* à *Veterum* Periplo, qui ſub *Hannonis* nomine confictus eſt, in multis admodum *mutatus* eſt.

Eſt tamen, ni fallor, ab eo quem *Veteres* uſurpabant, admodum *diverſus* ille, quem *Nos* hodie uſurpamus, *Periplus Hannonis*. Periplum *Veterum* in *Junonis* Templo conſecratum fuiſſe conſentiunt [2] *Plinius* & [3] *Solinus*. Periplo ſi *hodierno* fides, in Templo proſtabat, non *Junonis*, ſed *Saturni*. *Gorgadum* Inſulam ad *Heſperion ceras*; *Cernen* autem contra ſinum *Perſicum*, & proinde in *Peripli fine*, ponit [4] *Plinius*. Omnino, ut videtur, è coævis hujus *Peripli* Codicibus. Magis certe pro mente *Veterum*, qui in *Cerne* Navigationis utriuſque *fines* committebant, tam *Nearchi* quam *Hannonis*. Vice autem verſa citra *Heſperion ceras Cernen*; & ad *Notion ceras*, ipſumque adeo Navigationis *finem*, *Gorillas* ponit Periplus *hodiernus*. Convenit porro in *Gorgadum* ſitu cum *Plinio* etiam [5] *Mela*, qui etiam ipſe advocat, qualis tunc legebatur, *Hannonem*. Vix eſt præterea cur dubitemus quin *eadem* fuerit, in *ſitu* tam *diſpari*, Inſula *Gorgadum* atque *Gorillarum*, utcunque refragetur Cl. [6] *Voſſius*. In *Plinio* certe atque *Mela* nullas legimus à *Gorgadibus* diverſas *Gorillas*; nec viciſſim, in *Hannone hodierno*, alias à *Gorillis Gorgadas*. Et tamen in *Gorgadas Hannonem penetraſſe*, ibique *hirtis corporibus feminas* reperiſſe, docuit *Xenophon Lampſacenus* teſtibus *Plinio* & *Solino*. Unde illa, quæſo, *Xenophon* niſi è coævo *Periplo Hannonis*? Ubinam autem *Gorgadas*; ubinam *hirto corpore feminas*, in *Hannone hodierno* potuit reperire *Voſſius*, præterquam in *Gorillis*? Itaque *nomina* illa invicem permutavit Auctor Peripli *hodierni*. Vidit ni-

1 *Liv.* L. VI. 1. 2 *Plin.* N. H. VI 31. 3 *Solin.* c. 56. 4 *Plin.* VI. 31. 5 *Mel.* III. 9. 66. 6 *Voſſ.* ad *Mel.* III. 9. 66.

mirum

mirum *antiquior* ille, ſub *Hannonis* nomine, falſarius; cum *Cernen* ſuam ex *Occidente* tranſtuliſſet in *Orientem*; aliam proinde quærendam fuiſſe *Gorgonibus* ſedem, quas *Occidenti* aſſignaverat *Heſiodus*. Inde factum ut non amplius *Cernen* Inſulam illam, ſed *Gorgadum*, appellarit. Tranſtulit autem, ut quæ *ultima* cenſeri ſolebat *terrarum Cerne*, eadem *ultima* etiam eſſet in hac *Navigatione Hannonis*. Perperam ille quidem cum *Occidentem* verſus cenſeri ſoleret *ultima*, & *Orientem* verſus navigaret *Hanno*. Quod porro *Gorgades* à *Gorgonibus* appellarentur, unde, quæſo, Veteres habebant niſi è *coævo Hannone*, quem legerant in *Gorgadas* ipſas *penetraſſe*? Ubinam autem hoc legerant niſi in ipſo illo, qui *tunc* illius nomine ferebatur, *Periplo*? Atqui de *Gorgonibus* nihil plane *hodiernus Hanno*. Imo viceverſa ſupponit potius, ſiquæ fuiſſent, in *Cerne* potius quærendas fuiſſe quam *Gorillis*. Sic enim illi liberum fuiſſet ut *Gorillas* ſuas in *Oriente* poneret, cum ſedem *Gorgonum Cernen* in *Occidente* reliquiſſet. Neſcio an hanc ipſam *rationem* ob oculos habuerit junior Impoſtor, cum *veteris Hannoniani Peripli* ſitus in *Cerne Gorilliſque* ita perverteret. Forte etiam *Gorillas* illas *feminas* propterea appellavit, ne quid affine habere viderentur cum *Heſiodi Gorgonibus*. Faciunt eodem verba illa *Arriani* in fine Peripli [1] *Nearchei*: Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλέους στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο, τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας. Unde & hæc præterquam è *coævo Hannonis Periplo Arrianus*? *Continuas* ergo numeraverat *Hanno Arriano coævus* dierum XXXV (poſtquam *Oceanum* ingreſſus eſſet) verſus *Orientem* navigationes, antea quam in *meridiem* deflecteret. Nimirum ante ἀνυδρίας & καύματος incommoda, quæ ſenſerunt è *rivis igneis in mare incumbentibus*, ῥύακας πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν, inquit *Arrianus*. Et πυρώδεις ῥύακες, qui ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν, memorat *Hanno* quoque *hodiernus* poſt *Heſperion ceras*, ad χώραν διάπυρον Θυμιαμάτων. Illum ergo locum deſignavit *Hanno Arriani*, quo Navigationis *Orientalis* XXXV• demum die perventum fuerit. Atqui à *Soloënte* Promuntorio, unde incipit Navigatio *Orientalis*, ad regionem *Thymiamatum*, dies ex *Hannone hodierno* non plures $24\frac{1}{2}$ numerabis. Ne quidem ipſos *continuos*. *Bidui* enim Navigatio, in illo ipſo ſpatio, ad *Meridiem* numeratur. Deſunt ergo in *Hannone hodierno* Navigationis illius multi *dies*. Et multa, quam volebat antiquus Impoſtor, aliter *narrata*. Atqui nullum certe *Hannonem* novit [2] *Herodotus*, qui tamen *Africæ*, quos novit, *Periplos* recenſet, & qui ipſos conſuluerat, ea de cauſa, *Carthaginienſes*. Itaque

1 P. 40. 2 *Herodot.* L. IV. c. 42, 43.

nullius

nullus tunc *Hannonis* nomine receptus est *Periplus*, vel apud ipsos *Hannonis* cives *Carthaginienses*. Est ergo junior *Herodoto* Periplus ille etiam *antiquior*. Scire quidem potuit *Hannonem* pro ea, qua vixit, ætate *Polybius*. Nihil tamen inde lucrabitur Cl. *Vossius*. Si enim *scivit*, *sprevit* certe, *mendacemque* censuit. Hoc nos docent illius verba illa: [1] Τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης, καθὸ συνάπτουσιν ἀλλήλαις περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, οὐδεὶς ἔχει λέγειν ἀτρεκῶς ἕως τῶν ΚΑΘ ΗΜΑΣ καιρῶν, πότερον ἤπειρός ἐστι κατὰ τὸ συνεχὲς τὰ πρὸς τὴν μεσημβρίαν, ἢ θαλάττῃ περιέχεται. Τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ μεταξὺ Τανάιδος καὶ Νάρβωνος εἰς τὰς ἄρκτους ἀνῆκον, ἄγνωστον ἡμῖν ἕως τοῦ ΝΥΝ ἐστιν, ἐὰν μή τι μετὰ ταῦτα πολυπραγμονοῦντες ἱστορήσωμεν. Τοὺς δὲ λέγοντάς τι περὶ τούτων, ἢ γράφοντας, ἀγνοεῖν, καὶ ΜΥΘΟΥΣ διατιθέναι νομιστέον. Periplos hoc in loco *Africæ* damnat omnes, qualem hunc fuisse probavimus *Hannonis*.

1 *Polyb.* L. III. c. 38.

* F DISSER-

DISSERTATIO SECUNDA.

In qua oftenditur *Scylacem Polybio* coævum fuiffe.

§. 1. *Alius* eft à *Scylace Caryanden-fi Herodoteo* junio-rum *Scylax Caryandenfis.*

De *Scylace Herodoteo*, fueritne hujus *Peripli* Auctor, miror fuiffe qui vel *dubitarint*. Non opus erat Argumento *Voffiano* à *locis* illo *Scylace* recentioribus, ut alius effe vinceretur. Ut *loci* illi *nulli* unquam, vel à juniore aliquo *Interpolatore* fuiffent; ipfum tamen Peripli hodierni *Argumentum* longe aliud eft ab Argumento *Scylacis Herodotei*. Navigavit *Scylax* ille per *Indum* fecundo fluvio [1] *Orientem* verfus dum veniret in *Oceanum*. Tum deinde prora converfa verfus *Occidentem*, ad illum ufque locum, unde *Phœnicas Necos Ægyptiorum* Rex, oræ *Libyæ* maritimæ, quæ *Oceano* objecta eft, luftrandæ gratia emiferat. Huc illum *tricefimo* demum *menfe* appuliffe fcribit *Herodotus*. *Gangem* fuiffe fufpicor *fluvium* illum, qui ad *Orientem* decurrerit. [2] *Strabo* illum difertis verbis illis *Indiæ* fluviis accenfuit, qui in illam plagam fluxerint. Οἱ δὲ (inquit) ἐπιστρέφονται πρὸς ἕω καθάπερ καὶ ὁ Γάγγης ποταμός. Quod de *Indo* falfiffimum eft. *Indum* propterea appellaffe videtur quod *accolas* haberet *Indos*. Navigationis initium ab Urbe *Cafpaturis* & terra *Pactuica* ftatuit *Herodotus*. Eadem *Urbs* illa fuiffe videtur quam *Cafpapyrum* appellat *Stephanus*, Urbemque *Gandaricam* fuiffe dicit. Eft ergo eadem regio *Pactuica Herodoti* cum ea quæ poftea *Gandarica* appellatur, & *Gangi* vicina ftatuitur: proinde *Indus* illi *Ganges*. Alii enim erant ab his *Gandaridis* Γανδάριοι *Herodotei*. Finis Peripli erat in intimo finu *Arabico*. Inde enim *Phœnicas* dimiferat [3] *Necos* ἐς τὰ ὀπίσω, ut *Libyam* ad *columnas* ufque *Herculeas* circumnavigarent. Nempe pofteaquam *canalem*, quem meditabatur à *Nilo* ufque ad *Rubrum Mare*, Oraculi juffu intermififfet. Hi ergo hujus Navigationis *termini* erant, juffu *Darii Hyftafpidis*, duce autem feniore illo *Scylace Caryandenfi*, fufceptæ. Sic autem è finu *Gangetico* ad *Occidentem* deflexerint, & oras *maritimas* legentes (quod in Rei *Nauticæ* illa imperitia verifimillimum eft) in finum *Arabicum tricefimo* tan-

1 *Herodot.* L. IV. c. 44. 2 *Strab.* L. XV. p. 690. 3 *Herodot.* L. IV. c. 42.

dem

dem *menſe* pervenerint. Non abſimile eſt quod nos docent [1] *Sacræ Literæ*, *ſemel in annis tribus* navigationes ſuas peregiſſe, quos miſit Rex *Solomon* eò unde *aurum* & *argentum* & *ebur* & *ſimias* & *pavos* ad illum retulerint. Nam & illos è Navalibus ejus in *Mari Rubro* progreſſos fuiſſe veriſimillimum eſt, & ad partes *Indiæ Gangi* vicinas. Et ſane manifeſtum eſt *finem* hujus Navigationis, cui præerat ſenior ille *Scylax Caryandenſis*, committi ab *Herodoto* cum alia illa *Phœnicum*, juſſu *Necos* peracta ad columnas *Herculeas*. Hoc ergo exemplo uſus eſt impoſtor *Græcus*, qui ſuſceptum auſpiciis *Alexandri Magni* Periplum, cum Periplo alio *Carthaginienſium* juſſu, duce autem *Hannone* ſuſcepto, committendum exiſtimavit, ut in ſuperiori Diſſertatione jam oſtendimus. Oceanum ergo *Indicum*, & Mare *Erythræum*, non eſt egreſſus *ſuperior* ille *Scylax*, cujus partem *nullam* attigit junior ille quem hodie uſurpamus. Hujus ergo Periplum, non *noſtrum*, advocavit [2] *Ariſtoteles* de moribus Regum *Indorum*. Hinc etiam hauſta, quæ de *Sciapodibus* & *Macrocephalis* in *Indis* profert ex [3] *Scylace Philoſtratus*. Vel potius de *Sciapodibus* & *Monophthalmis*, ut in [4] *Tzetze* legitur, unde corrigendus eſt *Philoſtratus*. Nihil enim mirandum eſſet ſiqui homines *majori*, quam alii, *capite* reperirentur. Et *Macrocephalos* alibi habet [5] *Plinius*. Neſcio tamen ipſumne viderit *Philoſtratus*, nedum *Tzetzes*; an potius ab *antiquiori* aliquo, qui viderit, acceperit. Jam enim diu eſt ex quo antiquior ille *Scylax* penitus interciderit. Nullas certas *nugas* iſtiuſmodi in *Scylace* legimus *hodierno*. Et ne quidem *locum* nugarum illarum *Indiam*. Erat autem *antiquior* ille *Scylax* hoc ipſo *fabularum* nomine infamis, ut ibidem obſervant *Philoſtratus* atque *Tzetzes*. Magis autem honorifice ſenſit de noſtro [6] *Strabo*, cui tamen morem fuiſſe vidimus ut *fabulatores* contemneret. Satis hæc oſtendunt male à V. Cl. *Voſſio* Patre haberi noſtrum pro *Scylacis* antiquioris *Epitomatore*, qui ne quidem in eodem cum illo verſatur *Argumento*, nec communem habuit cum illo *mentiendi* libidinem.

§. 2. *Perierat* vetuſtior ille *Scylax*. Noſter autem pro eo à *junioribus* acceptus, qui *duos* fuiſſe *Scylaces Caryandenſes* ignorabant.

Sed & *alium* ab *Herodoteo Scylacem* pro *antiquo* habent *Veteres*. Noſter fuerit, necne, quem viderit *Strabo*, non tamen fuit ille, qui ſub *Hyſtaſpide* floruit omnium *antiquiſſimus*. Teſtem enim advocat illum ipſe *Strabo* de locis in *Aſia minore*, de quibus nihil prodiderat *Scylax Herodoteus*. Hunc tamen παλαιὸν συγγραφέα appellat *Strabo*. Sic autem loquitur de patria ejus *Caryandis*, quaſi *unicum* noſſet *Scylacem Caryandenſem antiquitate* celebrem.

1 II. Paralip. IX. 21. 2 *Ariſtot.* Politic. VII. 14. 3 *Philoſtratus* vita *Apollon.* L. III. 14. 4 *Joan. Tzetz.* Chiliad VII. 5 *Plin.* N. H. VI. 4. 6 *Strab.* L. XIV. p. 658.

celebrem. Ita habent ejus verba: Ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς. In eandem ſententiam *Stephanus*: Ἐντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος. Verba ipſa *Strabonis* pene numeravit. Faciunt hæc ut ſuſpicemur, qui *Scylacem antiquis* accenſuerint, nihil de *duobus Scylacibus*, nedum de *tribus*, reſciviſſe. Hoc ſi verum fieri poteſt, ut illum quem terebant *Veteres* propterea pro *antiquo* habuerint, quod illum cum *antiquiore* illo *Hyſtaſpidis*, & vere antiquo, *Scylace* confuderint; unde ergo illa confundentium opinio? An exinde quod, cum utrumque Opus *Scylacis Caryandenſis* inſcriberetur, ita tandem factum ſit ut in *unum* idemque *Opus* utrumque tandem coaluerit? Atqui ita fuiſſe nullum habemus, vel leviſſimum veſtigium. Tantum abeſt ut quicquam *vetuſtioris Scylacis* Scylax hodiernus acceperit, ut ne quidem *Titulus* ipſe quicquam polliceatur de rebus *Indicis* aut Mari *Erythræo*, de quibus ſolis vetuſtiorem egiſſe probavimus. An ergo exinde, quod *vetuſtior* ille *Scylax* penitus interciderit? Ita fortaſſe contigerit. Unde ergo *vetuſtioris* quoque *Scylacis* tam frequens, etiam apud *juniores*, ut vidimus, memoria? Non, ut opinor, quod illum *ipſi* viderint; ſed quod ex *antiquiorum*, & *Scylace antiquiori* paulo juniorum Scriptis ea *Scylaci* tribuenda didicerint. Ætatis erat commune vitium, quod ſuperior ille *Scylax fabulis* addictus fuerit, ut jam alibi oſtendimus. Inde factum, ut tot fuerint, ſub *primis* quoque Ptolemæis *Mirabilium* collectores, *Theophraſtus*, *Antigonus Caryſtius*, atque *Callimachus*, &c. Ex his aliiſque (qui olim exſtabant hujus farinæ multi) multa poterant *vetuſtioris Scylacis* excerpere, etiam *juniores*. Non eſt ergo cur noſtrum, adeo quam habetur, *antiquum* exiſtimemus, quod illum *antiquum* appellarint qui *alium* eo antiquiorem fuiſſe *neſciebant*. Imo *ſuſpectam* ejus tantam, quanta ferebatur, *antiquitatem*, prodit incerti Scriptoris fragmentum, quod in hujus Operis fronte legimus. Is enim *Argumentis* antiquitatem illius aſtruit. Non certe ita facturus, niſi fuiſſent qui eam in *dubium* revocarint.

§. 3. Ex illo *errore* fluxit, quod *noſtrum* hunc Periplum *Dario* inſcriptum crediderint *recentiores*.

Imo hunc ipſum, quem habemus, Periplum *antiquiſſimo* illi *Scylaci* tribuiſſe videtur [1] *Ælius* ille, (quicunque demum is fuerit) *Dionyſius*. Hunc teſtem appellat [2] incertus Fragmenti Scriptor, ejuſdemque teſtimonio probat *Dario* cuidam fuiſſe nuncupatum. *Darium* non alium, ut opinor, intellexit quam *Hyſtaſpidem*, ut proinde de alio *Periplo* verum eſſe non potuerit quod teſtatus eſt, quam de *illo* omnium *antiquiſſimo*. Illum ſane veriſimile eſt *Principi*, cujus juſſu ſuſceptus eſt, fuiſſe inſcriptum. Sic enim *Hadriani* juſſu ſuſceptum Ponti *Euxini* Periplum *Hadriano* ipſi ſimiliter inſcripſit

1 Vide Teſtimonia de *Scylace*. 2 Inter Teſtimonia *Scylaci* præfixa.

Arrianus.

Arrianus. Pro exemplo, ut videtur, *antiquiorum* Periplorum *Principum* auſpiciis ſuſceptorum. Quod ſcilicet Peripli ſui *dux* fuiſſet, ut fuerat antiquiſſimi Peripli *dux Scylax Caryandenſis* antiquiſſimus. Sed vero in Periplo *noſtro* nullum prorſus eſt προσφωνήσεως veſtigium. Ne quidem quicquam eorum quæ cauſæ eſſe ſolebant cur *Principi* inſcriberetur. Nullus hic apparet Peripli *dux*: non verba loquentis in prima *Perſona*, è quibus colligeremus, fuiſſe *olim ducis* nomen, quod Librariorum negle&tu vel Codicum mutilatione perierit. Ita potius hic concepta omnia videmus, quaſi à *ſtudioſo* aliquo è variis Periplis *excerpta* fuiſſent, quam ab ipſo Navigationis *duce* obſervata. Et tamen *noſtrum* certe Periplum intelligebat *Ælius* ille *Dionyſius*, qui tunc vixit cum *unicus* exſtaret *Scylax*, & vetuſtiſſimus ille *Scylax* jam diu intercidiſſet. Nulla certe mentio *illius* apud vetuſtiores: nulla in *Indicibus Plinii*: nulla in *Grammaticis Varronis* aut *Suetonii*. Erat fortaſſe qui de *Alexandria* ſcripſit, ipſe '*Alexandrinus*, [1] *Chæremonis* diſcipulus, qui à *Nerone* ad *Trajanum* uſque varias obierit *legationes*, quique *Bibliothecæ* præfuit. Hujus forte *Ælii Dionyſii* τὰ περὶ Ἀττικῶν λέξεων advocat *Euſtathius* in *Dionyſ.* v. 912. Hunc certe *noſtrum* Periplum deſignavit, qui *Dionyſium* teſtem advocavit, incertus Auctor. Ait enim fuiſſe τὸ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης τὸ ἐντὸς Ἡρακλέων στηλῶν. Ait illum τὸ ἀγνοίας τῶν πλεῖστον τόπων τὴν βραχυλογίαν, ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ πεποιῆσθαι. Non ergo *junioribus* illam ipſam debemus βραχυλογίαν, quos credidit præſtantiſſimus *Voſſius* Pater in *Epitomen* redegiſſe quæ ſtylo copioſiori primus exaraverit Peripli Auctor. Hoc certum eſt, *Scylaci Herodoteo* hæc convenire omnino non poſſe. Sed vero *alium* ab *Herodoteo Scylacem Caryandenſem* pluſquam *unicum* neminem novere poſteri. *Noſtrum* certe deſignavit [2] *Strabo* eo ipſo in loco quem in contrarium adduxit uterque *Voſſius*. Ait enim *Scylacem Troadis* initium ab *Abydo* cepiſſe. Sic noſter cum *Phrygiæ* ultimo loco *Abydum* recenſuiſſet, ita ſubjungit: Εντεῦθεν δὲ Τρωὰς ἄρχεται, ut bene obſervavit ante nos *Gronovius*. Fine ſcilicet *Phrygiæ* excluſo, ut & in aliis Veterum ſententiis à *Strabone* memoratis. Sed locum alium [3] *Strabonis*, quo circa lacum *Aſcanium* habitaſſe prodiderat *Phrygas* atque *Myſos*, ubinam (inquies) in *Scylace hodierno* reperiemus? Non quidem in *Periplo*, quem nos *ſolum* habemus, mentio exſpectanda eſt lacus *Aſcanii* qui tam longe aberat ab ora *maritima*. Scripſit autem idem *Scylax Caryandenſis* Γῆς περίοδον, ut nos docet *Suidas*. Inde ea veriſimillimum eſt hauſiſſe *Strabonem*. Itaque hunc noſtrum *Periplum Scylaci Herodoteo* tribuit etiam *Strabo*.

1 *Suid.* Dionyſ. 2 *Strab.* L. XIII p. 583. 3 *Strab.* L. XII. p. 566.

Sed

§. 4. *Alium, præter Herodoteum Scylacem Caryandensem, neminem agnoſcunt Veteres præter illum qui ſcripſit in Polybium. Is ergo Peripli noſtri Auctor habendus eſt.*

Sed vero alium ab *Herodoteo Scylacem Caryandenſem* neminem memorant Veteres præter eum qui ſcripſit, teſte *Suida*, in *Polybium*. Imo is fuerit oportet, ſi *unicus* fuerit poſt *Herodoteum Scylax Caryandenſis*; & ſi quis eo *nomine*, eaque *patria*, Auctor ſtylum ſtrinxerit in *Polybium*. Scripſerat certe *Scylax* ille *Strabonis*, quem nos *alium* à *vetuſtiſſimo* fuiſſe probavimus, tam Maris Περίπλουν quam Γῆς Περίοδον. Plane ut ſcripſit *Scylax* ille junior, quem nos docet *Suidas* ſcripſiſſe in *Polybium*. *Scylacem* alium, qui ſub *Dario* alio ſcripſerit quam *Hyſtaſpide*, unquam fuiſſe, nulla habemus Veterum *diſerta* teſtimonia. Hunc tantum *ratiociniis* debemus incerti Scriptoris, qui *Alexandro M.* aliquanto *antiquiorem* fuiſſe probare conatur; & *Scylacis antiquioris* mentionem in *Ælio Dionyſio* repererat, qui *Dario* opus inſcripſerit, quem quidem *Darium* ille *Hyſtaſpidem* fuiſſe forte neſcivit. Atqui *inſcriptionis* illius *notam* ipſe ne quidem in *coævo* ſibi *Scylace* obſervaverat. Et tamen ſine illa in contrarium potius procederet Argumentum, Opus ἀδέσποτον aliud fuiſſe ab eo quod *Dario* inſcriptum obſervaverat *Ælius* ille *Dionyſius*. Fallit certe hoc tantæ *Antiquitatis* Argumentum, quo idem credebatur cum *Scylace antiquiſſimo Herodoteo*. Fallit præterea ab eorum *veterum* teſtimonio ductum, qui *propterea* illum *antiquiſſimum* appellarunt, quod *eundem* cum alio illo crediderint *vere* antiquiſſimo. Itaque aliunde quærendum, ecquid habeat noſter quod non conveniat cum ætate *Polybii*. Leve autem eſt, quod urget Anonymus, τὸ μήτε Ἀλέξανδρον εἰδέναι τῶν Μακεδόνων βασιλέα, μήτε τῶν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκείνου τοῦ χρόνου. Nec enim *Principes* in hoc Periplo ullos memorat Auctor *Alexandro* etiam *antiquiores*, & ne quidem quicquam quod ad regionum à ſe memoratarum πολιτείαν attineret, ſed oras tantummodo *maritimas*, Periplo luſtrandas. Spectabant illa potius ad Γῆς περίοδον, ſiquid præter Urbium locorumque *nomina* vellet commemorare. Nihil ergo poteſt inde colligi quod ad Auctoris *ætatem* faciat. Nec enim *Cyri* meminit aut *Darii*. Perperam tamen inde *Cyro* antiquiorem fuiſſe colligeremus.

§. 5. *Non potuit Maris Mediterranei Periplum ſcribere Scylax, ſi adeo fuiſſet, quam volunt, antiquus.*

Atqui hoc fortaſſe non volebat Anonymus, propterea noſtrum *Alexandro M.* aliiſque *ante* Alexandrum Principibus antiquiorem fuiſſe, quod eorum neminem *Scylax* de *nomine* memorarit. Id potius autem in animo habebat, *locum* in hoc Periplo nullum occurrere, qui *ætatem* prodat *Alexandro parem*, aut paulo duntaxat *antiquiorem*. Hoc ſi verum eſſet, merito eſſet cur hunc ipſum noſtrum *Scylacem* *Polybii*

Polybio antiquiorem exiſtimaremus. Sed non eſt hoc adeo certum quam volebat Anonymus. Hoc ipſum certe quod Periplum *Maris Mediterranei* integrum profiteatur, alienum eſt à tanta ejus, quæ creditur, *antiquitate*. Sub *ſecundo* vixit *Ptolemæo Philadelpho Timoſthenes*, ſcripſitque *Periplum*, quem tanti fecit *Eratoſthenes* ut eum integrum exſcripſerit. Sed ne quidem de *Inſulis* ſcripſit accurate, nec plenum Maris *Tyrrhenici* Periplum abſolvit. Et loca omnia à *Carthagine* ad fretum *Herculeum* penitus ignoravit. Τὰ δὲ περὶ τὸν Ἡράκλειον πορθμὸν οὔτε τὸν καθ' ἡμᾶς οὔτε τὸν ἔξω θαλάσσης ἴσχυσεν γνῶναι, inquit [1] *Marcianus Heracleota*. Et rationem paulo ante dederat illam: ἔτι τῶν πλείστων τῆς θαλάσσης ἀγνοουμένων μερῶν, τῶν Ῥωμαίων μηδέπω πολέμῳ κεκρατηκέναι τούτων. Hic ſane videmus quouſque, ſub ſecundo *Ptolemæo*, progreſſa fuerat res *Geographica*, cum hoc *Timoſthenis* Periplo perfectius nihil ſciret coævorum monumentorum peritiſſimus *Eratoſthenes*. Imo ex *ratione* addita colligimus, de freto *Herculeo*, de ora *Hiſpaniæ maritima*, atque *Africana* à *Carthagine* uſque ad *Gades*, plenam nullam *Græcis* innotuiſſe *Geographiam*, dum *Romanorum* victoriis patefierent. Quod ſane factum auſpiciis *Scipionis Africani* majoris, adoleſcente *Polybio*. Non poterat ergo *antiquior* Polybio *Scylax* has oras adeo accurate deſcribere. Nec ſane *vera* hæc eſſe negat Anonymus. Sic enim habet: Τῶν δὲ πλείστων ἔτι μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς κειμένης, καὶ τῆς ἔνδον Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης πέρας, τῶν [lege πέρατα] πολλῶν ἀγνοουμένων, περίπλους ἀναγράψαι παρείλετο. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ἕω Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν δῆλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα κατέστησε· τὰ δὲ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν, ἡ Ῥωμαίων ἀνδρεία πολέμῳ τούτων κρατήσασα. Senſit Maris *Mediterranei* πέρατα, ex utraque parte, tam verſus *Orientem* quam *Occidentem*, nondum fuiſſe ea, quam *Scylaci* tribuit, ætate *Græcis* explorata. Idque propterea quod *Orientis* terminum aperuerit victoriis ſuis *Alexander M.* *Occidentis* autem *Romani* ſuis itidem victoriis. Huic ergo Argumento ut occurreret, obſervavit minus fuiſſe *Scylacem*, in his, quam in aliis quæ magis *Græcis* innotuerant, accuratum: nempe, ut opinor, quod in aliis locis civitates addiderit *Mediterraneas*, & *frequentiores* etiam quam hic fecerit, in ora quoque *maritima*. Sed & alia quoque ratio eſſe potuit cur ita fecerit: nempe quod *Græcas* præcipue Civitates obſervare in animo habuerit. Hoc ſane ejus conſilium in toto Opere manifeſtum eſt. Modum ergo propoſitæ *brevitatis* libentius in illis locis exceſſit, qui *Græcis* Urbibus fuiſſent frequentiores. Eſt tamen alioqui in *ſpatiis* locorum à ſe commemoratorum tam accuratus etiam in *Hiſpania*, quam in ipſa quoque *Græcia*. Hoc cum ne quidem *potuerit* aſſequi *Timoſthenes*; quanto minus ille *Scylax*, quem tanto *antiquiorem Timoſthene* exiſtimant? Porro

1 *Marcian.* p. 64.

hujus

hujus Obſervationis veritatem firmat Auctor graviſſimus [1] *Polybius.* Ait enim *ſuperiore tempore paucos Græcorum* fuiſſe *qui extrema Orbis curioſius inveſtigare aggrederentur.* Addit etiam, cur non fuerint aggreſſi, cauſam, τὸ τῆς ἐπιβολῆς ἀδύνατον. Nempe *quod maria navigantibus multa pericula impendebant, & multo etiam plura terra euntibus.* Quod multorum locorum *barbaries* αὐτοψίαν prohiberet; & *linguarum diverſitas* impediret quo minus ab incolis diſcerent quæ fuerant obſervatu digna. Et quod rariſſimum eſſet, illis præſertim temporibus, teſtem reperire, *qui ſpretis miraculorum figmentis ac portentis, ipſam propter ſe veritatem anteponeret falſo; & res, uti erant, narraret; neque de ſuo quicquam adderet.* Denique concludit, ſua demum ætate, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, contigiſſe, ut *res Aſianæ per Alexandri dominatum, reliquæ autem orbis partes per Romanorum imperium terra marique paterent.* Maxime propter illam, quæ tunc vigebat, pacem. Tum enim *ſoluti curis, tam bellicis quam civilibus, viri* πραγματικοὶ otium habebant *diligentius atque exactius de rebus illis inquirendi.* Memorat porro & *ſuam* quoque operam ipſe *Polybius,* ſua *pericula,* ſuos *labores* in *peregrinatione Africæ, Hiſpaniæ, & Galliæ, mariſque, qua has regiones alluebat, etiam externi.* ἵνα διορθωσάμενοι τὴν τῶν προγεγονότων ἄγνοιαν ἐν τούτοις, γνώριμα ποιήσωμεν τοῖς Ἕλλησι καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης. Ita *Polybius.* Et ſane illum inter Geographiæ *excultores* ſæpe recenſet *Strabo.* Non potuit ergo has partes adeo accurate deſcribere *Scylax,* ſi fuiſſet antiquior ipſe *Polybio.*

§. 6. *Emporia Carthaginienſium* in *Hiſpania* recentiora illis temporibus, quibus volunt ſcripſiſſe *Scylacem.*

Memorat præterea noſter, ultra columnas *Herculeas,* & proinde in ora *Hiſpaniæ* illa quæ objicitur [2] *Oceano,* ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων. Vix eſt cur dubitemus quin *Turdetaniam* intellexerit, quæ regio erat *Hiſpaniæ* florentiſſima, & proinde *Emporiis* aptiſſima. Non poterant autem illa conſtitui *Emporia* antea quam *armis* eam Provinciam in ſuam poteſtatem redegiſſent *Carthaginienſes.* Antea oram illam *Emporiis* occupaverint *Phœnices Tyrii,* qui etiam in intima *Hiſpaniæ* penetraverant. *Vettones* enim ab illis oriundos recepta erat poſterorum fama. Sed vero *Hiſpaniæ* partem nullam illis temporibus *Alexandro* antiquioribus *Carthaginienſes* poſſediſſe veriſimile eſt. Fateor equidem ante Bellum *Punicum* Im, τῆς Ἰβηρίας πολλὰ μέρη Carthaginienſibus ſubjecta agnoſcere [3] *Polybium,* Inde ergo idem teſtatur, illo ipſo Bello, etiam Ἴβηρας in [4] *Siciliam* miſſos. Proinde *Amilcarem Barcam Annibalis* patrem ἀνακτᾶσθαι τὰ κατὰ Ἰβηρίαν πράγματα τοῖς Καρχηδονίοις, non κτᾶσθαι ſcribit ipſe [5] *Polybius.* Non tamen ita intelligendus,

1 *Polyb.* L. III. c. 58, 59. 2 P. 1. 3 *Polyb.* L. I. c. 10. 4 *Polyb.* ib. c. 17. 5 *Polyb.* L. II. c. 1.

quaſi

quasi nihil eorum *avitis* possessionibus addidisset. Imo idem subjungit πολλὰς μὲν πολέμῳ, πολλὰς δὲ πειθοῖ *Carthaginiensibus subjecisse*. Imo *auctum* ab eo in *Hispania Punicum Imperium* testatur diserte [1] *Livius*. Et *Turditaniam* ab eo victam esse, ita ut tum primum cesserit in ditionem *Carthaginiensium*, discimus è [2] *Strabone*. Ait enim στρατεύσαντας cum eo *Carthaginienses Turditanos argenteis præsepibus & doliis usos deprehendisse*. Erant ergo in eorum numero *Turditani* quos non πειθοῖ, sed πολέμῳ, in partes *Carthaginiensium* coëgerit, quique *inviti* Carthaginiensium jugum subierint. Quomodo ergo nondum domiti *Carthaginiensium* paterentur *Emporia*? Imo *tum demum* observatum hoc à *Carthaginiensibus* scribit è rerum *Punicarum* Scriptoribus. Quod fieri non potuit, si jam olim *Turditanorum* commerciis & Emporiis *Carthaginienses* assuevissent. Hæc ergo scribere ne quidem potuit noster ante annum *Varronian*. 516, *Olymp*. CXXXV, $\frac{2}{3}$, quo Expeditionem illam in *Hispaniam* fecit *Amilcar*. Imo *post* annum illum *Emporia* illa constituta fuisse verisimillimum est: antea tamen quam *Hispaniæ* possessione omni pellerentur à *Scipione Africano* majore. Quod factum anno *Varr*. 548, *Olymp*. CXLIII, $\frac{2}{3}$. Postea poterant victorum benignitate *Emporia* constituta *retinere*, non autem alia de novo *condere*.

§. 7. Κελτοὶ ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας paulo antiquiores *Polybio*.

Quod porro *Tyrrhenos* à mari *Tyrrheno* porrigat usque ad [3] *Adriaticum*, quanquam Cl. *Gronovio* alienum videatur à temporibus *Polybii*, non est tamen si penitius expendatur. Imo his magis congruunt quam aliis illis, quæ volunt, *Scylacis* temporibus antiquioribus. Certe quo loco loquitur *Polybius* de sui temporis *Hetruria*, ita plane loquitur ut coævus illi *Scylax*. Sic enim habet: [4] Ἑξῆς δὲ Τυῤῥηνοί· τούτοις δὲ συνεχεῖς ἑκάτερον τὸ κλίμα νέμονται τῶν προειρημένων ὀρῶν Ὄμβροι. Confert scilicet continuatque invicem *Ligures Hetruscos* atque *Umbros*, quasi ex *utraque* montium *Apenninorum* parte incolentes. Et tamen *Umbros* pariter ac *Hetruscos* à *Gallis* finibus suis expulsos scribit [5] *Livius*. Non quidem ait *Polybius* illos ad mare *Adriaticum* pertigisse: in ipsa tamen *Padi* planitie illos ponit, unde fuerant à *Gallis* fugati. Erat enim illius *planitiei* limes *Apenninus*. Et certe ad *orientem Apennini* potissimum incolebant *Umbri*. Nec sane *Gallos* ita excludit *Italia Scylax*, quinetiam illis in intimo *Adriæ* recessu sedes concedat post *Tyrrhenos*. Sic enim ait: Μετὰ δὲ Τυῤῥηνούς εἰσι Κελτοὶ ἔθνος ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας ἐπὶ στενῶν μέχρι Ἀδρίου. Hæc autem verba ἀπολειφθέντες στρατείας nondum video observasse *Scylacis* In-

1 *Liv*. L. XXI. c. 2. 2 *Strab*. L. III. p. 151. 3 P. 6. 4 *Polyb*. L. II. c. 16.
5 *Liv*. L. V. c. 35.

terpretes, nec intellexiſſe quid ſibi vellent. Et tamen ex illis, ni fallor, pendet deſignatio *temporis*, quo tanta illa rerum *Gallicarum* facta eſt converſio, ut ſedes à *Gallis* poſſeſſæ jam rurſus *avitis* poſſeſſoribus *Hetruſcis* atque *Umbris* adſcriberentur. Spectant ergo, ut exiſtimo, ad annum illum, quo à *Gallis Ciſalpinis* fere omnibus conjuratum eſt in *Romanos*, accitis etiam *Tranſalpinis*. Tunc enim de *Venetis* & *Cenomanis* ita [1] *Polybius*. Οἱ δὲ Οὐενετοὶ καὶ Κενομάνοι, διαπρεσβευσαμένων Ῥωμαίων, τούτοις εἵλοντο συμμαχεῖν. Nam certe *Venetos* communi *Gallorum*, vel *Celtarum*, nomine complectitur *Polybius*. Sic enim alibi : [2] Τὰ δὲ πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἤδη προσήκοντα γένος ἄλλο πάνυ παλαιὸν διακατέσχε. Προσαγορεύονται δὲ Οὐενετοὶ, τοῖς ἔθεσι καὶ τῷ κόσμῳ βραχὺ διαφέροντες Κελτῶν, γλώττῃ δ᾽ ἀλλοίᾳ χρώμενοι. Ponit eodem, quo & *Venetos* ſuos *Scylax*, ſitu, & proximos facit *Cenomanis*. *Celtas* autem *Scylax* à *Venetis* diſtinguit. Proinde *Celtarum* nomine potius intelligit *Cenomanos*, ipſos quoque *Venetis* finitimos. Ut proinde vix ſit cur dubitemus quin hos ipſos habuerit in animo *Scylax*. Recte nimirum appellandos ἀπολειφθέντας τῆς στρατείας, quod communi illi *Gallici* nominis in *Romanos* expeditioni *ſoli* non conſenſerint. Hanc ergo gratiam à *Romanis* relatam arbitror, ut, Bello profligato, ipſi ſoli in ſedibus ſuis *remanſerint*. Eo enim certe ſpectabat Bellum illud, ut pellerentur è victis à ſe ditionibus *Galli*. Primam Bello occaſionem dedit [3] *Sena*, colonia in agro *Gallorum Senonum* victorum pulſorumque condita. Anno ſcilicet *Varr*. 471, *Olymp*. CXXIV, $\frac{1}{2}$. Inde novi motus à *Boiis* (accitis in auxilium *Hetruſcis*) metuentibus περὶ σφῶν καὶ τῆς χώρας μὴ πάθωσι τὸ παραπλήσιον, idem inquit *Polybius*. Repreſſi tamen etiam hi ad lacum *Vadimonis*. Inde *Pax* annorum 45, ad annum *Varr*. 516, *Olymp*. CXXXV, $\frac{2}{3}$. Anno autem *Varr*. 518, *Boiis* pax conceſſa, ſed *agri* parte multatis, ut docet *Zonaras*. Tum deinde anno, poſt prædictum annum 45^{m} quinto, [4] novi *Gallorum* motus, propter agrum *Picenum*, quem *Gallis Senonibus* ademerant, rogatu *Flaminii* Tribuni, populo diviſum: nempe anno *Varr*. 421, *Olymp*. CXXXVI, $\frac{3}{4}$. Metuebant præſertim *Boii*, quippe *Romanis* contermini, videntes jam non de *Imperio* ac *dominatione* eſſe certamen, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ὁλοσχερῶς ἐξαναστάσεως καὶ καταφθορᾶς. [5] Itaque VIII° inde anno, *Varr*. 429, Bellum illud denuo inſtauratum eſt à *Boiis* & *Inſubribus*, quo *Cenomanos* & *Venetos Romanis* faviſſe diximus. Victi tum ingenti prœlio à Conſule *Æmilio*. Anno ſequenti, ſpem *Romanis* fuiſſe ait [6] *Polybius*, δυνήσεσθαι τοὺς Κελτοὺς ἐκ τῶν τόπων τῶν περὶ τὸν Πάδον ὁλοσχερῶς ἐκβαλεῖν. Hinc etiam conſtat, id egiſſe *Romanos* hoc toto Bello, ut *Gallos*

1 *Polyb*. L. II. c. 23. 2 *Polyb*. L. II. c. 17. 3 *Polyb*. L. II c. 20. 4 C. 21. 5 C. 23. 6 C. 31.

penitus

penitus è *Circumpadanis* regionibus ejicerent. Cum ergo Bellum pro voto confecerint, non est cur dubitemus quin *ejecerint*. Convenit, quod sub *Coss.* anni *Varr.* 531, *Olymp.* CXXXIX, $\frac{1}{2}$, narrat *Polybius* de *Insulribus Transpadanis*: [1] σπεισάμενοι καθ' ὁμολογίαν, ἀνέλυσαν ἐκ τῶν τόπων. Convenit, quod anno sequenti *Varr.* 532, *Olymp.* CXXXIX, $\frac{2}{3}$, Belli illius ultimo, testatur idem [2] *Polybius* illos ἐκ τῶν περὶ τὸν Πάδον πεδίων ἐξωσθέντας, πλὴν ὀλίγων τόπων τῶν ὑπ' αὐτὰς τὰς Ἄλπεις κειμένων. Convenit præterea, quod in utramque *Padi* partem tot deinde *colonias Romani* deduxerint. Eò enim *primam coloniam* spectasse vidimus, ut *terræ* à *coloniis* possessæ pristinis possessoribus *adimerentur*. Itaque jam ante *Polybium* exuti sunt omni illa *Circumpadana* regione *Galli*. Nec est quod miremur si ademtas *Tyrrhenis Umbrisque* colonias regionesque *Romani* maxima ex parte restituerint. Stabant enim utrique [3] in hoc Bello à partibus *Romanorum*. Et *prædam* quoque à loco prœlii [4] *Hetruscis* ademtam, similiter Dominis pristinis reddendam curabant. Ita conveniet cum *Polybio* examussim *Scylax*, ut ne quidem potuerit anno U. C. *Varr.* 532 fuisse antiquior. Quod si redditæ fuerint *Hetruscis* antiquæ eorum *coloniæ*, ita necesse erat ut ad mare *Adriaticum* pertigerint, cum in illarum coloniarum numero ipsa fuerit *Adria*, à qua nomen ortum est Maris *Adriatici*. Ita certe veterem illorum ditionem designat [5] *Livius*, ut noster quoque *Scylax*, ut *quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum* (inquit) *circumcolunt maris*, *usque ad Alpes*, *tenuerint*. Nec alienum erat hoc à *Romanorum* indole, ut *sociis* magis quam *sibi* vincerent. Illustria hujus munificentiæ specimina ediderunt Bellis in *Philippum* & *Antiochum*. Et vero in hoc adversus *Gallos* Bello egregia erant *Italorum* sociorum *omnium* benevolentiæ experimenta. Non tamen hoc obstabat, quo minus *victoribus* ipsis suæ quoque partes fuerint in victoriæ *fructibus*, quæ locum fecerint tot novis *Romanorum* in *Gallia Circumpadana* coloniis. Et ne quidem illud obstabat, quo minus restauratis in jura pristina regionibus *nomina* tamen dederint *aviti* possessores.

§. 8. *Leucadem insulam* memorat *Scylax*, qualis facta est sub *secundo* demum *Philippo Macedone*.

Eandem *Scylacis* ætatem adstruunt verba ejus illa de [6] *Leucade*: Αὕτη δ' ἐστὶ νῦν νῆσος τῷ ἰσθμῷ ἀποτεταφρευμένη. Hanc putat [7] *Strabo Nericon* fuisse, quam ἀκτὴν ἠπείροιο appellat [8] *Homerus*. Tum proinde nondum *insulam*, sed *peninsulam*. Imo diu post *Homerum*, cum *Leucadis* nomen adepta esset, adhuc *Isthmo* continenti annexa est. Certe

1 *Polyb.* L. II. c. 32. 2 C. 35. 3 C. 24. 4 C. 31. 5 *Liv.* L. V. c. 33. 6 *Scyl.* p. 13. 7 *Strab.* L. I. p. 59. L. X. p. 452. 8 *Homer.* Odyss. v. 376.

tempore Belli *Peloponnesiaci*, bis *Isthmi* meminit [1] *Thucydides*, ann. *Belli* VI°, & VII° : nempe ann. *Varron.* 328, & 329. Imo adhuc eo anno, quo debellatum est cum *Philippo*, *Varroniano* scilicet 557, *peninsulam* fuisse docet [2] *Livius* in Fragmento *Horrionis*. Ego tum demum insulam factam fuisse suspicor, cum *Romani Leucadem* à Concilio [3] *Acarnanum* eximerent. Quod factum anno *Varroniano* 587, cum jam redactus esset in Populi *Romani* potestatem *Perseus*, propter factionem inter *Acarnanas*, quæ *Romanis* adversa *Perseo* favebat. Tunc enim sane opportunum erat, ut, *sui* demum *juris* facti, sese alveo illo fossili in *Acarnanas* tuerentur. Scripsit ergo post illum annum *Scylax*, ut proinde ne quidem potuerit antiquior esse *Polybio*. Habent certe illam pro *insula* [4] *Ovidius*, & *Livius*, & *Strabo*. Tandem *Romanos* illam *Corinthiis* ademisse, *Acarnanibus* autem reddidisse tradit [5] *Dionysius Halicarnasseus*. Id cum eveniret, jam *diruta* fuisse munimenta consentaneum erat, quibus à reliquo *Acarnanum* corpore separabantur: imo cum jam incolæ ipsi etiam essent *Acarnanes*. Inde factum, ut neglectum deinde *alveum* venti obstruxerint, & continenti junctam *insulam* rursus *peninsulam* fecerint. Talem sua tandem ætate fuisse docet [6] *Plinius*. Medio ergo tempore inter *Tiberium* & *Vespasianum*, *Corinthiis* ademit, *Acarnanibus* reddidit aliquis *Imperator*. Hæc quidem *vera* esse Ego crederem, si quidem *vera* scripserit illo in loco *Livius*. Sed turbat, fateor, rationes nostras *Polybius*, melior *Livio* testis, propiorque temporibus *Philippi*. Is tamen anno *Varr.* 536, *Olymp.* CXL, $\frac{2}{3}$, *Dioryctum* (sic autem *alveus* fossilis, teste *Plinio*, appellabatur) diserte memorat, trajectasque per illum naves. Sic enim habet de *Philippo Macedonum* Rege: [7] Αὐτὸς δ' ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Κεφαλληνίας, δευτεραῖος εἰς Λευκάδα μετὰ τὸ τέλος νυκτὸς ἧκε. Εὐτρεπισάμενος δὲ τὰ περὶ τὸν Διόρυκτον, καὶ ταύτῃ διακομίσας τὰς ναῦς, ἐποιεῖτο τὸν ἀπόπλουν κατὰ τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον. Fieri autem potest, ut, cum legisset *Livius* initio *Philippi* factum illum *alveum*, è vitioso *ratiocinio* ille ad finem retulerit. Ita certe loquitur hoc in loco *Polybius*, quasi vixdum alveus ille penitus fuisset *purgatus*. Erat enim antea *parandus*, quam *naves* illac *Philippus* potuerit trajicere. Et fortasse propter *novitatem* alvei illac trajiciendum censuit *Philippus*, ut *inopinato* adventu hostes opprimeret. Non potuit autem hostes *fallere*, si jam *antea* usurpata fuisset illa trajectio. Hoc si verum, ita saltem *Philippo* hoc *Persei* patre non potuit antiquior esse *Scylax*; nec proinde idem cum illo fuisse, quem *alium* à *nostro* docti hactenus existimarunt.

1 *Thucyd.* L. III. c. 94. L. IV. c. 8. 2 *Liv.* L. XXXIII. c. 17. Edit. *Gronov.* 3 *Liv.* L. XLV. c. 31. 4 *Ovid.* Metam. XV. 5 *Dionys.* Hal. L. I. p. 41. 6 *Plin.* N. H. IV. I. 7 *Polyb.* L. V. c. 5.

Memorat

Memorat præterea noſter Urbem [1] *Meſſenen* in regione *Peloponneſi Meſſenia*. Eam autem *jamdiu* ante tempora *Scylacis* etiam *antiquiſſimi* dirutam reſtauravit *Olymp.* CII[a] 4[to] anno *Epaminondas*, teſte *Diodoro*. Non me quidem fugit de *lectione* litem movere doctiſſimum *Palmerium*. Quia ſcilicet ab *Arcadia*, cujus *ultimo* loco meminerat, πρώτην ait fuiſſe *Meſſenen*. Idem tamen *Palmerius* in *Lacedæmone* tam craſſum *ordinis* neglectum obſervavit, ut crediderit illum, utpote *Aſianum*, in *Peloponneſi* Geographia non fuiſſe ſatis doctum. Sed nihil eſt neceſſe ut eò confugeret. Facile enim obſervare potuit, in *Peloponneſo Scylacem* Urbes inſignes, nulla prorſus habita *ſitus* ratione, ut animo ejus occurrebant, recenſere. Nec ad *ſitum* ſpectabat vox illa πρώτη, ſed ad Urbis potius *dignitatem*. Quod ſcilicet *Urbs* ipſa *Meſſene* regionis eſſet *Meſſeniæ primaria*. Ita nulla prorſus erit ratio, cur de *lectione* dubitetur. Tum vero deſierat in *vivis* eſſe *Darius Nothus*, cui *ſecundum* illum, quem fingunt, *Scylacem* Periplum ſuum inſcripſiſſe volunt. Ita nullum erit ab *Olynthi* mentione Argumentum, cum vel ex hac *Meſſenes* mentione conſtet noſtrum *Olynthi* clade fuiſſe juniorem. Hinc certo conſtat, *Scylacem* noſtrum non eſſe antiquiorem *Epaminonda*, ut vult Cl. *Gronovius*; nec tale quid è mentione *Thebarum* ſub τεῖχος nomine eſſe colligendum.

§. 9. *Meſſenes* Urbis mentio illum arguit ſaltem *juniorem* fuiſſe *Epaminonda*.

Hos ergo limites poſuimus ætatis, qua ſcripſit *Scylax*, ne potuerit adeo, quam vulgo creditur, fuiſſe *vetuſtus*. Nunc viceverſa limites alii ſtatuendi erunt, quibus non potuerit fuiſſe *recentior*. Certe [2] *Corinthum* & [3] *Carthaginem* ita memorat quaſi *etiamnum* floruerint. Proinde ante annum U. C. 608[m] *Varronianum* ſcripſiſſe neceſſe eſt, quo utraque *exciſa* eſt: *Corinthus* à *Mummio Achaico*, *Carthago* à *Scipione Æmiliano*. Non potuit certe reſtaurationem utriuſque Urbis ſub *Julio Cæſare* attigiſſe, quem adeo antiquum credidit *Strabo*.

§. 10. E mentione *Corinthi* & *Carthaginis*, colligitur anno *Varr.* 608 ne quidem potuiſſe eſſe *juniorem*.

Nota autem *antiquitatis* omnium *altiſſima* eſt, quod [4] *Cii* Urbis *Scylax* noſter mentionem fecerit in *Myſia*: utique nondum, cum ſcriberet Auctor, *exciſæ*. Sic item ſcribit Scholiaſtes *Apollonii Rhodii*, quaſi etiam in *coævo* ſibi *Scylace* hoc idem reperiſſet. Non quidem hoc verbis aſſerit *expreſſis*, ſed ſaltem videtur *innuere*. Meminit enim & ipſe Urbis *Cii*, & de *Cio* fluvio teſtem advocat *Scylacem*. Sed vero *Cium* hanc

§. 11. Meminit idem *Scylax* Urbis *Cii*, à *Philippo Macedone* anno *Varr.* 553 *exciſa*, poſtea vero à *Pruſia Bithynia* Rege ſub novo *Pruſiadu* nomine *reſtaurata*.

1 *Scyl.* p. 16. 2 *Scyl.* p. 15, 21. 3 *Scyl.* p. 47, 50, 51. 4 *Scyl.* p. 35.

eandem

eandem fuiſſe *Urbem*, quæ poſtea a *Pruſia Bithyniæ* Rege nomen acceperit *Pruſiadis*, obſervavit Cl. *Voſſius*. Nec alius erat ille certe *Pruſias* à filio *Zelæ*. Illum enim ipſum *Pruſiam Zelæ* filium, *Romanorum* abjectiſſimum adulatorem, *Pruſiadis* conditorem fuiſſe docet [1] *Strabo*. Scripſit ergo certe noſter ante mortem *Pruſiæ*, qui antea deceſſit quam dirueretur *Carthago*: imo etiamnum ſuperſtite *Cio*, nondum Urbis nomine *mutato*. Proinde ante obitum *Philippi Macedonis*, quem *Strabo* teſtatur *exciſam* à ſe *Cium Pruſiæ* genero *donaſſe*. Deceſſit autem [2] *Philippus* ille anno *Varron*. 575, *Olymp*. CL, ½. Imo annum ipſum cladis *Cianæ* docuit [3] *Polybius*: illum ſcilicet, quo *Pax* data eſt *Carthaginienſibus*, ſecundo in illos Bello profligato: nempe *Varr*. 553, *Olymp*. CXLIV, ¾. Quare *ante* hunc annum ſcripſerit oportet *Scylax*, ſi quidem ipſe ſibi explorata ſcripſerit. Hoc ſi verum eſſet, vix potuit idem eſſe qui ſcripſit in *Polybium*. *Senex* enim ipſe *Polybius* ſe ad ſcribendam *Hiſtoriam* accinxit. Hiſtoriam certe ad Belli *Punici tertii* & *Achaici* finem perduxit, ut ipſe [4] in Opere nondum affecto profitetur. Quantum temporis in ipſa *ſcriptionis* opera collocarit, non habemus exploratum. Itaque ante ann. *Varr*. 608, ne quidem *potuit* illum oppugnare *Scylax*: fortaſſe ne tum quidem. Is autem erat annus ab excidio *Cii* 55. Si fuiſſet, cum *Periplum* exararet vel *vicenarius*, tunc annum attigerit *ætatis* LXXVm. Sed paulo ante *Cii* excidium ſcripſerit illa oportet Auctor: nec ſtatim ab *Hiſtoriæ* fine *Hiſtoriam abſolvere* potuit, & in *lucem* edere, *Polybius*; nec rurſus mox ab *Editione* potuit legere *Scylax*. Ut proinde vix *octuagenario* minor eſſe potuerit *Scylax*, cum *Polybium* refutaret. Parum hæc fortaſſe *commoda* videri poterunt; non tamen quæ evenirent prorſus *impoſſibilia*. Sed *Cium* à *Pruſa* perſpicue diſtinguit *Plinius*, l. v. c. 32; & merito diſtinguendam eſſe docet ad *Stephanum*, verbo Προῦσα Cl. *Holſtenius*. Quare minus certum eſt illud Argumentum, utcunque illi faverint nonnulli etiam è *Veteribus*. Itaque aliunde explorandum eſt, itane ſe res habuerit? Erat quidem nota illa *recentior* pulſis ex *Italia Gallis*.

§. 12. *Tyri* meminit *Scylax* ſub *inſulæ* nomine, quæ tamen ab *Alexandro M.* facta eſt *peninſula*.

Non tamen adeo commode convenit cum *alia* illa, quam dedimus, nota excultæ partium *Occidentalium Geographiæ*. Ipſo enim illo *anno*, quo Bello *Punico* 2° finem impoſuit *Scipio Africanus* major, *Cium* excidit *Philippus Macedo*. Sed *ſuis* temporibus, ſed *Paci* quæ Bellum illud *ſecuta* eſt, accuratam illam partium freto *Herculeo* adjacentium notitiam acceptam refert, uti vidimus, *Polybius*, cum jam

1 *Strab*. L. XII p. 563. 2 *Liv* L. XL. c. 54. 3 *Polyb*. Excerpt. L. XV. 21
4 *Polyb*. L. III. c. 5.

otium

otium esset à curis *Bellicis*, & *Pax* stabilita liberum *commercium* aperuisset. Sequebatur autem mox à *Bello* illo *novum Bellum* cum *Philippo*, tum deinde cum *Antiocho*, denique cum *Perseo*. Mitto enim *minoris* momenti Bella, quæ peregrinandi, & studia Pacis excolendi aviditatem non adeo impedirent. Ita certe ante annum U. C. *Varr.* 586, quo debellatum cum *Perseo*, vix potuit *Scylax* adeo accurate scribere de oris *Occidentalibus*. Imo ne *tum* quidem potuit ea *explorata* habere, quæ *primus* docuit novis suis navigationibus ipse *Polybius*, quem, *Scipione Æmiliano res in Africa gerente*, testatur navigasse [1] *Plinius*. Atqui de *Hispania* ipsa scribit noster [2] *Scylax* pro ipsius mente *Polybii*. *Hispaniam* universam ut [3] *Polybius*, ita etiam *Scylax*, communi *Iberiæ* nomine complectitur, à freto etiam *Gaditano*. Sunt ergo in hoc Opere notæ temporum *diversorum*, nec sibi invicem consentaneorum. Occurrit & aliud simile exemplum in mentione Urbis *Tyri*: [4] Αὕτη (inquit) ἡ νῆσος βασίλεια Τυρίων [sic recte junior *Vossius*] καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ΄. Hæc certe *Urbs* erat ab *Alexandro* Magno expugnata, & per *aggerem* ab ipso factum annexa *continenti*. Eam βασίλειαν appellat *Scylax*, quod, cum *Regibus* pareret ditio *Tyriorum*, Urbs illa fuisset *Regia*. Duplicem hoc in loco notam habemus temporum *Alexandro* antiquiorum. Aliam, quod esset jam adhuc *insula*, cum *peninsulam* illam ipse fecerit *Alexander*, testibus omnibus qui de ea obsidione egerint. Imo adhuc *suis temporibus* adjunctam *continenti* perstitisse testantur [5] *Strabo* atque [6] *Plinius*. Est & alia nota, quod adhuc *Regibus* paruerit *Tyrus*, cum Urbs illa esset *Regia*. Erant enim olim sub *Regibus* *Tyrii*, quorum successionem pertexuit *Menander Pergamenus*. Imo cum eam expugnaret *Alexander*, adhuc *Regem* agnovit, & *stirpem Regiam*. Ex illa *stirpe* suffecit quidem *Regem* ipse *Alexander*, quæ tamen brevi postea defecit. Nam *Olymp.* CXIV, 3, sub *præfecto* fuisse *Macedone* testatur *Diodorus*. Nec postea *Reges Tyriorum* ullos, quod sciam, legimus, nec *Macedonibus* rerum potientibus, nec *Romanis*. Hæc ergo Auctoris fuisse necesse qui scripserit ante annum Period. *Julian.* 4382, *Varr.* 422, *Olymp.* CXIIᵉ ann. Iᵐ *ineuntem*, quo *Tyrum Alexander* expugnavit. Et tamen multo *recentiorum* temporum notas in ipso jam *Scylace* observavimus, quibus ipsum scripsisse propterea necesse sit.

§. 13. Hunc *Periplum* non ipse navigavit *Scylax*, sed ex aliis *singularum partium* inter se commissis *Periplis* pro *Mari Mediterraneo universo* ipse confecit.

Ex his tamen longe invicem *distantibus* Temporum notis colligimus, non *unius* ejusdemque *fili* hunc nostrum esse *Periplum*, sed e variis diversorumque *temporum* singularum regionum *Periplis* integrum hunc *Maris Mediterranei* Periplum à *Scylace* esse consarci-

1 *Plin.* N H. V. 1. 2 *Scyl.* p. 1. 3 *Polyb.* L. III. c 37. 4 *Scyl.* p. 42.
5 *Strab.* L XVI. p. 757. 6 *Plin.* N H V. 19.

natum.

natum. Idque ſane aliunde etiam verum eſſe conſtat. In aliis regionibus *diurnis nocturniſque* ſpatiis navigationes emetitur, in aliis per *ſtadia*. Scio quidem à [1] *Marciano Heracleota Scylacem* illis accenſeri qui *dierum noctiumque* ſpatiis tantummodo, non item *ſtadiis*, navigationum intervalla diſtinxerint. Num ergo *alio Scylace* uſum *Marcianum* exiſtimabimus? Non puto. Cur ita fuerit locutus *Marcianus*, exponit ipſe *Scylax*. In fine enim [2] *Europæ* methodum docet, qua ſint ad *noctium dierumque* ſupputationem revocanda *ſtadia*. Eademque methodo procedendum eſſe monet in fine [3] *Aſiæ* atque [4] *Libyæ*. Inde manifeſtum eſt, Periplum *univerſum* ab illo ad *diurna* ac *nocturna* ſpatia eſſe redactum. Ut recte proinde *Marcianus* illum inter eos numerarit, qui non *ſtadiis* Periplos ſuos, ſed *diurnis nocturniſque* itineribus metirentur: quod ſcilicet *ſtadia* ipſa ad *diurna* & *nocturna* ſpatia redegerit. Hinc tamen viciſſim manifeſtum eſt, jam *Scylacis* etiam *ætate* morem fuiſſe nonnullis, ut per *ſtadia* Periplos ſuos metirentur; & proinde *Timoſthene* illum fuiſſe recentiorem. Sic etiam in aliis regionibus, oras tantummodo (pro *Peripli* officio) percurrit *maritimas*; in aliis *Urbes* immiſcuerit *Mediterraneas*. Sic & in aliis *ſitus* ordinem obſervavit accuratiſſime; in aliis *ordinis* rationem habuit plane nullam. Nonnunquam *mores* regionum, & *viros* etiam celebres deſignat, quos tamen plerumque nullos attingit, ne quidem in *patriis* omnium *celeberrimis*, & bonorum exemplorum proventu *refertiſſimis*. Unde, quæſo, tam *varia* illa *methodorum* diverſitas, niſi à *Periplorum*, quos in *ſingulis* partibus excerpſit, diverſitate? Inde tanta illa diverſarum hujus Peripli *partium* invicem diſcrimina. Sunt enim aliæ aliis longe *accuratiores*: pro captu ſcilicet *Auctorum*, quorum alii aliis fuerint *peritiores*. Valde autem eò faciebat *ætas Auctoris* & *patria*, ſi aut vixerit illis *temporibus* quibus jam oræ illæ, de quibus agebat, *maritimæ Græcis* fuerint exploratæ; aut ſi *locis* ipſis *propinquus* fuerit, ut qui fuiſſent *nuperrimi accuratiſſimique* locorum illorum *Peripli*, id ſaltem haberet exploratum. Neſcio enim *primariumne Periplum* ullum ab ipſo Navigationis *duce* ſcriptum excerpſerit *Scylax*. Suſpicor potius à ſuis accepiſſe *Aſianis*, qui ante illum ſcripſerant, & *Græcorum Periplos* excerpſerant. Vix potuit alioqui in *Græcia* ipſa toties peccare, niſi *deceſſorum* erroribus *ſuos* etiam addidiſſet ipſe *Scylax*. *Græcarum* enim *Civitatum* ubique ſtudium profitetur omnium maximum. Quod porro à *continente* ad ſitas ex adverſo *Inſulas*, inde rurſus ad locum, quo filum *Peripli* interruperat in *continenti*, trajectiones faciat; ne quidem ea *primarii Navigatoris* nota eſt, ſed illius potius qui ſua omnia *alienis* debuerit *navigationibus*. Id, cum

1 *Marcian. Heracl.* p. 63. 2 *Scyl.* p. 30. 3 *Scyl.* p. 43. 4 *Scyl.* p. 51.

ita ſe habuerit, non erit proinde cur miremur, ſi *diſſitorum Seculorum* veſtigia in hoc Opere appareant, quibus illi vixerint *Auctores*, quorum ſcrinia compilarit ipſe *Scylax*. Non eſt autem de *Scylacis ætate* pronunciandum, præterquam è notis temporum *recentiſſimis*. Aliæ potius ad *Auctorum ætates* ſpectare cenſendæ ſunt, è quibus invicem *commiſſis* Periplum integrum *Scylax* confecerit *Maris Mediterranei*. Facile inde rationem reddemus *locorum*, ſiqui fuiſſent in hoc *Periplo*, qui ante veram *Scylacis*, quam dedimus, *ætatem* intercidiſſent. Non ſcilicet ipſius illa fuiſſe *Scylacis*; ſed Auctoris alicujus *antiquioris*, cujus, in ea ſaltem Peripli *parte*, fidem ſecutus fuerit ipſe *Scylax*. Huc Ego potius retulerim tam ſibi *diſſentaneam* Operis univerſi *methodum*, quam eò quo referendam cenſuit uterque *Voſſius*. Quaſi nimirum, cum in more receptum eſſet apud *recentiores Græcos* ut *collectanea* è diverſis ejuſdem Argumenti Veterum Scriptis in unum *Corpus* coacervarent, tum demum à recentiſſimo ejuſdem nominis *Scylace* prodierit hoc etiam *Corpus Periplorum* per *Mare Mediterraneum* univerſum. Tum *Geoponica*, tum *Strategica*, tum *Mechanica*, tum rei *Veterinariæ*, *Accipitrariæ*, ſimiliumque Artium *Reipublicæ* neceſſariarum, *Corpora* prodiiſſe videmus. Inde natum ſuſpicantur exemplum *Periplos* etiam in unum *Corpus* cogendi, quo illum, quem habemus, *Periplum* concinnarit nuperrimus ille *Scylax*. Sed nihil ſimile occurrit in hodierno *Scylace*. *Principibus* ut plurimum *Corpora* illa debemus, quorum omnium primus *Juſtinianus Leges* in *Corpus Triboniani* opera digeſſerit. Sic enim *Geoponica Conſtantini* cujuſpiam recentioris auſpiciis collecta legimus. Sic etiam *Corpus Hiſtoriarum Conſtantini Porphyrogenneti* juſſu congeſtum fuiſſe conſtat. Hic nullum *Principis* prorſus veſtigium eſt, ſed hominis tantummodo *privati*. In *Corporibus* illis Auctorum *nomina* & *verba* ipſa repræſentantur. *Auctorum*, è quibus *Scylax* ſua excerpſerit, ita *Catalogum* habemus nullum, ut ne quidem Auctoris vel *unius* nomen. In *Corporibus* illis de rebus *iiſdem* diverſorum *Auctorum* ſententiæ proferuntur. Hic pluſquam *unam* de eadem regione ſententiam nuſquam legimus. In illis *recentiorum* pariter ac *antiquiorum* Scripta invicem copulantur. Hic nihil eſt *Polybii* ſaltem *ætate* recentius. Nullæ prorſus *Alexandriæ*, nullæ *Antiochiæ*, nulla, ut obſervavit *Gronovius*, *Lyſimachia*; ne quidem locus ullus in *Oriente Alexandro* ipſo recentior, ut jamdiu obſervavit Anonymus, è quo conſtare poſſit, ullumne ſecutus fuerit in hac *Orientis* plaga *Scylax Alexandro* recentiorem, nedum *Polybio*: cum tamen tot novas Urbes *Alexander* ipſe proximique illius *Succeſſores* in *Oriente* condiderint. Tantum abeſt ut ſit locus ullus, qui poſtremi *Scylacis* ætatem ſapiat. Scio quidem in *Mauritania* ita legi: [1] Ἰουλίου ἄκρος πόλις καὶ λιμήν.

[1] *Scyl.* p. 50.

Sed jam optime, Ἰὼλ legendum, monuit Cl. *Vossius*. Nam ne quidem, cum *Cæsarea* posterioribus temporibus *Urbs* illa appellaretur, quemquam tamen Veterum, ut puto, legimus, qui illam *Juliam* appellarit.

§. 14. Θήβαις τεῖχος Auctoris qui inter *Ol.* CXI, 2, & *Ol.* CXVI, 2, scripserit.

Jamque facilis est ad *Gronovii* in contrarium exempla Responsio. Nihil illa ad *Scylacis* patriam, aut ad loca saltem patriæ *finitima* spectant, quæ potuit ipse per se habere explorata. Imo ad loca alia quæ è Periplis *alienis* & se *antiquioribus* ipsum oportebat discere *Scylacem*. Itaque non *Scylacis* ætatem produnt, sed *antiquioris*, quem est in *illis* partibus secutus, Auctoris. Esto tamen, ad *Scylacis* ipsius *ætatem* ea retulerimus. Ne quidem ita tantam *Scylacis* antiquitatem probabunt, quantam vult *Gronovius*. *Thebas* quidem τεῖχος [1] fateor memorare *Scylacem*. Hinc ante *Epaminondam florentem & Thebas erigentem* suspicatur scripsisse *Gronovius*. Vis ergo Argumenti, ni fallor, in eo sita est, quod tam *infrequentes* intra Thebarum *mœnia* fuerint *ædes*, ut *mœnia* potius, quam *Urbs*, fuerit appellanda. Id si volebat, Ego potius viceversa colligerem Auctorem qui ita scripserit, etiam *Alexandro*, etiam *Cassandro*, qui *mœnia* ab *Alexandro* diruta restaurarit, fuisse juniorem. Restauravit *Cassander Olymp.* CXVI, 2, anno ex quo diruerat *Alexander* XX°, qui cladem intulit *Olymp.* CXI, 2, teste *Diodoro*. Antea enim, dum starent *antiqua mœnia*, primarium certe locum inter Civitates *Bœotiæ* sibi vendicabant *Thebæ Bœotiæ*, nullum per *octingentos* annos excidium passæ, ut monet idem *Diodorus*. Itaque *Thebas* ita *desolatas* nullus potuit, qui ante *Alexandrum* vixerit, nosse *Scylax*, ne quidem ille omnium *antiquissimus*. Ego τεῖχος illud libentius non ad *Urbem* ipsam, sed ad *portum* potius, retulerim. Semper enim fere *Scylax* τείχη sua in locis statuit *maritimis*, & cum *portubus* jungit atque *navalibus*. Ut proinde in *fluctus* potius *marinos*, quam in *hostes*, munimenta intelligantur. Et certe oram hoc in loco legit *maritimam*, quam *Orchomeno* ἐν μεσογείᾳ mox opponit. Quidni ergo ad *navalia*, *Epaminondæ* hortatu, à *Thebanis* condita hæc retulerimus, cum de *Maris* dominio suis civibus afferendo meditaretur? Sic fuerit Scriptor *Olymp.* CIV, I, junior, quo hæc ab *Epaminonda* gesta narrat *Diodorus*. Quod sane convenit cum *Messenes* mentione ab *Epaminonda* restauratæ, de qua jam supra egimus. Ego adhuc *juniorem* hujus partis Auctorem fuisse suspicor. Ut nempe illo ipso *vicennio* scripserit, quo jacuit in *ruinis* Urbs ipsa *Thebana*. Solet enim *Scylax*, cum ejusmodi navalium portuumque *muris*, *Urbes* ipsas, siquæ fuissent, conjungere, etiam cum *longe* invicem abessent. Nec sane, cum Ur-

[1] *Scyl.* p. 23.

bem

bem *Bœotiæ* mediterraneam *Orchomenon* memorarit, (quam tamen *Bœotiæ* adjectam fuiſſe docet [1] *Strabo*) Urbs omnium *Bœoticarum primaria* erat prætermittenda. Itaque eam, cum *nulla* hic compareat, ſuſpicor adhuc *nullam* fuiſſe. Medio ergo tempore inter *Olymp.* CXI, 2, & *Olymp.* CXVI, 2, vixerit oportet, non quidem *Scylax* ipſe, ſed *Auctor* ille ſaltem, cujus fidem *Scylax*, hac Peripli ſui *parte*, ſecutus eſt. Serius nimirum quam *Scylacem* ipſum vult ſcripſiſſe *Gronovius*.

§. 15. *Urbes ſæpe antiquioribus*, quam pro *ſua ætate*, nominibus recenſent *Excerptores*, qualis erat *Scylax*.

In his certe *Collectaneis* prudentius argumentabimur, ſi ex exemplis omnium *recentiſſimis* colligamus quam fuerit *recens* Auctor ipſe *Collectaneorum*, quam ſi viceverſa è locorum *olim* deſolatorum mentione colligamus quam fuerit *antiquus*. Hoc uno alterove exemplo oſtendam in Auctore, cujus ætatem habemus exploratam. Noſtram *Britanniam*, anno Æræ noſtræ *Chriſtianæ* receptæ 43, in Populi *Romani* poteſtatem redegit *Claudius*, eo ipſo tempore quo ſcripſit *Mela*. Hoc docent *Melæ* verba in hanc ſententiam manifeſta: [2] *Britannia qualis ſit, qualeſque progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clauſam aperit ecce Principum Maximus, nec indomitarum modo ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor, qui propriarum rerum fidem ut Bello affectavit, ita Triumpho declaraturus portat.* Ex illis verbis conſtat, jam in ipſa Expeditione fuiſſe *Claudium*, cum ſcriberet *Mela*, qui tamen anno ſequenti 44 rediit atque *triumphavit*. Hic tamen ipſe [3] *Mela Olynthum* ita memorat, quaſi tum quoque nondum fuiſſet exciſa. Fruſtra ergo ex hoc exemplo *Scylacis* ætatem colligit *Gronovius*. Mihi certe ſuſpicio eſt, Urbem ſaltem illam à juniore aliquo Principe fuiſſe *reſtauratam*, nec *Philippi* ætate antiquiores fuiſſe omnes eorum quos habemus hodieque *numos*. *Potidæam* præterea habet idem *Mela*, & quidem ita, quaſi jam tum *Potidææ* receptum fuiſſet etiam nomen. [4] *Ibi* (inquit) *eſt Potidæa.* Et tamen nomen ejus in *Caſſandriam* mutatum eſſe docet non junior modo *Plinius*, verumetiam antiquiores *Mela*, [5] *Strabo*, atque *Diodorus*. Certe ab ipſius, ut videtur, temporibus *Caſſandri*. Succeſſorum enim neminem ſcio qui *Caſſandri* nomine Urbem fuerit appellaturus. De *Olyntho* autem ita loquitur, ut *Mela*, *Strabonis* etiam (quem ſolum hoc in loco habemus) Epitomator. Ὅτι τῆς Ὀλύνθου ἐπίνειον ἐστι Μηκύβερνα ἐν τῷ Τορωναίῳ κόλπῳ. Ὅτι πλησίον Ὀλύνθου χωρίον ἐστὶ κοῖλον καλούμενον Κανθαρώλεθρον. Locum poſteriorem ex Opere περὶ Θαυμασ. ἀκουσμ. deſumſit fortaſſe *Strabo*. Sed & illum Auctorem excidio ſub *Phi-*

1 *Strab.* L. IX. p. 411. 2 *Mel.* L. III. c. 6. 3 *Mel.* L. II. c. 2. 4 *Mel.* ibid.
5 *Strab.* L. VII. fin. Epitom.

lippo juniorem fuiſſe probavimus. Et de *Olyntho* ita loquitur etiam [1] *Plinius*. Itaque reſtauratam fuiſſe veriſimillimum eſt. Quod ſi hoc, in tanto Veterum ſilentio, minus credibile cenſuerit *Gronovius*; hic etiam exemplum habebimus, ut *Veterum*, quos excerpſerant, *tempora* cum *ſuis* juniores confuderint. Male ergo ex hac *Urbium* olim *dirutarum* mentione *Scylacis* ætatem colligit *Gronovius*, cum etiam *illum* antiquiorum Operum Excerptoribus accenſendum eſſe jam oſtenderimus. *Brundiſium Gronovius* ipſe in *Scylace* deprehendit ſub nomine Βρεντέσιον, & *Pellam ſatis glorioſe nominatam*, cum dicat *Scylax* in illa fuiſſe *Regiam*. Non erant ergo *Urbes* illæ inter Argumenta, quæ *antiquitati Scylacis* faverent, qualis credebatur, accenſendæ.

§. 16. *Hodiernus* Periplus ſatis apte reſpondet primi Auctoris *conſilio*, convenitque cum *Perſona* ac *ætate Scylacis Polybiani*.

Hoc autem excepto, quod Periplorum *ſingulorum* mores *varios* ſapiat, è quibus Periplum Maris Mediterranei *univerſalem* compegit ipſe *Scylax*; non video ſane quin *unius fili* Opus, quale ab Auctore prodiit, hodieque habeamus. Imo quale veriſimile eſt ab ipſo proditurum fuiſſe *Scylace*. Jam vidimus illum *ſtadiorum* numerum in *dies* convertiſſe, & *noctes* etiam ad *dies* redegiſſe, ut *diurnis* navigationibus *Europæ Aſiæ Libyæque* Paraplos deſignaret. Nec eſt quod dubitemus quin, ſi non obſtarent *mendæ* & *lacunæ*, ſummæ *particulares* univerſalibus fuiſſent reſponſuræ. Pollicetur præterea *Titulus* ipſe *gentes*, & *regiones*, & *portus*, & *fluvios*, & *ſpatia* navigationum, quæ certe videmus obſervari accuratiſſime, dum conſtat Textus *integer*, & *ſibi* conſentaneus. Pollicetur idem *Titulus inſulas ſeptem habitatas, prout quæque adjacebat continenti*. Et ſane à partibus *continentis* adverſis ad *inſulas* tranſitus facit, pro methodi ratione promiſſa. Addit *Titulus*, καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι. Vix eſt cur *Æolidas*, quæ ipſæ *ſeptenario* numero cenſebantur, cum in animo habuiſſe ſuſpicemur. Alium Ego potius *ſeptenarium* cogitaſſe crediderim *inſularum* in *Mari*, de quo agebat ille, *Mediterraneo maximarum*. Illum memorat Auctor de [2] *Mirabilibus Auſcultationibus*: earumque *nomina* recenſent [3] *Diodorus* atque [4] *Strabo*; nempe *Siciliam*, *Sardiniam*, *Cyprum*, *Cretam*, *Eubœam*, *Corſicam*, *Lesbum*. Et quidem ex *Timæo Strabo*. Itaque jam uſque à *Timæo* receptus eſt numerus ille *inſularum maximarum ſeptenarius*. Imo *ante* Timæum, ſi quidem recte Opus de *Mirabilibus Auſcultationibus Theophraſto* aſſeruerimus. Et ſane Catalogum *inſularum maximarum* exhibet noſter in Operis fine *Scylax*. Ibi primum locum

1 *Plin.* N. H. IV. 11. XI 28. XVIII. 30. Imo ante *Scymnus Chius*. 2 De Mir. Auſcult. p. 1157. 3 *Diod.* L. V. p. 297. 4 *Strab.* L. XIV. p. 654 & *Euſtath.* in *Dionyſium* v. 568.

obtinent

obtinent ipsæ illæ, quas modo recensuimus, *septem insulæ*. Numerat autem, fateor, *Scylax* XX. Num ergo alias, quæ *septem* primis subjiciuntur, *insulas* à manu *recentiori* fuisse suspicabimur? Quod scilicet *alienæ* videri possint à Scriptoris consilio primario: quod, quale fuerit, è *Titulo* didicimus. Non puto. Imo *Titulum* ipsum potius *mutilum* fuisse arbitror. Sic enim hodie conceptus est, quasi, præter *septem*, alias nullas *insulas* agnovisset οἰκούμενας. Atqui hoc nemo Veterum, quod sciam, observavit. Nemo certe, qui intra *trium*, quos volunt, *Scylacum* ætates vixerit: nemo à *primorum* etiam *Historicorum Geographorumque* ætate. Sic ergo fortasse *Titulus* supplendus est, ut cum Operis *contextu* & *fine* conveniat: καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ [αἱ μέγισται, καὶ λοιπαὶ] αἱ οἰκούμεναι. Addit præterea in fine *Diaphragmata* quædam, quibus mos esset ut è *Græcia* trajiceretur in *Asiam*. Eo autem nomine *lineolas* intellexit in *Tabulis* sui temporis *Geographicis*, quibus maris trajecti *plagæ*, quasi *sepimentis* quibusdam, dirimebantur. Tales enim *lineolas* habemus, quibus *itinera* designantur, in *Tabulis* Veterum, quæ hodie exstant, omnium *antiquissimis*, nempe *Peutingerianis*: etiam in itineribus *pedestribus*. Erant autem *Tabulæ* istiusmodi *Scylaci* coævæ omnium *antiquissimo*. Sub illo enim *Dario*, qui illum misit *Scylacem*, Tabulas *Geographicas* ab *Aristagora Milesio Cleomeni Lacedæmoniorum* Regi missas, Auctor est [1] *Herodotus*. Imo ab *Anaximandro Thaletis* discipulo, ipso quoque *Milesio*, excogitatas testatur [2] *Laërtius*. Duo autem habet istiusmodi *Diaphragmata*, & plane talia qualia erant à *Scylace* exspectanda. Aliud est ab *Euripo Chalcidis* ad *Mycalen*, cujus tamen per medias, quas recenset, *insulas* minus recta erat navigatio. Aliud, à *Tænaro* fortasse Promuntorio, ὀρθὴν κατ' Ἀσίαν, per *Cytheram* certe, & *Carpathum*, & *Rhodum*, in *continentem Asiæ* minoris. Sed miror non vidisse Interpretes, pro *Ægina* (quæ hic media ponitur inter *Cytheram* atque *Cretam*) reponendam esse *Ægila*. Mediam enim inter *Peloponnesum* & *Cretam* Αἰγιάλειαν insulam refert [3] *Stephanus*. Mediam item inter *Cytheram*, oppidumque *Cretæ Phalasama Ægliam* [4] *Plinius*. Non aliam utique ab Αἰγιλίης [5] *Herodoti*, & [6] *Epla Ptolemæi*. *Ægliam* certe apud *Plinium* è *MSS.* fide restituit *Harduinus*. Hoc autem obiter. Quis autem hic non videt itinera *maritima* à *Græciæ* plaga *Septentrionali* (quam amne *Peneo* concluserat *Scylax*) & *meridionali* designari à *Scylace*? Sic nempe fuerat ubique de *Græcis* Urbibus inprimis solicitus. Quis item non videt utrobique *Diaphragmatum lineas* ad partes *Asiæ* minoris deduci *meridionales*? Plane ut *Scylacem*

1 *Herodot.* L. V. 2 *Laërt.* L. II. n. 2. *Agathemer.* I. 1. *Strabo* L. I. p. 7. 3 *Steph.* voc. Αἰγιλία. 4 *Plin.* N. H. IV. 12. 5 *Herodot.* L. VI. 107. 6 *Ptolem.* III. 6.

decuit,

decuit, cujus *patriam* insulam *Caryandam Caribus* accensitam ipse testatur. Et quidem *Mycalen* olim *Cariæ* fuisse constat. Aliter te res habebat, cum scriberet *Scylax*. *Mycalen* enim *Lydiæ* ipse attributam esse docet. Hic etiam notam habemus Seculi *Polybii* coævi. Post victum enim *Antiochum*, anno *Varr.* 566, *Caria Rhodiis Romanorum* Bello in *Antiochum* sociis concessa usque ad [1] *Mæandrum*. Tum ergo *Cariæ* finis factus est *Mæander*, unde *Cariam* censet etiam *Scylax*. Postea (cum ancipites essent in Bello cum *Perseo*) *Rhodiis* ademta est [2] *Caria*, suique juris pronunciata: iisdem nempe *limitibus*, quibus antea *Rhodiis* fuerat attributa. Nempe anno *Varron.* 587. Inde intelligimus cur per *Rhodum* posterius ductum fuerit *Diaphragma*. Quod scilicet *Rhodiis*, cum ille *inciperetur* Navigationis cursus, *Caria* ipsa paruerit. Patet ergo *unius* esse *fili* hunc Periplum universum; nec alteri *Auctori* melius convenire quam *Scylaci*; & ne quidem *Seculo* alteri aptius respondere, quam quod *Nos Scylaci* tribuendum esse probavimus. *Recentioris* certe post *Christum Scylacis*, aut *Interpolatoris*, nulla prorsus apparent, quæ credebant Magni *Vossii*, indicia. Imo ex quo hic *Titulus* Operi præfixus legebatur, ægrè admodum vel esse poterant.

§. 17. Qualis fuerit *Scylacis Periodus*. Tam *Periodum* quam *Periplum* videtur scripsisse *juvenis*.

Collegit autem, ut videtur, *Scylax* noster hunc *Periplum* antea quam *Itinerario pedestri* manum admoveret. Si aliter fuisset, profecto aliquid de eo monuisset, cum *Urbes* saltem in nonnullis Peripli *partibus* recenset *Mediterraneas*. Nempe ut inde Lector accuratiora hauriret, cum etiam *Mediterranea* obiret ex professo, quam hic cum obiter tantummodo aliudque agens loca *Mediterranea* perstringeret. Pro *Peripli* autem exemplo verisimillimum est illam confectam esse Γῆς Περίοδον. Nempe ut è *variis* variorumque Navigatorum *Paraplis* unum confecit *Maris Mediterranei Periplum*: ita è *variis* Ὁδοιπόρων *Itinerariis* invicem commissis unum conflaverit *trium* continentum, qua saltem Mari *Mediterraneo* appropinquabant, Περίοδον, & spatia locorum vel *stadiis*, vel *diurnis* itineribus distinxerit. Suspicor autem locorum non aliorum, quam qui à *Mari* non *longe* abessent, in illa *Periodo* factam esse mentionem. Cur ita suspicor facit ipse *Scylax*. Πλοῦν enim & Ὁδὸν ita invicem distinguit, ut Πλοῦ nomine navigationis *maritimæ* spatium intellexerit inter Urbes in *ora* sitas *maritima*; Ὁδοῦ autem, spatium inter easdem qua ex una in aliam transitus erat itinere *pedestri*. Ita è *Buthoë* in *Epidamnum* ΠΛΟΥΣ (inquit) [3] ἐστὶν ἡμέρας καὶ νυκτὸς ΟΔΟΣ δὲ τριῶν ἡμερῶν. Rursus ex *Epidamno* in *Apolloniam*

1 *Polyb.* Legat. XXV. *Liv.* Lib. XXXVIII. 39. 2 *Polyb.* Leg. XCIII. *Liv.* L. XLV. c. 25. 3 *Scyl.* p. 9.

[1] ΟΔΟΣ ἡμερῶν δύο. In eandem ſententiam. [2] Παράπλους εὐθὺς ἀπὸ Ἱερῦ ἐπὶ Κριῦ μέτωπον, τριῶν ἡμερῶν καὶ τριῶν νυκτῶν. Ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος. ἔστι γὰρ κόλπος. Ita *Periodus* fuiſſet Maris interioris *circuitus* per ὁδοὺς, ſeu (ut è poſtremo loco conſtat) παρὰ γῆν. Et uſus erat, ut ita de breviſſimis conſtaret itinerum *compendiis*. Et vere Περίοδος fuiſſet, ſi oræ præſertim *terreſtris* intervalla in hoc alio ejus Opere docuiſſet *Scylax*, ſicut in *Periplo* (quem habemus) oræ ſpatia docuit præcipue *maritimæ*. Fieri autem poteſt ut hæc & alia quædam, in quibus locorum *mediterraneorum* ſpatia legimus, è *Periodo*, quæ periit, in *Periplum* emanarint: ſeu id *Scylacis* ipſius opera, ſeu *recentioris* manu, contigerit. Potuit tamen cauſa fuiſſe cur *Periodus* interciderit, ſi multa inde fuiſſent in *Periplum* tranſlata. Eſtque ſane illa primaria vocis *Periodi* ſignificatio, ut nuſpiam à rei ambitæ limitibus diſceſſerit dum ad primum motus *exordium* rediretur. Atque ita ab *Hodœporicis* diſtingui ſolebant *Periodi*. Quod ſcilicet etiam *recta* Itinera *Hodœporicorum* nomine intelligenda venirent; Περίοδοι autem & Περιηγήσεις non aliæ appellarentur quam quæ fuiſſent in *circuitu*. Tandem eò deventum ut *Itineraria* omnia *Periodi* appellarentur, ſi ſaltem ad idem redirent, unde exorſa fuerant, *initium*, utcunque in *medio* à *limitibus* deflexiſſent. Ita Civitatum *Periodeutæ*, tam *Eccleſiaſtici* quam *Civiles*, loca ſuæ ditionis omnia, *media* pariter ac *finitima*, obibant. Ita S. *Petri* aliorumque Apoſtolorum *Periodos* plerunque *Itinerariorum* nomine *Latini* reddunt Interpretes, quaſi nihil *ſingulare* habentes præ aliis *Itinerariis*. Hæc vocis *ſignificatio*, num *Scylacis* ætate fuerit recepta, neſcimus. Spectant autem ad *limites* loca *Scylacis* à *Strabone* advocata. Saltem gentium regionumque *maritimarum limites* atque *intervalla* *Scylacem* in *Periodo* deſignaſſe veriſimillimum eſt, etiam qua *continenti* obverſabantur. Nam & in *Periplo* Urbes ſæpe recenſet etiam *Mediterraneas*; *intervalla* autem vix fere alibi præterquam in ora *maritima*. Sed diu periit, ut opinor, *terreſtre* illud Itinerarium. Neminem certe Veterum obſervavi, qui inde Teſtimonia advocarit poſt *Strabonem*. Scripſit præterea, ut exiſtimo, *utrumque* Itinerarium, antea quam refutaret *Polybium*. Eſt enim ſane *juvenilis* admodum hic omnis labor *colligendi* potius quam *judicandi*. Nullus plane hic occurrit Scriptorum *delectus*, quo operam ſuam Lectori commendaret. Nulli hic obſervantur Geographorum *errores*, nulla *mendacia* peregrinantium, (quæ tamen frequentiſſima fuiſſe in ſui quoque Seculi Geographia docuit *Polybius*) nullæ vel Auctorum non dedita opera fallentium ſaltem *diſcrepantiæ*. Tam longe abeſt ut ſtudium Argumenti, in quo verſabatur, *excolendi* vel venditarit. Ne quidem eam curam adhibuit,

1 *Scyl.* p. 10. 2 *Scyl.* p. 29, 30.

hibuit, ut *eandem* methodum ubique obſervaret, & quæ *deerant* in uno Auctore ea ex alio earundem Regionum deſcriptore *ſupleret*. Judicium nondum *adultum* aut *maturum* illa produnt, ni fallor, omnia. Aliter ſe rem habuiſſe veriſimillimum eſt, cum Scriptorem judicii ſubactiſſimi *Polybium* redargueret.

§. 18. Quæ habet *Scylax* de ora Africæ *externa*, non ex *Hannone* videtur accepiſſe, ſed potius à *Polybio*.

Jam ſuperiori Diſſertatione oſtendimus, quæ habet *Scylax* de ora *Africæ* vixdum ſatis explorata, ea ipſum non ex *Hannone* didiciſſe. Idque confirmare puto *Scylacis* noſtri verba illa in *Peripli* fine: Λέγουσι δ' οὖν τινες τούτους τοὺς Αἰθίοπας παρήκειν συνεχῶς οἰκοῦντας ἐντεῦθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἶναι ταύτην θάλατταν συνεχῆ· ἀκτὴν δὲ εἶναι τὴν Λιβύην. De eo autem dubitare non potuit, ſi quid de *Hannonis* Periplo reſciviſſet, quem Nos, pro Veterum ſententia, *Africam* ad Mare *Erythræum* uſque circumnavigaſſe jam oſtendimus. Dubia ſaltem fuerit oportet Pſeudo-*Hannonis* fides apud illum qui ita ſcripſerit, nec talis certe ut in *communibus* cum *Hannone* locis *Hannonis* fidem fuerit ſecuturus. Imo ne quidem cum *Hannone* convenit. Ait *Hanno* à *Carthagine* ad *columnas*, atque à *columnis* ad *Cernen* navigationes reſpondere. Non ita *Scylax*. A *columnis* enim ad *Cernen* dies numerat XII. A *Carthagine* autem ad *columnas* dies tantummodo VII, noctesque VII. *Noctium* autem à *diebus* diſtinctarum calculus eſt quidem apud *Scylacem* frequentiſſimus, qui tamen nuſpiam occurrit in *Hannone*. Ultra hanc (quæ à *columnis* dierum XII navigatione diſtabat) *Cernen* negat navigari potuiſſe *Scylax*. Inde dies ad minimum XXVI ſe ultra pertigiſſe profitetur *Hanno*. *Polybianæ Cerne*, quam in *extremâ Mauritania contra montem Atlantem* ſtatuit [1] *Plinius*, conveniunt potius noſtri *Scylacis* illa quæ diximus, quam *Hannonianæ*. Sic enim fuerit *extremus Africæ* verſus *Occidentem* limes, cum tamen ad eam aliquot dierum navigationes in *Orientem* narret hodiernus *Hanno*. Convenit porro in eo quoque cum [2] *Polybii* *Scylax*, quod dubium eouſque fuiſſe ſignificarit, num *Peninſula* eſſet *Africa*, an cum alia aliqua *meridionali continente* juncta. Sed quod addit, quæ ultra *Cernen* inſulam ſita eſſent, ea non fuiſſe propter *maris brevia*, & *cœnum*, & *algam*, navigabilia; et potius *fabulatorum* indolem fortaſſe ſapiunt (ut jam obſervavit Cl. *Voſſius*) quam *Polybii*, Scriptoris tam à *fide* quam *judicio* laudatiſſimi. Sed fieri poteſt, ut quæ ignorantiæ ſuæ celandæ cauſâ obtendere ſolebant fabulatores, ea hic *revera* locum habuerint, obſtiterintque quo minus ulterius *Polybius* in navigatione procederet. *Algam* certe in hac ora *Africæ* memorant etiam juniores, terrendis, in tanta rei *Nauticæ* imperitia, Navigatoribus ſatis op-

1 *Plin.* N. H. VI. 31. 2 *Polyb.* L. III. c. 38.

portunam

portunam. Et *cœnum* similiter & *æstus* & *pelagos*, in ora *Hispaniæ*, ultra *columnas* idem narrat fuisse [1] *Scylax*. Non tamen propterea oram illam *ignoravisse* putandus est, in qua tot memorat *Carthaginiensium Emporia*. Imo ad *Promuntorium* usque *Sacrum*, cujus meminit *Scylax*, oram illam *Hispaniæ* habebat exploratam. Sed in ea ora *Hispaniæ* omnia fuisse quæ observavit *Scylax*, docet [2] *Strabo*, qui eo Seculo vixit quo omnia illa erant *compertissima*. Nec sane quisquam *Veterum* est (quod quidem sciam) à quo hæc extra fretum *Herculeum* adeo accurata mutuari possit *Scylax*, præterquam à *Polybio*. Proximum ante illum, qui memoria recentissima rem *Geographicam* excoluerit, *Eratosthenem* fuisse docet [3] *Strabo*. Hunc fuisse ait πλεῖστον πραγματευσάμενον περὶ τῆς Γεωγραφίας, quem tamen de *Iberia* admodum [4] imperitum convictumque à *Polybio* fuisse testatur. Nec oras hasce navigavit *Timosthenes*, quem tanti fecit *Eratosthenes* ut Opus illius integrum in suos usus converterit, teste *Marciano Heracleota*. Etiam situs locorum, & διαστήματα quibus invicem distarent, pollicebatur, *Strabone* teste, [5] *Polybius*. Plane pro consilio *Scylacis*, qui etiam ipse in ora *maritima* διαστήματα ubique designaverat. Sunt autem illa, fateor, plerumque *stadiorum*, non *diurnorum nocturnorumque* itinerum, pro methodo *Scylacis*. Sed qualia fuerint in oris ab ipso *Polybio* navigatis, non constat. Ibi consentaneum est, *dies* atque *noctes*, quas ille navigationi insumserit, fuisse numeratas. Poterat enim *Polybius* ipse, quod fecit *Scylax*, alienarum navigationum *stadia* in *dies noctesque*, aut vicissim *dies* & *noctes* in *stadia*, facili admodum supputatione convertere. *Terminum* præterea *Asiæ Scylax* in *Tanai* fluvio ponit. Hoc etiam debuit fortasse *Polybio*. Erat enim certe sententia illa non *veterum*, sed *juniorum*. Veteres enim à *Phaside Colchorum* fluvio *Asiam* censebant. [6] *Agathemerus*: Ἀσίας δὲ καὶ Εὐρώπης οἱ μὲν ΑΡΧΑΙΟΙ λέγουσι Φᾶσιν ποταμὸν καὶ τὸν ἕως Κασπίας ἰσθμόν, τὸν ἀπὸ Σάρξων. Οἱ δὲ ὕστερον ΝΕΩΤΕΡΟΙ Μαιῶτιν λίμνην καὶ Τάναϊν ποταμόν. Vel hinc obiter intelligimus, non adeo *antiquum*, quam vulgo creditur, fuisse *Scylacem*. Ita autem sensit certe [7] *Polybius*: & fortasse *primus* eorum, qui Geographiæ *excolendæ* duces haberi solebant. *Ætas* enim ejus talis est, quæ si *junior* censeatur, ita tamen prope accesserit ad eam quæ pro *antiqua* haberi solebat Seculo *Agathemeri*, ut merito inter junioris ætatis *primordia* accenseri posset. *Alexandri* M. ætatem *antiquam* censuit Anonymus, qui *Scylacem* nostrum propterea ἀρχαιότατον pronunciavit, quod illum antiquiorem *Alexandro* fuisse crediderit. Et propinquos *Alexandro*, sed

1 *Scyl.* p. 1. 2 *Strab.* L. III. p. 142, 143. 3 *Strab.* L. II. p. 104. 4 *Strab.* L. II. p. 93, 104, 107. 5 Apud *Strab.* L. X. p. 465. 6 *Agathem.* L. I. c. 1. 7 *Polyb.* L. III. c. 37.

tamen *juniores* illo, *Antiquitatis*, quam genti suæ asserit, *testes* advocat [1] *Josephus*, ipse nihilominus senior *Agathemero*. Et de *Tanai Asiæ* limite eandem, quam *Polybius*, sententiam sequitur *Scymnus Chius*, *Polybio* ipsi non admodum *ætate* dispar, & juniores deinceps plerique omnes. *Phaside Asiam* terminabant, ut vere observavit *Agathemerus*, antiquiores *Polybio* [2] *Æschylus* & *Herodotus*, & qui medium, inter maria *Euxinum Caspiumque*, *Isthmum* pro *Asiæ* termino habebant. Meminit quidem utriusque termini [3] *Herodotus*. Id ergo vult *Agathemerus*: ita apud *recentiores* receptam viguisse sententiam de termino *Asiæ Tanai*, ut deinceps raro admodum Lectorem de *alia* Veterum sententia monuerint, quasi *sola* illa fuisset, nec ullæ *unquam* ea de re viguissent Veterum *discordiæ*. Loquiturque, pro illo recentiorum more, non *Polybius* modo, sed noster quoque *Scylax*. Quod si vere hæc è *Polybio* desumserit *Scylax*; ne quidem *Carthaginis* mentio & *Corinthi* ad *Scylacis* ætatem designandam faciet, sed *Auctoris* potius illius quem in *illa* Peripli sui parte *Scylax* ipse fuerit imitatus. Utcunque tamen ne *Polybio* multo junior esse possit, obstat qui eum *antiquum* censuit *Strabo*: obstat, quod tot loca *antiquioribus* ipso *Polybio* nominibus appellarit. Exempla jam supra dedimus: nunc aliud damus. Urbem in montis *Atho* cacumine [4] *Acrothon* memorat *Scylax*. Hujus loco inter alias *Uranopolim* successisse docet [5] *Plinius*. Hanc ab *Alexarcho Cassandri* fratre conditam ex *Heraclide Lembo* testatur [6] *Athenæus*. Obstat quod recentioris *Polybio* nominis locum *nullum* habet. Fieri vix potest ut tot olim *Seculis* antiquata nomina collegerit *Scylax*, nec ullum unquam *recentiorum* nominum *vestigium* servarit, si tam *nuperus* ipse fuerit quam volebat *Vossius*. Prorsus credibile non est, ut tot recentioribus accuratioribusque Paraplis *neglectis*, ex *antiquissimis* tantummodo, tamque *Seculo* suo, quo vixit ipse, *remotis*, sua omnia acceperit.

1 *Joseph.* L. I. contr. Apion. 2 *Æschyl.* Prom. solut. 3 *Herodot.* L. IV. c. 45. 4 *Scyl.* p. 26. 5 *Plin.* N. H. IV. 10. 6 *Athen.* L. III. c. 10.

DISSER-

DISSERTATIO TERTIA.

Ostendens *tempus*, quo de *Mari Rubro*, vel de *Gentibus* potius *Meridionalibus*, scripsit *Agatharchides*.

§. 1. *Agatharchides* sub *Ptolemæo Philometore* duntaxat *adolescens*.

A*Gatharchidis Cnidii* ætatem hac una nota designavit Magnus *Vossius* pater, quod *Heraclidis Lembi* Anagnostes fuerit, teste *Photio*: quem quidem *Heraclidem Lembum* sub *Ptolemæo* sexto vixisse tradit *Suidas*. Recte quidem ille fortasse, si *Adolescentiam Agatharchidis* intelligamus, quæ *ætas* erat maxime idonea officio *Lectoris*. Non tamen propterea credendum est sub *Philometore* hæc de *Rubro Mari* commentatum esse *Agatharchidem*. Imo *diu* post *Philometorem* hoc, in quo versamur, Opus ab eo esse elucubratum evinci posse puto. Nam sub eodem *Ptolemæo Philometore* florebat, ut dixi, ipse *Heraclides Lembus*: *Agatharchide* utique aliquanto *senior*, quem habebat *Anagnosten*. Itaque *multis* sub eodem illo *Ptolemæo* annis vixit *Heraclides*, ut sub illo nominis *celebritatem* consequi posset. Nec erat *Anagnostæ* munus ei necessarium antea quam *inclaruisset*. Proinde *affecto* Philometoris Regno, adhuc *Adolescens* erat *Agatharchides*. Cum autem *unicus* memoretur VI^us ille *Ptolemæus*; illo profecto tempore floruerit oportet *Heraclides Lembus*, quo *solus* erat in Regno *Philometor*, sine Regni *collega*. Itaque vel *primis* Philometoris XI, qui ab anno *Varr.* 572 pertingunt ad ann. 583, similiter *Varronianum*; vel postremis XVIII, qui ab anno *Varr.* 590 ad ann. 608 numerandi sunt. *Mediis* enim annis vel *collega* erat, vel *solus* sine collega regnavit, *Euergetes*. Ergo *priori* spatio, vel forte *posteriori*, certe *affecto*, floruit *Heraclides*: ut proinde iisdem etiam limitibus *Agatharchidis Adolescentia* concludenda sit. *Utro* autem spatio claudenda sit, ex iis melius constabit quæ mox traditur sumus.

§. 2. Idem *senex* cum de Mari scriberet *Erythræo*.

Cæterum cum huic *Operi* manum ultimam imponeret, *senem* se jam agnoscit idem *Agatharchides*. [1] Οἶδα γὰρ (inquit) πρεσβύτερος ὤν, καὶ πολλῶν ἔμπειρος γεγονὼς πραγμάτων. Itaque de *Insulis* serius

[1] Pag. 14.

repertis,

repertis, deque aliis ad *Troglodyticam* spectantibus, scribendi laborem excusat, tam aliis de causis, quam illa quoque, qua premebatur, *senectutis*. Sic enim postea : [1] ὅτε τὸν πόνον τῆς ἡλικίας ὁμοίως ὑποφέρειν δυναμένης. Idque etiam observavit alibi [2] *Photius* verbis in hanc sententiam satis disertis. Itaque multis post *Philometorem* annis hæc scripserit oportet, ut ab *Adolescentia* ad *senectutem* perveniret. Idem præterea exinde colligimus, quod *Syriam* agnoscat *Ptolemæo* subditam, quam *Arabes* ditarint. Verba hæc sunt : [3] Οὗτοι πολύχρυσον τὴν Πτολεμαίου Συρίαν πεποιήκασιν. Vix est cur dubitemus quin *cavam Syriam* intellexerit, de qua *Bellum* erat *Antiochi Epiphanis* in hunc ipsum *Ptolemæum*. Erat autem certe tum in *Syriæ* possessione *Antiochus*, cum succederet *Philometor*, ut docet [4] *Livius*. Nec ante *supremum* vitæ Regnique annum *Philometor Syria* potitus est, cum eo nomine [5] *duo diademata capiti suo imponeret*. Nam certe *Syriam* eo loco *Asiæ* nomine Scriptor intellexit. Itaque post *Philometorem* hæc scripsit *Agatharchides*.

§. 3. Scripsit *Agatharchides* sub *Ptolemæo Alexandro*, cujus *Tutor* fuerat. Proinde inter ann. *Varr.* 649, & 666.

Habet autem & aliam *temporis* notam, quod, ut *senex* hæc commentatus est, ita sub eo quoque *Rege*, cujus Pueritiæ *tutelam* ipse gesserat *Agatharchides*. Hoc enim docent verba illius in hunc sensum satis manifesta: [6] Ἐγὼ δὲ ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἡ τύχη με καθίστησιν ἐπίτροπον τοῦ σώματος τοῦ σοῦ, νέου παντελῶς ὄντος, καὶ τῆς ὅλης βασιλείας &c. In his verbis docet, *Pupillum* illum, quicunque demum is fuerit, *Agatharchidis*, in *Regni* fuisse *possessione*; & quidem *solum*. Aliter non potuisset, illius nomine, *Regni totius* administrationem habere *Tutor Agatharchides*, dum ipse annos administrationi legitimos ac idoneos attigisset. Erat quidem sub [7] *Tutela*, cum primum succederet, ipse *Philometor*. Potuitque fortasse sub *Tutela* fuisse frater ejus *Euergetes*, anno illo *unico*, quo, *fratre* adhuc superstite, in Regni possessione *solus* fuit. Post fratris mortem certum est *Tutelæ* annis fuisse *majorem*. Sed neutri illi *Ptolemæo* parebat *Syria*. Nec in *senectutem Agatharchidis*, nec annos senectuti vel *proximos*, convenire potuit illa, siqua fuisset, *Tutela*. Itaque post *Euergetis* mortem quærendus est *Pupillus* ille *Regius*. Non potuit autem ille *major* Euergetis fuisse *filius*, quem *Soterem Porphyrius*, alii *Physconem* appellant. Hujus annos *primos* cum *matre* communes numerat *Porphyrius*, dum fratris *Alexandri* annum VIII^m cum *Cleopatræ* matris anno committit XI°, & fratris *initium* cum anno *Soteris* componit IV°. Nec opus erat ei *Tutore Regni* administratore dum

1 Pag. 69. 2 Cod. 215. 3 P. 64, 65. 4 *Liv.* L. XLII. c. 29. L XLV. c. 11.
5 1. *Mac.* XI. 13. 6 P. 14. 7 *Liv.* L. XLII. c. 29.

sociam

ſociam haberet in *Regni* adminiſtratione *matrem*. Poſtea, cum, fratre *mortuo*, in Regnum *denuo* reciperetur; tum certe *major* erat ætate *Pupillari*. Hinc ſane manifeſtum eſt, poſt obitum *Philometoris*, neminem fuiſſe Principem, cujus Tutelæ præfici potuerit *Agatharchides*, ante fratrem *Soteris* minorem *Alexandrum*. Illumne ergo fuiſſe cenſebimus? Sed vero anteaquam Regnaret *ſolus*, VIII jam annis in *Cypro*, & cum *matre*, regnaverat. Ætas autem ejus quæ fuerit, cum *Cypro* præficeretur, non conſtat. Sed triennio minor eſſe vix potuit, cum tot anni à morte *Patris* elapſi eſſent. Annum ergo *ætatis* XIm ad minimum expleviſſe oportet cum *Regni* hereditatem *ſolus* adiret. Utque unus fortaſſis alterve annus acceſſiſſet; non tamen obſtaret quo minus vere νέος παντελῶς appellari poſſit, dum multi adhuc reſtarent ad *maturitatem* adminiſtrationi parem. Primus autem illius annus cum anno U. C. *Varr*. concurrebat 649. Qui annus erat à *morte Philometoris* XLIus, ab *initio* autem LXXVIIus. Sic autem Principem, cui Opus inſcripſerat, alloquitur *Agatharchides*, ut innuat, jam adhuc fuiſſe illum (ut cum curam ejus primam ſuſciperet) ſaltem νέον, nec ſe fortaſſe Regni, pariter ac corporis, cura liberatum. Regnum ergo, ni fallor, non admodum *affectum* fuiſſe innuit, cum hæc commentaretur. Regno exceſſit *Alexander* anno *Varr*. 666, poſt annum à *morte Philometoris* LVIIIm; ab *initio* autem XCIV. Hæc *ætas* eſt à qua longe verba ejus docent non abfuiſſe *Agatharchidem*. Sed fieri poteſt, fateor, ut ne quidem *Philometoris initio* fuerit vel natus. Si nempe *Philometoris exitu* floruerit *Heraclides*, *Lectoremque* habuerit *Agatharchidem*. Potuit enim vel *vicenarius* per aliquot *annos* munus obiiſſe *Lectoris*. Satis enim erat, per *Canones*, ætas annorum XVIII, ad officium *Lectoris Eccleſiaſtici*. Ita *Juſtinian. Novell.* 123, 13. Sed *minores* etiam annis *Pubertatis*, nempe ann. XIV, in *Lectorum* officio ſupponit Concilium *Carthaginienſe*, Can. 16. pro more his temporibus propiori. Et pro more, ut videtur, receptiſſimo in aliis *Lectoribus*. Nihil tamen obſtabat quo minus etiam *minores* idem *legendi* officium præſtare poſſent hominibus *privatis*. Major enim neceſſaria erat *morum* gravitas in *Lectoribus Eccleſiaſticis*. Eſto ergo. Qui ſub *Philometore* paucis ſaltem annis hoc munus obierit, fuerit ſaltem, cum decederet *Philometor*, *vicenarius*. Sic quoque fuerit, cum obiret *Alexander*, annorum LXXVIII. Poſtea rediit in Regnum *Soter*, tenuitque per annos VII, ad annum ſcilicet *Agatharchidis* LXXXVm. Itaque ſi *Ptolemæi*, qui poſtea ſucceſſit, *Dionyſi* tutelam geſſit, vix potuit *nonagenario* minor fuiſſe Agatharchides. Nec tamen conſtat, illius *Ptolemæi* num *ætas* fuerit, cum ſuccederet, *Pupillaris*. Paucorum dierum Principes, qui *medii* inter *Soterem* intercedebant &

Dio-

Dionysum, non est cur moremur, cum verba ipsa *Agatharchidis* satis manifeste innuant spatium Principis, cujus *tutelam* gessit, fuisse diuturnius. Quare verisimillimum arbitror *Ptolemæum* non alium ab *Alexandro* fuisse, cujus *tutelam* obierit *Agatharchides*. Hoc si verum, hoc Opus scripserit inter annum *Varr.* 649, quo *cæpit*, & 666, quo è vivis *excessit* Pupillus *Alexander*.

§. 4. Sub *Alexandri* initio Regi *Ægyptio* parebat *Syria cava*, quæ non parebat *Ptolemæo Dionyso*.

Erat certe hoc spatio *Ægyptiorum* Regibus obnoxia pars aliqua *Syriæ*. *Hyrcano Judæam* obtinente, obsessis ab eodem *Samaritanis* suppetias tulit *Ptolemæus Soter Alexandri* frater, *Josepho Lathurus*, ἀκούσης τῆς μητρὸς, καὶ ὅσον οὔπω τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐκβεβληκυίας, inquit idem [1] *Josephus*. Ergo anno U. C. *Varron.* 647. Hoc tempore eximiam quandam *Judæorum* felicitatem observavit *Josephus*, non *Hierosolymis* duntaxat, verum etiam *Alexandriæ*. Quod scilicet in *Judæa* ipsa *Hyrcano* res pro voto succederent. Et quod in *Ægypto* duces præfecerit *Cleopatra Judæos*, quorum opera ex *Ægypto* filium expulerit. Hunc locum *Josephi*, ni fallor, ob oculos habuit *Eusèbius*, cum ad *Olymp.* CLXVIII, 2m annum, qui cum prædicti anni *Varroniani* parte *posteriori* concurrebat, hæc verba apponit: *Jonatha gloriose apud Judæos principatum gerit.* Observavit quidem recte *Scaliger Jonathæ* nomen hoc loco pro *Johanne*, quod nomen erat *Hyrcani*, legi. Et quidem *Eusebii* ipsius errore. Non item observavit erroris *occasionem*. Quod *Jonatham* quendam memorarit ibidem [2] *Josephus*, qui *Hyrcani* gratia floruerit, & cujus consiliis fuerit obsecutus *Hyrcanus*. Sed & aliis hujus *temporis* exemplis constabat quantum in *Syria* possent Reges *Ægyptii*. Paulo antea petitum ab eo datumque *Syriæ Regem Alexandrum Zebinam* idem narrat [3] *Josephus*, quem tamen tum non *Lathurum* appellat, sed *Physconem*. Postea *Alexandro Judæo* ipso Regni initio *Ptolemaïdem* obsidente, *pulsus* jam *Ægypto Ptolemæus*, iterum *Lathurus*, à *Ptolemaïdensibus* in auxilium vocatus est. Et in [4] *Cœlosyria* rem gessit in *Ptolemæum* filium dux *Cleopatræ Judæus Chelcias*. Postea rursus adhuc *exsul Lathurus*, Regem *Syriæ Damascenæ* etiam præficit è stirpe *Seleucidarum*. Et proinde eousque *Syriam cavam* fratri *Lathuri Alexandro* paruisse verisimillimum est, cum jam antea *Lathurum* è *Syria* repulisset mater *Alexandri Cleopatra*. Sed post hoc exsilium *Lathuri* Regna *Syriæ*, tam *Antiochenæ* quam *Damascenæ*, sub *Seleucidis* legimus. A Regibus *Alexandrinis* data nulla uspiam, opinor, legimus. *Syriam* autem *cavam* deinceps, sub Rege *Judæorum Alexandro*, *Ptolemæis* ereptam fuisse docet

1 *Joseph.* Ant. XIII. 18. p. 452. 2 *Joseph.* ib p. 453. 3 *Joseph.* Ant. XIII. 17. 4 *Joseph.* Ant. XIII. 21.

[1] *Josephus*. Nam & *Syriæ* Urbes multas *Alexander* ipse lucratus est; & *Cœlosyriæ* Regnum *Arabs Aretas*; idque *sex* ad minimum annis ante finem *Alexandri*. *Triennio* enim ante *mortem* febre quartana laboravit: & *triennium* aliud Expeditioni alteri insumsit *Alexander*, victus ab *Areta* jam *cavæ Syriæ* possessionem adepto. Inivit *Alexander Olymp*. CLXVIII, 3. U. C. *Varr*. 648: ut mox notis in Tabulam Successionis Regum *Ægyptiorum* ostendemus. Regnavit annis in universum XXVII. Detrahantur VI, & reliquus erit annus *Regni* XXI, qui proinde anno *Varr*. 669 concurrerit, *Lathuri* illius, seu *Soteris*, anno ab *initio* XXXII°, post mortem *Alexandri*, & ante initium *Dionysi*. *Syria* ergo, quæ *Ptolemæo Dionyso* paruerit, plane nulla erat. Non potuit ergo illius fuisse *Tutor*, aut sub illo scripsisse *Agatharchides*. Recteque adeo illum ad Regnum *Alexandri*, exuta matre, retulimus. Illum τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ κηδευκόσιν accenset [2] *Diodorus*.

§. 5. Et quidem initio *Alexandri* scripsit *Agatharchides* ann. *Varr*. 649, vel 650. Paulo ante *Artemidorum*.

Superest denique & alia nota, qua hujus Operis *tempus* adhuc *angustioribus* limitibus constringimus. Nempe ut non admodum diu post *initium Alexandri* hoc Opus Pupillo suo inscripserit *Agatharchides*. Scripsit enim de *Æthiopia* non solus *Agatharchides*, verumetiam *Artemidorus*, ut ostendit [3] *Diodorus*. Sed *priori* loco *Agatharchidem* idem recenset *Diodorus*. Non tamen è loci *ordine* hoc tantummodo colligimus. Hoc idem ipse docet [4] *Agatharchides*. Orbe in quatuor plagas Cardinales diviso, observavit de *Occidente Lycum* scripsisse & *Timæum*; de *Oriente Hecatæum* & *Basilim*; de *Septentrione Diophantum* atque *Demetrium*; τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, φορτικὸν, φησί, (inquit *Photius*) τὸ ἀληθὲς, ΗΜΕΙΣ. Cur ita, nisi quod *intactum* ab aliis Argumentum ipse prior occupavisset? Vix autem potuit *Agatharchidem* fallere *Artemidorus*, qui similiter in *Ægypto* vixit scripsitque ac ipse *Agatharchides*: qui Regum *Ægyptiorum* auspiciis sumtibusque itinera obierit tam *maritima*, quam *pedestria*. Hujus autem *tempus* docuit [5] *Marcianus Heracleota*: κατὰ τὴν ρξθ' Ὀλυμπιάδα γεγονώς. Cum *Cnidio Artemidoro* Geographum cognominem *Ephesium* confudit *Wendelinus*, quem sub *Augusto* vixisse credidit. *Primus* utplurimum *Olympiadis* annus ea forma designari solet, quæ *numerum* anni *Olympiadici* non apponit. Sic anno *Varr*. 650, vel 651, periplum ediderit *Artemidorus*. Proinde anno 649, vel 650, hoc Opus ediderit *Ptolemæi Alexandri* Tutor *Agatharchides*, nempe *Pupilli Alexandri* anno vel I°, vel II°.

1 *Joseph*. Ant. XIII. 23. p. 462. 2 *Diod*. L. III. 3 *Diod*. ib. 4 *Agatharchid*. p. 48. 5 *Marcian*. p. 65.

Antea ne quidem *potuit*, cum sub *Tutela* nondum ipse fuisset *Alexander*, saltem pro *Regno toto*. Imo adhuc ann. *Varr.* 649. *initio*, in Regni administratione erat ipsa *Cleopatra*. Rediit enim illa [1] è *Syria* in *Ægyptum* quo tempore major illius filius *Soter* è *Gaza* (ubi *hyemavit*) recessit in *Cyprum*. Ergo ante ann. *Varr.* 649, in *Tutelæ* officio ne quidem esse potuit *Agatharchides*, & quidem *affectum*. Itaque hoc Opus anno potius 650 fortassis exararit, paulo ante *Artemidorum*.

§. 6. Series accuratissima Successionis Regum *Ægyptiorum*, ab initio *Philometoris* ad finem *Cleopatræ*, è *Porphyrio*.

Pendent autem hæc quæ disputavimus de *Agatharchide* omnia à *temporibus* Regum *Ægyptiorum*. Damus ergo eorum seriem à temporibus *Philometoris*, sub quo prima *Agatharchidis* mentio est, accuratissimam. Damus autem è Fragmentis *Porphyrii* Philosophi, auro contra non caris, à *Scaligero* in *Græca Eusebiana* relatis. Docuit ille primum varias eorundem Regum *Ægyptiorum Epochas* ad rem *Chronologicam* plane necessarias. Hinc nempe discimus, non à decessorum *excessu* Regum annos plerunque esse numerandos, qui tamen error in *Chronologis hodiernis*, etiam *accuratissimis*, occurrit frequentissime. Hinc etiam discimus, ne quidem *eorundem* Regum annos semper sibi invicem fuisse *continuos*, sed ex intervallo alienorum Regnorum annis sæpe fuisse *interpolatos*. Hinc discimus annos Regibus *postea* fuisse attributos, quibus tamen extra patriam in *exsilio* egerint, potestate *Regia* exuti. Hinc porro discimus *coævorum* Regum *anni* quomodo invicem committendi sint. Facile autem prudentes intelligent quanto rei Historicæ damno hæc nescienda sint. Sed *annum*, fateor, pro rationibus *Porphyrii* adjecimus omissum in Canone *Astronomorum*, qui tamen vulgo habetur accuratissimus: nec sane, in aliis intervallis, immerito. Notis ergo è coæva *Historia* petitis annus ille muniendus erat, & tota adeo *Successio* ad finem *Cleopatræ* deducenda, ut ita constaret futurum, nisi *annus* ille interponatur, *hiatum*. Adjecimus autem *Ptolemæorum* etiam varia *cognomina*. Ut enim facile inter ipsos confusionem fecit commune omnibus nomen *Ptolemæi*; ita etiam quod *cognomina* eadem acceperint *Ptolemæi* invicem diversissimi. Sic factum, ut *temporis* nota omnium certissima sit, qua possint invicem secerni. Juvabunt tamen nonnunquam ipsa illa *cognomina* ut internoscantur. Malo autem ut ex *usu*, quam è mea *prædicatione*, dispositionis *Porphyrianæ* præstantiam intelligas.

1 *Joseph.* Ant. XIII. 21. p. 459.

U.C. Varr.	Seleucidar.	Olympiad.	Nabonass.	Philometoris ab init.				
573	131	$149\frac{3}{4}$	568	1				
574	132	149 4 / 150 1	569	2				
575	133	$150\frac{1}{2}$	570	3				
576	134	$150\frac{2}{3}$	571	4				
577	135	$150\frac{3}{4}$	572	5				
578	136	150 4 / 151 1	573	6				
579	137	$151\frac{1}{2}$	574	[a] 7				
580	138	$151\frac{2}{3}$	575	8				
581	139	$151\frac{3}{4}$	576	9				
582	140	151 4 / 152 1	577	10				
583	141	$152\frac{1}{2}$	578	[b] 11	Philom. cum fratre.	Euerg. ab init. cum fratre.		
584	142	$152\frac{2}{3}$	579	[c] 12	1	1		
585	143	$152\frac{3}{4}$	580	13	2	2		
[d] 586	144	152 4 / 153 1	581	14	3	3		
587	145	$153\frac{1}{2}$	582	15	4	4		
588	146	$153\frac{2}{3}$	583	16	5	5		
589	147	$153\frac{3}{4}$	584	17	6	6		
† 590	148	153 4 / 154 1	585	[e] 18	Philom. sol Regni possess.	7	Euerg. ab init. cum fratre.	Euerg. Libyæ & Cyrenes.
591	149	$154\frac{1}{2}$	586	19	18	Philom. restit. 1	8	1
592	150	$154\frac{2}{3}$	587	20	19	2	9	2
593	151	$154\frac{3}{4}$	588	21	20	3	10	3
594	152	154 4 / 155 1	589	22	21	4	11	4
595	153	$155\frac{1}{2}$	590	23	22	5	12	5
596	154	$155\frac{2}{3}$	591	24	23	6	13	6
597	155	$155\frac{3}{4}$	592	25	24	7	14	7

VI. Ptolemæus Philometor, *Ptolem.* Epiphanis *filius* major. VII. Euergetes 2. Philometoris frater, Epiphanis *filius* minor. *Alexandrinis* Cacergetes. *Etiam* Philologus *appellatus. Et* Physcon *Strab.* XVII. *& Joseph.* II. *contra Apion.*

† Hunc *annum* receptæ *Ægyptiorum* Chronologiæ inserendum esse probamus in *Notis.*

U. C *Varr.*	*Seleucidar.*	*Olympiad.*	*Nabonaß.*	*Philometoris ab initio*	*Philom. sol. regni posseß.*	*Philom. restituti*	*Euerg. ab initio cum fra.*	*Euerg. Libyæ & Cyrenes.*
598	156	155 4 156 1	593	26	25	8	15	8
599	157	156½	594	27	26	9	16	9
600	158	156⅔	595	28	27	10	17	10
601	159	156¾	596	29	28	11	18	11
602	160	156 4 157 1	597	30	29	12	19	12
603	161	157½	598	31	30	13	20	13
604	162	157⅔	599	32	31	14	21	14
605	163	157¾	600	33	32	15	22	15
606	164	157 4 158 1	601	34	33	16	23	16
607	165	158½	602	35	34	17	24	17
608	166	158⅔	603	f 36	35	18	25	18
				Euerg. II. Ægypti sol.	Euerg. ab init. cum fratre.	Euerg. Libyæ & Cyrenes.	ab initio Philometoris.	
609	167	158¾	604	1	26	19	37	
610	168	158 4 159 1	605	2	g 27	20	38	
611	169	159½	606	3	28	21	39	
612	170	159⅔	607	4	29	22	e 40	
613	171	159¾	608	5	30	23	41	
614	172	159 4 160 1	609	6	31	24	42	
615	173	160½	610	7	32	25	43	
616	174	160⅔	611	8	33	26	44	
617	175	160¾	612	9	34	27	45	
618	176	160 4 161 1	613	10	35	28	46	
619	177	161½	614	11	36	29	47	
620	178	161⅔	615	12	37	30	48	
621	179	161¾	616	13	h 38	31	49	

U. C. Varr.	Seleucidar	Olympiad	Nabonass.	Euerg. II Ægypti sol.	Euerg. ab initio cum fra.	Euerg. Libyæ & Cyrenes.	ab initio Philometoris.
622	180	161 4 / 162 1	617	14	39	32	50
623	181	$162\frac{1}{2}$	618	15	40	33	51
624	182	$162\frac{2}{3}$	619	16	41	34	52
625	183	$162\frac{3}{4}$	620	17	42	35	53
626	184	162 4 / 163 1	621	18	43	36	54
627	185	$163\frac{1}{2}$	622	19	44	37	55
628	186	$163\frac{2}{3}$	623	20	45	38	56
629	187	$163\frac{3}{4}$	624	21	46	39	57
630	188	163 4 / 164 1	625	22	47	40	58
631	189	$164\frac{1}{2}$	626	23	48	41	59
632	190	$164\frac{2}{3}$	627	24	49	42	60
633	191	$164\frac{3}{4}$	628	25	50	43	61
634	192	164 4 / 165 1	629	26	51	44	62
635	193	$165\frac{1}{2}$	630	27	52	45	63
636	194	$165\frac{2}{3}$	631	28	53	46	64
637	195	$165\frac{3}{4}$	632	29	54	47	65
				Soteris & Cleopatræ			
638	196	165 4 / 166 1	633	1			
639	197	$166\frac{1}{2}$	634	2			
640	198	$166\frac{2}{3}$	635	3	Alexandri.		
641	199	$166\frac{3}{4}$	636	4	1		
642	200	166 4 / 167 1	637	5	2		
643	201	$167\frac{1}{2}$	638	6	3		
644	202	$167\frac{2}{3}$	639	7	4		
645	203	$167\frac{3}{4}$	640	8	5		
646	204	167 4 / 168 1	641	9	6		

VIII. Ptolemæus Soter *Euerget.* Illi *ex* Cleopatrâ *fil.* major. *Item* Physcon, *&* Lathurus, *&* Pothinus, *&* Philometor.
Cleopatra *mater cum eo, &* uno anno *post illum.*
IX. Ptolemæus Alexander, *vel* Alexas.
Cleopatra *filia* Soteris, *uxor* Alexandri, *nupsit* Alexandro *filio* Alexandri, *ab eo post dies* XIX *occisa, qui ipse propterea mox interfectus est. Hunc* Româ *misit* Sulla.

U. C. Varr.	Seleucidar.	Olympiad.	Nabonass.	Soteris & Cleopatra.	Alexandri.	
647	205	$168\frac{1}{2}$	642	10	7	
648	206	$168\frac{2}{3}$	643	Cleopatræ. 11.	8	Alexandri solius
649	207	$168\frac{3}{4}$	644	ab initio Soteris. 12	9	1
650	208	168 4 / 169 1	645	13	10	2
651	209	$169\frac{1}{2}$	646	14	11	3
652	210	$169\frac{2}{3}$	647	15	12	4
653	211	$169\frac{3}{4}$	648	16	13	5
654	212	169 4 / 170 1	649	17	14	6
655	213	$170\frac{1}{2}$	650	18	15	7
656	214	$170\frac{2}{3}$	651	19	16	8
657	215	$170\frac{3}{4}$	652	20	17	9
658	216	170 4 / 171 1	653	21	18	10
659	217	$171\frac{1}{2}$	654	22	19	11
660	218	$171\frac{2}{3}$	655	23	20	12
661	219	$171\frac{3}{4}$	656	24	21	13
662	220	171 4 / 172 1	657	25	22	14
663	221	$172\frac{1}{2}$	658	26	23	15
664	222	$172\frac{2}{3}$	659	27	24	16
665	223	$172\frac{3}{4}$	660	28	25	17
666	224	172 4 / 173 1	661	29	26	18
667	225	$173\frac{1}{2}$	662	30	Soteris Regni possess. 11	Soteris à reditu. 1
668	226	$173\frac{2}{3}$	663	31	12	2
669	227	$173\frac{3}{4}$	664	32	13	3
670	228	173 4 / 174 1	665	33	14	4
671	229	$174\frac{1}{2}$	666	34	15	5

U. C. Varr.	Seleucidar.	Olympiad.	Nabonass.	Ab initio Soteris.	Soteris Regni possess.	Soteris a reditu.
672	230	$174\frac{2}{3}$	667	35	16	6
m 673	231	$174\frac{3}{4}$	668	36	17	n 7
				Dionysii.		
674	232	174 4 175 1	669	1		
675	233	$175\frac{1}{2}$	670	2		
676	234	$175\frac{2}{3}$	671	3		
677	235	$175\frac{3}{4}$	672	4		
678	236	175 4 176 1	673	5		
679	237	$176\frac{1}{2}$	674	6		
680	238	$176\frac{2}{3}$	675	7		
681	239	$176\frac{3}{4}$	676	8		
682	240	176 4 177 1	677	9		
683	241	$177\frac{1}{2}$	678	10		
684	242	$177\frac{2}{3}$	679	11		
685	243	$177\frac{3}{4}$	680	12		
686	244	177 4 178 1	681	13		
687	245	$178\frac{1}{2}$	682	14		
688	246	$178\frac{2}{3}$	683	15		
689	247	$178\frac{3}{4}$	684	16		
690	248	178 4 179 1	685	17		
691	249	$179\frac{1}{2}$	686	18		
692	250	$179\frac{2}{3}$	687	19		
693	251	$179\frac{3}{4}$	688	20		
694	252	179 4 180 1	689	21		
695	253	$180\frac{1}{2}$	690	22		
696	254	$180\frac{2}{3}$	691	23		

Ptolemæus Dionysus, *vel* νέος Διόνυσος, *filius* Soteris. *Idem* Auletes.

U. C. *Varr.*	*Seleucidar.*	*Olympiad.*	*Nabonass.*	*Dionysi.*	*Cleopatra & Berenic.*	
						Berenice solius.
697	255	180$\frac{3}{4}$	692	24	° 1	
698	256	180 4 / 181 1	693	25	2	1
699	257	181$\frac{1}{2}$	694	26	3	2
700	258	181$\frac{2}{3}$	695	27		
701	259	181$\frac{3}{4}$	696	28		
702	260	181 4 / 182 1	697	29		
				Cleopatrae.	Fratris majoris.	
703	261	182$\frac{1}{2}$	698	1	1	
704	262	182$\frac{2}{3}$	699	2	2	
705	263	182$\frac{3}{4}$	700	3	3	
706	264	182 4 / 183 1	701	4	4	
707	265	183$\frac{1}{2}$	702	5	Fratr. minoris. 1	
708	266	183$\frac{2}{3}$	703	6	2	
709	267	183$\frac{3}{4}$	704	7	3	
710	268	183 4 / 184 1	705	8	4	
711	269	184$\frac{1}{2}$	706	9		
712	270	184$\frac{2}{3}$	707	10		
713	271	184$\frac{3}{4}$	708	11		
714	272	184 4 / 185 1	709	12		
715	273	185$\frac{1}{2}$	710	13		
716	274	185$\frac{2}{3}$	711	14		
717	275	185$\frac{3}{4}$	712	15	Chalcidis &c. Cleopatrae.	
718	276	186 4 / 187 1	713	16	p 1	
719	277	187$\frac{1}{2}$	714	17	2	
720	278	187$\frac{2}{3}$	715	18	3	
721	279	187$\frac{3}{4}$	716	19	4	

Cleopatra *cum* fratribus.

U. C. Varr.	Seleucidar.	Olympiad.	Nabonass.	Cleopatra.	Chalcid. &c. Cleopatra.	
722	280	187 4 / 188 1	717	20	5	
723	281	188½	718	21	6	
724	282	188⅔	719	22	7	

Notæ ad Tabulas.

a VII^m *Philometoris* annum cum anno *Nabonassari* 574 labente committit *Ptolemaus* L. VI. Magn. Constr. c.5. Ex Eclipsi *Lunari Thamenoth* 27, seq. 28. Nempe *Maji Juliani* die 1°. Hinc situs hujus anni certissime stabilitur.

b Hoc anno questus est per Legatos *Antiochus Epiphanes* de Bello in se parato à Tutoribus *Ptolemai*. Nempe sub *Coss.* anni *Varr.* 583. *Liv.* XLII, 29. Cum non esset tuta mentio *Pacis* cum *Perseo*. *Polyb.* Legat. LXXII. Bello nimirum in *Perseum* nuper *decreto*. Itaque *ante* hunc annum prima ejus in *Ægyptum* Expeditio esse non potuit. Tum vero erat in *apparatu*. *Olymp.* CLII, I. ponit *Eusebius*. Certe post *Majum* Expeditio ipsa fuerit oportet. Tum enim adhuc annus erat *Ptolemai* XI^us. ut è prædicta *Eclipsi* constat. Itaque hoc anno, ut videtur, *exeunte*, *Philometori* diadema ademit *Antiochus*. Sequenti, ut videtur, *Euergetes* in eum *Rex* factus ab *Alexandrinis*, & *Philometor* ab iisdem restitutus, *sociusque* in *Regno* additus *Euergeta*. Videmus ergo quam hæc accurate conveniant cum rationibus, quas sequimur, *Porphyrii*, qui, post annum Regni XI^m. socium *Philometoris* in Regno fuisse tradit *Euergetem*.

c XII^us *Philometoris* idem I^us erat *Euergeta*. Nam à XII ad XVII *Concordes* erant in *Regno* fratres. Sic enim diserte *Grac Scaliger*. p. 68. Edit. *Amstel.* 1658. Proculdubio è *Porphyrio*, quanquam illo in loco *Porphyrii* ne quidem occurrat *nomen*. Inde corrigenda quæ habet alibi è *Porphyrio* nominatim advocato, p. 60. ἐχρημάτιζεν αὐτῷ Φιλομήτορος ιϛ'. Εὐεργέτου δὲ ἔτη Legendum fortassis, ut alibi correximus: Εὐεργέτου δὲ ϛ'. Nisi magis placeat: ιϛ'. Εὐεργέτου δὲ α'. quod male in ἔτη corruperit Librarius. Sic p. 68. Τῷ δεκάτῳ τοῦ Φιλομήτορος ἔτει πρῶτον ἔτος τοῦ Εὐεργέτου. Correctio facillima: Δωδεκάτῳ. Post hanc Expeditionem *Antiochus* anno *Seleucidarum* 143 Templum *Hierosolymitanum* prophanavit. 1 *Macc.* I. 19, 20, 21, &c. Pulsus nimirum ab *Alexandrinis*.

d Sub hujus anni *Varroniani Consulibus*, *Ægypto* (cum secundam Expeditionem meditaretur *Antiochus Epiphanes*) interdictus à *Popilio Lanate*, *Liv.* XLV. 11, 12.

e Post XVII^m *Philometoris* annum, qui VI^us erat *Euergeta*, pellitur ab *Euergeta Philometor*, fuitque adeo hoc anno *solus* in *Regno*, sine æmulo, *Euergetes*. Proximo anno restituitur *Philometor* à *Romanis*. *Grac. Scalig.* p. 68. Victo ergo in *Cypro Euergeta Philometor Libya* & *Cyrenes* Regnum concessit. Ipse autem *Philometor solus* in *Ægypto* regnavit per annos alios XVIII *Grac. Euseb. Scalig.* p. 60, 68 Nempe post annos XVII, quos egerat in Regno, *continuos*, & *annum* ab initio *Philometoris* XVIII^m. quo *exsulavit* ipse *Philometor*, solus autem in *Regno* fuit (ut dixi) *Euergetes*, ut constabit è dicendis Desideratur autem in Canone *Astronomorum* hic annus, vacillatque adeo Observationum *Astronomicarum* recentiorum fides, qua illas in Epocha *Nabonassarea* designatas legimus apud *Ptolemaum*. Jam certe diu ante nos observavit *Petavius Astronomorum* sub *Hadriano* & *Pio* Observationes uno anno, quam oportebat, antiquius in Æra *Nabonassarea* designari. Non quidem ita quin recte se habeant *intervalla*, si in Epocha ipsa *Nabonassarea* supputentur; sed quod annorum *Principum* situs

in ea Epocha uno anno *citius* æquo constituatur. Quod sane necesse erat, cum prædictus *annus* in *Canone* prætermitteretur, quo committebantur anni *Principum* cum numeris Epochæ *Nabonassareæ*. Similiter ergo erraric fortasse *Menelaus* Astronomus, qui cum anno *Nabonass.* 845 annum *Trajani* 1m commisit, qui erat potius cum anno *Nabonassareo* 846 fortasse committendus. Ita si dicamus, non erit necesse ut *Nerva* adhuc superstes *abdicarit*, aut *Trajani* annus 1us ante *Nervæ* mortem censitus fuerit, ut alibi existimavimus. Videant etiam Astronomi, annon hic idem annus omissus errores fecerit in calculis *Tarrutii* Astronomi de *conceptione* & *natali Romuli*, Urbisque *Romanæ* etiam *natali*. Vix enim est cur dubitemus, quin veras *Eclipses* designarit *Tarrutius*, quas tamen nullas in annis ab eo designatis *hodierni* reperiunt *Astronomi*. Vixit enim certe ipse *Varro*, atque adeo *Tarrutius*, postea quam hoc anno mutilaretur Canon *Astronomicus*. Itaque in hac omni *Chronologia*, quæ per Epocham *Nabonassaream* instituitur, utilis erit ad annos *Principum* explorandos *Canon*, semper ut meminerimus, *post* hunc, in quo versamur, *annum* omissum, annum Epochæ *Nabonassareæ addendum* esse, ut numeri per annos *Principum* collecti numeris Epochæ *Nabonassareæ* respondeant.

f XXXV duntaxat annos *Philometori* tribuunt plerique. Plane, ut in proximo legitur *Regni possessi* laterculo. Inter illos, *Canon*, quem dixi, *Astronomorum*. Imo his ipsis in locis *Porphyrius*. Et ne credatur error *Librariorum*, obstat, quod ex hoc numero (additis annis XXIX, quibus regnasse tradit *Euergetem*) summam annorum LXIV. oriri testatur, quæ fuerit in universum *utrique* tribuenda. Et tamen idem viceversa *Porphyrius* annum *Philometoris* memorat XXXVIm, & cum *Euergetæ* anno committit XXVo. Plane ut in Tabulis nostris hisce legitur. Imo Edictum ipsius memorat *Euergetæ* ut ita committerentur. Hoc enim docent, ni fallor, ejus illa verba: Τὸ γὰρ τριακοστὸν ἕκτον τοῦ Φιλομήτορος, δέον προσαγορεύεσθαι τῆς τούτου βασιλείας, πρῶτον αὐτὸς εἰκοστὸν πέμπτον ΠΡΟΣΕΞΕ γράφεσθαι. Fieri ergo vix potest ut hic errarit. Convenit porro accuratissime, quod idem addit, ex his XXV, (quos habuit cum *fratre* communes) cum XXIX aliis (quibus ipse, *post* fratris *excessum*, solus in *Ægypto* regnarit) summam conflari annorum LIV. quibus in universum regnarit à primo ejus communique cum *fratre* initio. Tam itaque certum est annos *Philometoris* XXXVI ab *Euergete* numeratos esse, quam & illud certum est, primum *Euergetis* initium à *fine* anni *fratris* XI cœpisse, ut XIIm Regni *fraterni* annum 1m ipse *sui* Regni annum numerarit. Imo è prædictis *Porphyrii* verbis, causa, ni fallor, manifesta est, cur ita præceperit *Euergetes*. Annus enim, quo, fratre superstite, *solus* fuerat in Regni *Ægyptiaci* possessione *Euergetes*, revera ad jus spectabat *Euergetis*, ut monet etiam hoc loco ipse *Porphyrius*. Nec enim aliud profecto nomen in illius anni συμβολαίοις lectum fuisse verisimile est. Hæc enim causa fuisse videtur cur annum illum *suo* Regno ne quidem ipse imputarit *Philometor*. Non imputasse exinde constat, quod post annos XVII, quibus in Regni *possessione* fuerat, ante annum illum quo *solus* Regnavit *Euergetes*, XVIII deinceps annos duntaxat numerarit *Philometor*, qui superioribus additi annos facerent in universum tantummodo XXXV, quibus regnarit ipse *Philometor*. Ergo annum ab *initio* suo XIXm ipse tamen *Regni* sui numeraverat duntaxat XVIIIm. atque ita numerandum *præceperat* *Philometor* in Regni denuo redintegrati συμβολαίοις. Et sic in reliquis ad eundem modum. Ita factum ut ultimum Regni sui annum tantummodo XXXVm ipse numerarit. Potuit ergo de jure *Euergetes* annum illum à decessore suo sibi relictum sibi imputare, ut *primum* à fratris *morte* annum *secundum* numeraret. Imo revera *sibi* imputavit. Non quidem ita, ut *primum* à fratris obitu *secundum* appellarit. Nec enim tum receptum est, ut qui olim sub *decessore* Reges appellati fuerant *novam* aliam à collegarum *exitu* Epocham inchoarent. Imo receptum, ut numerum annorum sub decessore *cœptum*, pariter, exstincto decessore, *continuarent*. Sic autem certe fecit *Euergetes*. Nam &

& illum quoque annum, quem *solus* tenuerat *vivente* fratre *Philometore*, ipse sibi accensuit, cum annum à fratris initio XXXVI^{m}, *suum* numerarit XXV^{m}. Sic enim nullum prorsus ab XI° fratris hiatum agnovit, unde ipsum *exordium* duxisse vidimus. Jus tamen aliquod suum in fratris honorem ab eo remissum innuit *Porphyrius*. Sed quodnam illud fuerit, age, videamus. Non quidem illud quod verba, qualia hodie leguntur, videntur innuere. Non in eo sitam esse gratiam, quod *Philometoris* annum XXXVI^{m}, *suum* ipse XXV^{m} numerarit. Sed viceversa potius in eo, quod *suum* annum XXV^{m}, *Philometoris* XXXVI^{m} appellandum edixerit. Hoc enim πρῶτον *Euergeten* edixisse docet *Porphyrius*. Nempe quod, cum annum quem XXXV^{m} numeraverat *Philometor*, ipse nihilominus *Philometoris* XXXVI^{m} numeraret, annum qui *sui* fuisset solius, *Philometori* etiam imputasset. Et quod *primus* hoc fecisset *Euergetes*, cum priorem ejusdem anni *partem*, qua superstes fuerat *Philometor*, XXXV° ejus anno accensuissent *Acta Publica*, aliaque id genus *monumenta*. Sic enim factum, ut sub *Euergete* cœperit mos ille annum eundem *Philometoris* XXXVI^{m} numerandi. Meruerat autem hanc gratiam à fratre *Philometor*, quod, pro *modestia* sua, à *fratris* anno sibi vendicando temperasset, dum ipse rerum (fratre quantumlibet invito) potiretur: & quod *victor* fratri *Pacem* adeo *honorificam* concessisset. Sed vero anni ab *initio* suo XXXVII *partem* saltem aliquam *Philometorem* attigisse certum est. Nam certe *Demetrius*, quem *Regem* fecerat moribundus *Philometor*, ab anno *Seleucidarum* cœpisse dicitur CLXVII^{o}. 1 *Macc*. xi. 19. Qua nempe anni illi, in *priori* illo Libro *Maccabaïco*, inire censentur à *Xanthico*, qui mensi *Attico Munychioni* fere respondebat, in Cyclo jam *Calippico*. Nam *ante* mensem illum anni *Varr*, 608, nondum vel cœperat annus ille *Seleucidarum* quo cecidit *Philometor*. Et tamen his quoque fortasse *temporibus*, vel paulo *junioribus*, desiit mos antiquus annos *Ægyptiorum* Regum à *Thoth* censendi, aut ab uno aliquo alio *anni exordio*. Sex enim quibus regnaverat, præter annos integros, *menses Ptolemæo Soteri* attributos docet *Porphyrius*, anno *Varr*. 673. Itaque *Philometori pars* illa saltem anni ab *initio* XXXVI^{i}, quam tenuit, assignanda erat; imo annus *integer*, pro norma illa quæ annos *integros* iisdem tribuebat, qui *Thoth* saltem *ineunte* in Regni *possessione* fuerant. Facile autem erat, ut *annus* ille, quem ne quidem ipse suis rationibus accensuerat *Philometor*, nec ad numerum spectabat annorum, quibus, *post* fratris *obitum*, tenuerat *Euergetes* (quorum *solorum* rationem habebant Chronologi *juniores*) penitus è Regis *utriusque* rationibus excideret. *Verum* autem fuisse annum, non ea modo quæ diximus, sed quæ etiam postea *dicemus*, ostendent.

g Hic est, ut puto, annus *Euergetis* XXVII^{us}, cujus mentio in monumento *Adulitano*. Nec enim tot annos regnavit *prior Euergetes*. Nec habuit (quod quidem docet *Porphyrius*, aliusve Veterum quisquam) annos cum *decessore* communes.

h Si quidem annus XXXVIII^{us}, quo venit in *Ægyptum Siracides*, (teste ipso in *Ecclesiastici* Prologo) idem fuerit *Euergetis* ipsius XXXVIII^{us}, hunc annum esse quem designarit, equidem existimarem. Et ab hoc ipso *Euergete* illud fuisse proinde *periculum* cujus ipse meminit *Siracides* Cap. LI. 7, 8, 9. *à Rege iniquo, & a lingua injusta*. Convenit enim certe cum hujus *Euergetis* moribus. De eo ita *Diodorus*: Πολλοὺς περιέβαλλε φαύδοις ὡς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ τοὺς μὲν ἀνῄρει, τοὺς δὲ συκοφαντίαις φυγαδεύσας, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀφαιρούμενος. *Græc. Euseb. Scalig* p. 68. Et Excerpt. *Porphyrogeneta è Diodoro Vales*. p. 350, 353, 354. Inde *Cacergetem* eundem appellabant *Alexandrini*, teste *Athenæo* XII. 27. Hæc ergo si vera sit *Siracidis* Interpretatio, constabit inde, jam illo quoque ipsius *Euergetæ* Seculo morem obtinuisse, ut anni ejus, non ab eo tempore, quo fratri *successerit*, numerarentur, sed ab eo quo primum factus est fratris in Regno *collega*. Sed verba *Siracidis* ἐπὶ Εὐεργέτου alibi aliter interpretati sumus, non ut *annum* ipsius *Euergetæ* XXXVIII^{m} designarent, sed ut anni potius ab initio

* L *Phila-*

Philadelphi xxxviii[i] *partem* illam quæ in *Euergetæ* prioris tempus incidit. Itaque ut minus valida illa è *Siracide* procederet Argumentatio, saltem ex *Edicto* ipsius *Euergetæ* idem colligere licebit, quo præcepit ut annus suus xxv^us idem numeraretur fratris xxxvi^us, nempe in συμβολαίοις. Hic enim *Regni* sui Epocham, non à *successione* deduxit, etiam *posteaquam* successisset, sed à priori illo communique cum *fratre* exordio. Hinc ergo apparet, quantum fuerint aberraturi, siqui annos Regum *Ægyptiorum* in *coævis* monumentis designatos à *decessorum* obitu supputarent, quod faciunt hodierni Chronologi. Apparet etiam quantum debeat egregiis hisce *Porphyrii* fragmentis res literaria Chronologica *Ægypti*. Quippe sine quibus fuisset ut *concurrentia* cum *decessoribus* annos plane nesciremus, & *incerta* adeo fuisset per *annos* Regum *Ægyptiorum* temporis designatio.

i Hoc *Soteris* anno frater Soteris *Alexander* Rex *Cypri* factus est. Cœpit cum *Sotere* mater *Cleopatra*. Ita factum ut annus *Cleopatræ* xi^us idem fuerit *Alexandri* viii^us. Accurate pro rationibus *Porphyrii*.

k Hujus anni *situm* è *Josepho* colligimus: plane talem, qualis esse debuit pro rationibus *Porphyrii* à nobis explicatis. Post pulsum *Soterem* unico *anno* regnavit *Cleopatra*. Reliquos enim annos xviii tenuit *Alexander* in regno *solus*. Ita scilicet, ut tamen annum, quo periit, xix^m idem numeret *Porphyrius*. Nempe à fratris *exsilio*, accensito etiam anno illo matris *unico*. Præfuit autem *Ægypto Cleopatra* initio *Alexandri Judæorum* Regis, cum ille *Ptolemaïdem* obsideret. *Ptolemaïdensibus* enim suppetias tulit exsul *Ægypto Soter*, jam regnans in *Cypro*, quem *Lathurum* appellat *Josephus*. Ant. xiii, 20. Et vicissim *Alexandro Judæorum* Regi subvenit in filium *Cleopatra*, ibid. c. 21. Satis accurate. Successit *Hyrcanus* junior *Olymp.* clxxvii, 3. sub *Coss.* anni *Varr.* 685. *Joseph.* Ant. xiv, 1. Regnavitque *Alexander* ipse ann. xxvii. Ant. xiii, 23. *Alexandra* autem *Alexandri* uxor ann. ix. Ant. xiii, 24. ante initium *Hyrcani*. Hi duo numeri invicem juncti annos faciunt xxxvi, seu *Olympiadas* ix. Demantur ergo *Olympiades* ix è numero *Olympiadum*: reliquus erit annus *Olymp.* clxviii^æ, 3us, quo successerit *Alexander*. Demantur rursus ex Epocha *Varroniana* anni xxxvi. Ita successerit *Alexander* anno *Varr.* 649. Poterant quidem in prædicta summa pauci redundare *menses*, qui effecerint ut successerit *Alexander Olymp.* clxviii^æ, 3[i] anni *parte* ea quæ anno *Varr.* 648 potius responderit. Vix potuit *annus* deesse *integer*, ut anno *Varr.* 647°, *Olymp.* clxviii^æ, 2°, saltem succederet *Alexander*. Quod tamen necessarium erat, si prædictus annus *Varr.* 590 è Regum *Alexandrinorum* successione excluderetur. Hinc ergo rursus colligimus, recte à nobis illum annum receptæ *Ægyptiorum* Chronologiæ, etiam *Astronomorum*, esse restitutum. Tenuit autem anni *Varr.* 649 etiam initio *Cleopatra*. Pulsus enim à *Cleopatra* ducibus è *Calosyria Soter Gaza hyemavit*. Inde in *Cyprum* recessit. Nec tamen ante *recessum* illius videtur in *Ægyptum* rediisse *Cleopatra*, *Joseph.* xiii, 21. Non tamen obstabat pars illa anni *sequentis* qua Regni possessionem tenuit *Cleopatra*, quo minus anni *integri* χρηματισμὸν retinuerit *solus Alexander*.

l Ultimi hujus *Alexandri* anni situm, pro mente *Porphyrii*, verum esse docet, quod eum cum anno à *primo* ejus initio (quod iv° fratris anno cœpisse vidimus) xxvi^m numerarit ipse *Porphyrius*. Recte ergo annos ejus xviii cum numero annorum xix, quem habet alibi *Porphyrius*, conciliavimus.

m Sic loquitur *Porphyrius*, quasi *Soter* post mortem fratris *Alexandri* vii *annos*, & vi præterea *menses* implevisset. Inde alii qui justos duntaxat *annos* numerabant, annos eidem post *reditum* viii tribuunt. Quasi nimirum ad annum spectarent viii^m supervacui illi *menses*. Habet tamen alia *Porphyrius* quæ ad annum potius vii^m, *menses* illos referendos esse suadeant. Spatium universum à *Patris* obitu ad obitum *Soteris* concludit numero λϛ' ἐνιαυτῶν πρὸς μησὶν ἕξ. Rursus postea *sex* alios *menses* memorat Successori tribuendos, el συνεπλήρωσαν τὰ τεσσαράκοντα ἓξ ἔτη. Iterumque ait, τοὺς πάντας [χρόνους scilicet]

τὰ

τὰ ἓξ καὶ τεσσαράκοντα τῷ πρεσβυτέρῳ προσνέμοντι. Et tamen *Soteris* ipsius recenset. κατὰ διαφόρους χρόνους, δεκαεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας ἕξ. Pro *prioribus* nempe rationibus. Fieri potest, ut in primi *Soteris* decennii *fine* hi fuerint numerandi *menses*, spectarintque ad annum *Cleopatra* xi^m. Ita fieret, ut in *sequentem* annum protrudendus esset ille *Cleopatra* annus, quod è *Josepho* jam probavimus fuisse verissimum. Utcunque tamen xxxvi annos in *universum* numerandos esse, pro mente *Porphyrii*, sane manifestum est: seu *redundarint* in annorum numero *menses* illi, seu etiam *defecerint*. Recte ergo habent *Tabulæ*. *Defecisse* autem potius indicat, quod paulo postea in Græcis *Eusebianis Soteri* ἔτη ις΄, μῆνας ς΄, habet *Scaliger*; si quidem illud etiam hauserit ex iisdem hisce *Porphyrii* rationibus.

n Et hujus quoque anni *situm* habemus exploratum. Ipsum quoque talem qualem postulant nostræ hæ, quæ ad *Porphyrii* rationes exiguntur, *Tabulæ*. Missus enim est à Sulla *Alexander Alexandri* prædicti filius dierum xix duntaxat Princeps. τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείας ἀνδρῶν ἐρήμου γενομένης. Utique post mortem *Soteris*. Regni gubernacula tenente *filia* Soteris *Cleopatra*. Eodem proinde *anno* quo è vivis *Soter* ipse *decesserat*. Non *anno* certe alio, cum ne quidem *menses*, qui deerant ad *Soteris* annos absolvendos, his (propter Regni brevitatem) attributos esse testetur ipse *Porphyrius*. Eo autem *anno* missum à *Roma Alexandrum* tradit *Appianus*, qui ii^m *Sulla Consulatum*, quo collegam habuit *Q. Cæcilium Metellum Pium*, proxime *præcessit*. Is autem non alius est quam *Varronianus* 673, cum quo *Soteris* annum *ultimum* nectunt proinde rectissime nostræ *Tabulæ*. Convenit Chronicon *Eusebianum*, quo *Dionysii* initium *Olymp.* clxxiv, 4 assignatur. Concurrit annus ille *Olympiadis* cum *posteriori* parte prædicti anni *Varroniani* 673, ut è nostris *Tabulis* manifestum est. Et ad illam ipsam anni *Varroniani partem* rejici necesse erat propter *sex* illos *menses*, quos dixi, addititios. Siquid ergo in Chronici *Eusebiani* dispositione *sanum* sit, hoc ita se habere verisimillimum est. Habuit ergo, ut videtur, *Eusebius* Auctores *Græcos*, qui *Ptolemæi Dionysii* introitum ad prædictum *Olympiadis* prædictæ *annum* retulerint. Hinc autem rursus apparet, *annum* illum, quem nos postliminio restituimus, plane esse *necessarium*.

o Triennio regnasse *Dionysii* filias, *Cleopatram*, (quæ etiam *Tryphæna* appellabatur) & *Beronicen*, docet *Porphyrius*. Ita scilicet, ut *ambæ primo* anno regnarint; deinde, exstincta *Cleopatra*, per biennium sola *Beronice*. *Situs* hujus *triennii* è Fastis *Consularibus* certus est. Nam sub *Coss.* anni *Varr.* 697 *Romam* venit *Ptolemæus*. Sub *Coss.* autem anni *Varr.* 699 reductus est in Regnum à *Gabinio*.

p Nova hæc *Cleopatra* Epocha inivit ann. *Varr.* 718, teste *Dione*. Tum enim multa data *Cleopatræ*. Convenitque examussim cum rationibus *Porphyrii*. Nullus autem hic *deficit redundatve* annus usque ad ann. *Varr.* 724, quo certum est *exstinctam* fuisse in *Cleopatra* stirpem *Ptolemæorum*. Hinc ergo rursus apparet *annum* à nobis restauratum receptæ *Ægyptiorum* Chronologiæ addendum esse.

Unum est fortasse quod in his rationibus *dubium* videri possit. *Mors* enim *Ptolemæi Dionysii* hic refertur ad annum Æræ *Varronianæ* 702. *Cœlius* autem in Epist. ad *Ciceron.* Famil. L. VIII. 4. ad annum refert 703. Scripsit enim Epistolam illam postquam factus esset *Consul C. Marcellus*, & cum adhuc *designatus* esset *Consul Paullus*. Ambo scilicet in annum sequentem *Varron.* 704. Ergo certe anno *Varr.* 703. Et tamen Kalendis *Sextilibus*. Tum scribit *nunciatum, & pro certo jam haberi, Regem Alexandrinum esse mortuum*. Ipso proinde illo, ut videtur, *anno*. Convenitque quod multi *Ptolemæo Dionysio* annos tribuant xxx. Sic enim eveniret ut hoc ipso, quem dixi, anno *Varroniano* 703 decesserit. Nec pugnat illud fortasse cum numero *Porphyrii*, si quidem *primus* ille annus Principis fuerit *damnati*, quique adeo postea, acto illo in *exsilium*, ad *Dionysii* rationes accesserit. Ita *Philometoris* rationibus accessit annus ille *unicus* quo *solus* in Regno fuerat *Euergetes* ii^{us}. Ita & *Soteris* ii^i

 calculos

calculos auxerunt anni *Cleopatræ Alexandrique* XIX, ut eundem *Porphyrium*, cui hæc debemus omnia, agnovisse vidimus. Et quidem erat post *Alexandrum* IIm alius quisquam *suspectorum* natalium *Ptolemæus Cocces* filius, non *Cleopatræ*. Hic si *annum* à morte *Soteris* impleverit, quem non implevit *Cleopatra Soteris* filia cum viro suo *Alexandro* IIo, teste *Porphyrio*; sic omnia convenient satis accurate. Nam & *suo* jure XXIX annos absolverit *Dionysius*; &, damnati hujus *Ptolemæi* anno addito, XXX. Male enim colligunt eruditi annos XVI illum exegisse in Regno *Alexandrino*, quod post annum demum à *Soteris* morte XVIm *Tyri* sit mortuus. Regnum enim ejus *brevissimum* fuisse docent Auctores. Εχπιστὸν οὐθὺς, inquit *Strabo* L. XVII p. 794. Sic autem annus *majoris Cleopatræ* fratris IVus ultimusque in annum *Varr.* 707 conveniet rectissime. Periit enim Bello *Alexandrino Ptolemæus* ille, quod ipso illo anno gessit *Cæsar*. *Alexandriam* enim *recepisse Mart.* XXVII traditur *Cæsar* in *Kalendario veteri Gruter.* CXXXIII. Quod hoc demum Bello *profligato* factum. Et *finem* Bello posuit prælium illud quo cecidit *Ptolemæus*. Melius ergo hæc cum *Dionysii* filiique *majoris* morte fortasse convenient. Sic autem fieri non potuerit ut annum Regni XXIIm *Cleopatra* absolverit. Utra autem ex his rationibus magis placeat, penes *Lectorem* esto judicium. Sunt enim hæc quoque minime spernenda.

DISSER-

DISSERTATIO QUARTA.

De *ætate* Peripli Maris *Erythræi*, ejuſdemque *Auctore*.

§. 1. Salmaſius ipſe, in hac cauſa, dubius.

Ætatem hujus Scripti primus, ut puto, in dubium vocavit *Salmaſius*. Sic tamen ille, magis ut rationes *dubitandi* ſuppeditarit, quam quicquam certo *ſtatuendi*. Nunc enim Vir Maximus *Plinio majori* coævum fuiſſe cenſuit, quod *Reges* in *India* illos memorarit, quos *ſibi* coævos credidit ipſum agnoviſſe *Plinium*. Nunc viceverſa *aliam* Peripli ætatem fuiſſe ſuſpicatur, hoc fretus Argumento: Quod *Muzirin Indiæ* portum mercimoniis celebrem fuiſſe tradat Auctor *Peripli* verbis [1] diſertiſſimis; quem contra *nec mercibus abundaſſe*, *nec propter vicinos Piratas expetendum*, ſua ætate docet fuiſſe [2] *Plinius*. Eſt etiam alibi, ubi adhuc *Plinio antiquiorem* fuiſſe ſuſpicatur hunc Auctorem: imo *Auguſti* potius temporibus admovendum. Nempe quia cladis meminit *Arabiæ felici* à *Cæſare* illatæ. Et quidem paulo ante ſuam *ætatem*. Sic enim [3] loquitur: οὐ πρὸ πολλοῦ τῶν ἡμετέρων χρόνων. Hanc autem cladem ad *Auguſti* tempora retulit *Salmaſius*. Hæc tanti Viri *fluctuatio* vel ſola ſatis erat Argumenti, in quo verſabatur, difficultati prodendæ, ne facile nova hæc illius ſententia Eruditorum ſuffragia obtineret. Et tamen placuit Magno [4] *Gerardo Voſſio*. Placuit item *Salmaſii* æmulo Cl. [5] *Harduino*. Videamus ergo, rectene à ſententia recepta deceſſerit *Salmaſius*. Quod tamen, ſalvo Viri in his literis meritiſſimi honore faciendum.

§. 2. Trajano junior erat hujus Scripti Auctor.

Poſſeſſoris certe cauſam, donec evincatur, meliorem agnoſcunt *Juriſconſulti*. Is autem *Arrianus* erat, ſi fides hodiernis *Librariis*. Maxime vero Poſſeſſori favendum, ſi *Scripti* ipſius notæ magis *Arriani* tempora videbuntur deſignare, quam *Plinii*, nedum *Auguſti*. Idque ſane veriſſimum eſt. Hoc ex illo ipſo loco colligi poſſe arbitror, è quo contrarium elicuit *Salmaſius*. Nempe quod paulo *ante* Scriptoris ætatem, *Arabiæ felicis* Emporium

1 Ἡ δὲ Μούζιρις βασιλείας μὲν τῆς αὐτῆς, ἀκμάζουσα δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις πλοίοις καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς. Peripli Mar. *Erythr.* p. 30. 2 *Plin.* N.H.VI.23. 3 Peripl. p. 15. 4 *Voſſ.* Hiſt. Græc. L. II. c. 7. fin. 5 Ad loc. *Plin.* VI.23.

flore n-

florentiſſimum (quod ipſum quoque Arabiæ felicis nomine veniebat) *Cæſar* devaſtarit. Nec enim erat ullus, ſub *Auguſto*, *Cæſar*, de quo hoc vere Auctor potuerit affirmare. Erat quidem in *Oriente Tiberius*, ſed nondum *Cæſar*. Erat & filius Auguſti *Cæſar Caius*. Sed nec ille res geſſit in *Arabia*. Teſtem habemus exceptione majorem ipſum [1] Plinium. *Nam C. Cæſar Auguſti filius proſpexit tantum* (inquit) *Arabiam*. Addit in eandem ſententiam verbis proxime præcedentibus: *Romana autem arma ſolus in eam terram adhuc intulit Ælius Gallus ex Equeſtri Ordine*. *Ælium* illum *Largum* appellat *Dio Caſſius*, annumque docet, quo Expeditionem illam ſuſceperit, *Varr.* ſcil. 730. Si quidem is *Romanorum ſolus* fuerit qui *Romana arma* in *Arabiam* intulerit; ſi *adhuc* nemo præterea alius: Quis, quæſo, potuit eſſe *Cæſar* qui ante *Plinium Arabiam* devaſtarit? Si nemo ante *Plinium* hoc fecit *Cæſar*; non potuit certe *Plinio* coævus Auctor ita ſcribere, paulo ante *ſua* tempora *Cæſarem* in *Arabiam* penetraſſe, & nobiliſſimum illud *Arabiæ* Emporium evertiſſe. Nequeunt ergo ambo illa in unum eundemque Scriptorem convenire, quod voluit *Salmaſius*. Poſtea *Cæſar* alius, ante *Trajanum*, nullus eſt, de quo ſuſpicio ulla eſſe poſſit de armis in *Arabiam* illatis. Huic autem *Arabiam* in *Provinciæ* formam redactam *Numi* gratulantur (ut alibi [2] oſtendimus) etiam *Hiſtorici*. Hic idem claſſem in *Rubro Mari* inſtituit, quod non ita facile fuiſſet niſi occupata *utraque* illius Maris *ripa*. Is autem facile id conſequi potuit qui *Euphratem* conſtituit Imperii *Romani limitem*. Suntque præterea alia in hoc eodem *Periplo*, quæ aliò nequeant, quam ad has *Trajani* in *Arabia felici* victorias, commode referri. Ait Auctor in [3] Λευκῆ κώμῃ, qua patebat aditus ad *Petram*, & ad *Malicham* Regem *Nabatæorum*, præſidium fuiſſe *Centurionis* cum ςρατεύμα- tam *cuſtodiæ* cauſa, quam quartæ partis *mercium*, quæ importarentur, accipiendæ. Apte hæc poſteaquam *claſſem* in *Mari Rubro* inſtruxiſſet *Trajanus*, *Arabiaſque* ipſas in Populi *Romani* poteſtatem redegiſſet. Potuit enim *aditus* tenere præſidio *Hadrianus*, cum *Regiones* tamen ipſas præſidiis liberaſſet. Memorat idem *Peripli* Auctor Regem τῆς πρώτης γινομένης Ἀραβίας. Partitionem illam Provinciarum cognominum in *primas ſecundaſque* in *Romani* Imperii *Notitiis* frequentiſſimam fuiſſe conſtat. *Barbaris* morem eundem fuiſſe nihil eſt, quod ſciam, quod evincat. Imo rem ſe ita habuiſſe docet *Feſtus Rufus* in Breviario. Sub *Trajano* enim demum teſtatur *Syrias & Arabias Provincias* eſſe *factas*. Loquitur autem de *primis* Provinciarum victoribus. Sed vero numero *plurali* has Provincias deſignavit, cum reliquas (quæ

[1] *Plin.* N. H. VI. 28. [2] Præl. *Camd.* IV. ad *Spart. Hadr.* §. 10. [3] *Peripl. Mar. Erythr.* p. 15.

ſingul

singulæ erant) numero designaret tantummodo *singulari*. Erant ergo (etiam Imperante *Trajano*) Provinciæ in *Arabia* una *plures*. Hinc manifestum est Auctorem nostrum (quicunque demum is fuerit) *Trajano* certe fuisse *juniorem*.

Ego ne quidem *natum* fuisse suspicor, cum *Arabias* in Populi *Romani* potestatem redigeret *Trajanus*. Hoc, ni fallor, innuit, cum ait illam *Trajani* Expeditionem fuisse ὀ πρὸ πολλοῦ τ̃ ἡμετέρων χρόνων. *Antiquiorem*, scilicet, fuisse saltem innuit quæ non *multo* fuerit *antiquior*. Qui enim ὀ πρὸ πολλοῦ fuisse dicit, is πρὸ ὀλίγου eam fuisse confitetur. *Sua* autem *tempora*, quà *Patrum Avorumque temporibus* opponi solent, à Scriptoris Natali plerunque censeri alibi [1] ostendimus. Ita *diu* ante tempora *Hadriani* ne quidem *nasci* potuerit Auctor *Peripli* Maris *Erythræi*. Fine enim *Trajani* (anno nimirum Æræ nostræ *Christianæ* receptæ CXIII) erat ejus illa in *Arabiam* Expeditio, ut in [2] Prælectionibus *Camdenianis* evicimus. Itaque *post* illum demum *annum* natus fuerit oportet noster Auctor. Convenit, quod *Azaniam* in [3] *Æthiopia* κατά τι δίκαιον ἀρχαῖον βασιλείας τ̃ πρώτης γινομένης Αραβίας subjectam *Mapharitæ* tyranno paruisse scribit, qui *Muzanis* illam tributariam concesserat. Erat ergo *Arabia prima* quæ *Mapharitis* hic appellatur, & *tyrannus* idem qui alibi [4] *Cholebus*. Jus hoc in loco censetur *antiquum*, quod tunc ortum habuerit, cum Provinciis *Romanis* accenseretur *Arabia*: sub *Trajano* scilicet *exeunte* natum, aut *ineunte Hadriano*. Et quidem hoc magis *Argumento*, quam *stylo*, mihi fateor esse suspectum, ne fuerit hujus Scripti Auctor *Arrianus*. *Stylum* enim ipse *Arrianus*, (& quidem dedita opera) diversissimum adhibuit in *Epicteteis* (quo propius ipsum imitaretur *Epictetum*) ab eo quo usus est in rebus *Alexandri* M. enarrandis. Poterat ergo & in hoc Opere, è variis *Periplis* collecto, stylum, certo aliquo consilio, variare. Sed paulo *senior* nostro fuisse videtur *Arrianus*. Vixit, teste *Suida*, *Hadriani*, *Marci* & *Antonini* temporibus. *Antonini* autem nomine, *Pium*, ni fallor, intellexit, cum quo *Tribunitiæ Potestatis Imperiique* particeps factus est *Marcus*. Sed sub *Hadriano* scripsit *Tactica*. Anno illius Principis XX° eidem *Hadriano* Ponti *Euxini* Periplum dicavit *Arrianus*: & quidem superstitibus etiamnum *Regibus* plerisque à *Trajano* datis: imo *Trajano Hadriano*, quod nomen *initio* præsertim Imperii usurpavit *Hadrianus*, nuper à *Trajano adoptatus*. Et rei *gerendæ* occasionem nunciat, cum nondum innotuisset animus *Hadriani* à *Bello* alienus. Conveniebant hæc *Hadriani* potissimum *initio*, quo tem-

§. 3. Ne quidem *natus*, cum *Arabiam* subjugaret *Trajanus*. Proinde *Arriano* junior.

1 Diss. III. ad *Iren.* §. 3, 4. 2 Præl. XV. §. 6. 3 *Peripl.* p. 10. 4 *Peripl.* p. 13

pore *honorem* aliquem gessit *Arrianus* huic *Periplo* ipse præfectus. Nostro proinde ætate *major*. Nec sane *diu* post *Hadriani initium* superesse potuit *Epictetus*, quem tamen audivit *Arrianus*, ipse ab eo nomen consecutus *Epictetei*. *Editas* certe ab *Arriano Epicteti Dissertationes* advocat aliquoties *Gellius*, imo, apud *Gellium*, seniores Gellio *Philosophi*, cum tamen *Pii fine* scriberet ipse *Gellius*. *Marcus* sibi gratulatur de *Libris Epicteti* sibi à *Junio Rustico* ostensis. Ipsum *Epictetum* si vidisset, multo magis gratulaturus. Tam longe abest ut *Marci tempora* attigerit ipse *Epictetus*, quod tamen verum credidit *Themistius*. Alium ergo fuisse verisimillimum est Auctorem nostrum ab *Arriano*, & quidem *Arriano juniorem*. Et certe aliam à *Pliniana* ætatem ejus observavit ipse *Salmasius*. Ex eo nimirum, quod *parum* frequens fuerit mercimoniis *Muziris*, ætate *Plinii*; quibus tamen *floruerit*, cum scriberet noster *Periplum* Maris *Erythræi*. Domitos enim eo spatio *Piratas* fuisse verisimile est præsidiis quibus instruebantur naves Mercatoriæ. Ab illis enim maximus imminebat metus. Sed *recentioris* hoc ætatis, magis quam *antiquioris*, fuisse magis consentaneum est.

§. 4. *Scripsit* noster, ut videtur, sub *Marco* & *Vero*.

Age autem, ætatem hujus *Scripti*, *Auctorisque*, exploremus adhuc accuratius. Memorat noster in *Arabia* Regem *Charibaëlem Homeritarum* atque [1] *Sabaïtarum*, συνεχέσι πρεσβείαις καὶ δώροις φίλον τῶν Αὐτοκρατόρων. Innuere videtur plures fuisse, cum hæc commentaretur, Romanorum Αὐτοκράτορας. Hæc, si vera sit, Observatio tempora designabit *Augustorum* Fratrum *Antoninorum*, *Marci* atque *Lucii*, in ipsa *Augustea* dignitate pene *parium*. Vix enim hæc ad *Cæsaream Marci* cum *Pio* Potestatem referri poterant; qui *Cæsar* quidem, & *Augusti Filius*, in *Numis* appellari solet; non autem Αὐτοκράτωρ, sive *Imperator*. Qui autem post annum Ær. *Chr.* CXIII *natus* est, is anno ejusdem Æræ CLXI° (quo successit cum Fratre *Lucius*) annum ætatis XLVIII^{m} *superare* non potuit. Potuit esse *junior*. Itaque cum hujus Auctoris *ætate* optime convenit nota illa *plurium Augustorum*. Tum etiam convenientissimum erat, ut Amicitiam suam *continuis Legationibus donisque* profiteretur *Charibaël*, dum Bellum *Parthicum* gereret in Oriente *Verus*, ne, Bello pendente, dubius videretur. Itaque ante annum CLXVI (quo rediit ad Triumphum Imperator) continuo *Belli* Quinquennio continuæ illæ fuerint *Charibaëlis legationes*. Nec multo fortasse postea collegerit hic Auctor suum *Maris Erythræi Periplum*. [2] *Parthos* certe adhuc *Indiæ* Dominos agnoscit, quos tamen *Persæi* ejecerunt paulo ante tempora *Alexandri* Imperatoris.

1 Peripl. p. 13. 2 Peripl. p. 22.

Videamus

§. 5. Non potuit Augustus ille fuisse Cæsar, cujus meminit Auctor Peripli.

Videamus jam quibus Argumentis contrariam nobis sententiam tueatur Cl. *Salmasius*. Nempe in Tabula *Peutingerana Templum Augusti* observavit in *Scythia*, ut putat, *Limyrica*. Inde *Augustum Cæsarem* fuisse colligit, cujus noster mentionem fecerit Auctor *Peripli* Maris *Erythræi*. Sed res *Cæsaris* sui in *Arabia* gestas tradit noster, non in *Scythia Limyrica*: ne quidem in *vicina* Scythiæ regione. Nescio an Virum memoriæ felicissimæ fugerit quam longe invicem distarint. Id potius fortasse voluit, qui ultra *Euphratem*, ultra *Indum* arma tulerat, eum proculdubio *Arabiam* in medio sitam subegisse. Quanquam ne ea quidem sequela sana sit, pugnat præterea Expeditio illa *Augusti* in *Indiam* (ut jam ostendimus) cum bonæ fidei monumentis omnibus, quæ nulla ejus in *Oriente* gesta memorant, præterquam in *Antonium*. Erat præterea, diu ante illas *Tabulas*, Principum *summorum* omnium commune nomen illud *Augusti*. Unde ergo colligemus, è tot *Augustis*, quis demum fuerit cui *Templum* illud fuerit consecratum? Ut tamen *Octavianus* ille fuerit *Augustus*, Ego *mercatoribus* potius *Romanis*, quam *victoriis Templum* illud assignarim, si quidem ullum fuerit *Augusto coævum*. *Pandionis* enim legationem ipsi *Augusto* fuisse mox ostendam, à cujus *Regno* non longe distabat illud Tabulæ *Peutingeranæ Templum*. Sic enim commodissime eveniet ut nullam Historiæ coævæ vim inferamus.

§. 6. Novum Taprobanes nomen nescire potuit Ptolemæus paulo senior Arrianus.

Sed & alio pugnat Argumento *Salmasius*. Quod nempe *Taprobanen* olim *Palæsimundi* Insulam, sua vero ætate *Salicam*, ejusque incolas *Salas*, appellatos fuisse testetur *Ptolemæus*; Noster autem antiquiorem *Ptolemæo* appellationem usurparit *Palæsimundi*, non recentiorem *Salicæ*, coævamque *Ptolemæo*. Non tamen pugnat hoc Argumentum quo minus hujus Operis Auctor fuisse credatur *Arrianus*, qui eadem vixit, qua *Ptolemæus*, ætate; paulo tamen *senior* annisque *provectior*. *Hadriano* certe nullas antiquiores habemus ipsius *Ptolemæi* in re *Astronomica* Observationes. Imo ne quidem anno *Hadriani* IX°. Et tamen ipsi *Hadriano* ineunti Ponti *Euxini* Periplum inscripsit, ut modo vidimus, *Arrianus*. Tunc orbem *Romanum* ipse lustravit *Hadrianus*. Ut proinde eodem tempore Pontum *Euxinum* illius auspiciis aptissime lustrarit *Arrianus*. Sic *Alexander* M. ipse in procinctu *Nearchum* emisit atque *Onesicritum*, qui oras *Indiæ* maritimas præternavigarent. Hunc imitatus est ex professo *Trajanus*. Nec alienus erat à veterum Heroum imitatione ipse *Hadrianus*. Jam sane alibi [1] ostendimus quanto studio *Numam* fuerit æmulatus. Nec sane

[1] Præl. *Camd.* VII.

ſane eſt cur dubitemus quin is idem fuerit ***Arrianus*** qui Ponti *Euxini* Periplum ſcripſit, reſque ab ***Alexandro*** M. geſtas. Præter *Inſcriptionem* Librarii, ſe certe in ipſo *Opere* prodit Auctor. Meminit enim non uno in loco *Xenophontis ſenioris*: & quidem ex illo ipſo Opere quod Κύρου Ἀνάβασιν inſcripſerat *Xenophon Socraticus*. Hinc ergo colligimus jam & illum, qui *Alexandri* res in *Aſia* geſtas ſimili Ἀναβάσεως titulo inſigniverat, *Xenophontis junioris* cognomen fuiſſe conſecutum. Itaque hoc innuit, cum *Grylli* filium *Xenophontem ſeniorem* vocat, ſe jam pro *Xenophonte* haberi *juniore*. Erat enim oſtentator ſui maximus *Arrianus*, ut ex ipſis Ἀναβάσεως Libris manifeſtum eſt. Proinde ante *Periplum* ſcripſerat jam de *Alexandro* Magno *Arrianus*, & tantam nominis celebritatem adeptus fuerat, ut *Xenophontis*, quod ambivit, νεωτέρου nomine deſignari ſoleret. *Trajani* ergo Imperio inclaruiſſe conſentaneum eſt, qui tam inſignis fuerit ſub *initium Hadriani*. Nec ſane aliter tot *Epicteti* Diſſertationibus intereſſe potuit (quas illum docet ſcripſiſſe *Simplicius*, multo, quam habemus, plures) ut inde ille Ἐπικτήτειος audiret, teſte *Suida*.

§ 7. Multa primus prodidit *Ptolemæus*, quæ *deceſſores* ejus latuerant.

Neque vero eſt quod miremur ſi parvo etiam intervallo deceſſoribus plura de rebus etiam iiſdem prodiderit ipſe *Ptolemæus*. Poterat enim à mercatoribus *Alexandrinis Indiſque* ea diſcere de *Inſula*, quæ *Taprobane* habebatur, quæ nondum innotuerant cum ſcriberet *Arrianus*. Ita ſane rem fuiſſe neceſſe eſt, ſi is idem fuerit *Arrianus* ad quem *Plinii junioris* tot legimus *Epiſtolas*. Imo pro *ætate*, quam jam probavimus, *Epictetei Arriani*, quem ſub *Hadriani initium* Scriptis *inclaruiſſe* vicimus. Magna enim indies incrementa cepit lucroſa illa *Alexandrinorum* in *Indiam* mercatura. Scripſit *Ptolemæi* ætate *Marinus*. Imo ὕστατος (ſic enim ait) τῶν καθ' ἡμᾶς. Scripſerant ergo eadem ætate alii, quorum ille ὕστατος. Hunc autem hoc nomine laudat ipſe *Ptolemæus*, quod plura deceſſoribus ſuis haberet ipſe explorata. Sic enim ait: [1] Φαίνεται πλείοσιν ἱστορίαις περιπεπλωκὼς παρὰ τοὺς ἔτι ἄνωθεν εἰς γνῶσιν ἐλθόντας. Et tamen plura de *Indiæ* ſtatu, quam vel ipſe *Marinus*, didicerat [2] *Ptolemæus*, παρὰ τῶν ἐντεῦθεν ἐκπλευσάντων, καὶ χρόνον πλεῖστον ἐπιλαβόντων τοὺς τόπους, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀφικομένων πρὸς ἡμᾶς. Quidni ergo in his eſſe potuit mutatum *Taprobanes* nomen ex Inſula *Palæſimundi* in *Salicam*? Quidni quod *coævum* Ptolemæo *Marinum* latuit, idem latere non potuerit *Ptolemæo* paulo *ſeniorem Arrianum*?

1 *Ptol.* Geogr. L. I. c. 6. 2 *Ptol.* ib. c. 17.

Sed nos juniorem *Arriano* hujus *Peripli* Auctorem probavimus. Imo ipso quoque *Ptolemæo.* Efficiet hoc ut de *hoc Auctore* magis, quam de *Arriano*, mirum videatur, cur nihil ipse de mutato *Taprobanes* nomine resciverit ex Insula *Palæsimundi* in *Salicam*. Præsertim si fuerit Auctor, ut erat *Ptolemæus*, ipse quoque pariter *Ægyptius*, imo *Alexandrinus*. Mirum tunc videbitur, non hoc ipsum ex iisdem didicisse *testibus*, à quibus ipse *Ptolemæus*, mercatoribus nimirum tam *Alexandrinis*, quam etiam *Indicis*. Mirum saltem non ab ipso didicisse *Ptolemæo*, si laborem ipse gravaretur consulendi *mercatores* (si sub *Augustis fratribus* Periplum suum Auctor concinnarit) cum sub *Hadriano* atque *Pio* potissimum floruerit *Ptolemæus*. Videamus ergo hæc quo pacto invicem possint conciliari. Mihi, fateor, omnis illa suspecta est Historia mutatorum *Taprobanes* nominum. [1] *Plinius oppidum* ait fuisse *Palæsimundum* totius Insulæ *clarissimum*, ac *Regiam*, juxta quod *oppidum fluvius* ejusdem *nominis tribus alveis in portum influxerit.* Quis inde non facile intelligat, inde *Insulæ* universæ *nomen* accessisse *Palæsimundi*? Sed nec *oppidi*, nec *Regiæ*, nec *fluvii* ita appellati, vestigia ulla apud *Ptolemæum*, qui tamen *Taprobanes Urbes fluviosque* plures quam alius Veterum quispiam memoravit. *Fluvios* Taprobanes *Ptolemæus* recenset quinque: *Phasin*, *Gangem*, *Baracum*, *Azanum*, *Soana*. In his nullum, qui ad *Palæsimundi* vel *similitudinem* aliquam accedat, ut pro illo potuerit, vel per *errorem*, usurpari. *Plinius Palæsimundi duos* duntaxat agnoscit: *Palæsimundum*, quem dixi; aliumque qui ad Septentrionem *Indiam* versus decurrerit, *Cydara* nomine, quod nec ipsum quidpiam affine habet cum prædictis *Ptolemæi* fluminibus. Addit *Plinius* è stagno *Megisba* amnem illum utrumque erupisse. Hujus autem *stagni*, aut *Megisbæ*, nulla prorsus mentio apud *Ptolemæum*, qui nihilominus *amnium* omnium à se memoratorum *fontes* describit, & à *montibus* omnes, à *stagno* nullum arcessit. *Regiam* porro *Ptolemæus unicam* in tota *Insula* agnoscit *Anurogrammum*, ipsam quoque à *Palæsimundi Pliniani* nomine alienissimam. Sed nec *portum* ullum in *Taprobane Hipppuros* agnoscit *Ptolemæus*, quo tamen illos appulisse tradit *Plinius*, qui sub *Claudio* Insulæ illius commercium aperuerint. Imo ne *portum* quidem ullum, qui ad illius *nominis* vel *sonum* accedat. *Populos* præterea in *Taprobane* multos recenset *Ptolemæus*, in his *Salas* plane nullos, præterquam quo loco *Taprobanen* eandem *Insulam* fuisse afferit, quæ olim *Palæsimundi*, postea *Salica*, fuerit appellata. Mirum est profecto non ab ipso observatum *Ptolemæo*,

§. 8. Alia erat Insula *Palæsimundi* à *Taprobane Ptolemai.* Quod tamen nescivit ipse *Ptolemæus*.

[1] *Plin.* N. H. VI. 22.

aliam à se describi *Insulam* sub nomine *Taprobanes* ab ea quæ olim nomen habuerat *Palæsimundi*.

§. 9. Unde evenerit, ut de *Taprobane* adeo sibi non constarent *Veteres*.

Ego rem ita se habuisse crediderim. *Taprobanes* notitiam Veteres è *Nearchi* atque *Onesicriti* Itinerariis hauserunt. Sed plane *rudem*, atque admodum *imperfectam*. Deerant enim illis itinerum *cardines*, deerant *mensuræ* omnimodæ. *Onesicriti* (inquit[1] *Plinius*) *& Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia*. Deerat, aut incertum potius erat Navigationis *exordium*. Nam *Xylenopolis* illa *ab Alexandro condita, unde ceperunt exordium, juxta quod flumen, aut ubi fuerit, non satis ibi explanatum* testatur idem *Plinius*. Sed vero ab incerta *Epocha* reliqua omnia *ratiocinia* incerta processisse necesse erat. Deerat posterorum *commercium*, quo per multa *Secula* intermisso, *nomina* deinceps mutaverant (cum è tanto intervallo repeterentur) alioqui notissimæ *Alexandri* Magni *ætate* Regiones, ut ægre admodum per notas, quas tradiderant coævi *Alexandro* Duces, *posteris* innotuerint. Deerat denique & narrantium *fides*, cum fuerint illius ævi Itineraria, ut jam olim observavit[2] *Strabo*, plerunque mendacissima. Et sane pauca admodum de *India*, suo quoque tempore, comperta fuisse, idem agnoscit *Strabo*. Fallebant etiam, post redintegrata commercia, *mercatores*, partim literarum *imperitia*, partim contemtu *cognitionis* minime *lucrosæ*, partim etiam dedita *opera* gloriabundi, ut ibidem etiam observavit *Strabo*. Hoc ergo hauserant ex antiquioribus, ipsique *Alexandro* coævis, *Itinerariis*, multorum dierum navigatione, *meridiem* versus, *magnam* fuisse *Insulam* quæ *Taprobane* appellabatur. *Indiam* autem censebant ab *Indi* ostio, unde navigationem suam in *Oceano* cœperat *Nearchus*. Quæ vero illa esset *Insula*, aut ubinam *sita*, hæc suis tantummodo colligebant *ratiociniis*. Ita scilicet, ut, quæ *prima* deinceps occurreret *magna*, & par *famæ*, quam de *Taprobane* acceperant, eam pro *ipsa* haberent *Taprobane*. Præsertim, si *multorum dierum* navigatione ab *Indi* ostio distaret. Nec enim de dierum *numero* apud ipsos *Veteres* conveniebat. Estque alioqui etiam incertissima dierum *supputatio* in itineribus *maritimis, eâdem* quoque navium fabricâ, multo magis in *diversa*. Maxime autem hoc procedere credebant, si ad extremos *Continentis* fines *Meridionales* Insula illa reperiretur. Nec enim credibile censebant ultra conspectum *terræ* ad lævam sitæ navigasse *Nearchum*, in tanta rei *Nauticæ* imperitia. Ita certe, si aut *Verum* fuerit, aut (quod in hac causa eodem redit) pro vero saltem *haberetur*,

1 *Plin.* N. H. VI. 23. 2 *Strab.* Geogr. L. XV.

quod

quod ſcribit [1] *Plinius*: *Siderum* ibi *in navigando nullam fuiſſe obſervationem, nec Septentrionem cerni.*

Primam autem *Taprobanes* cognitionem, qua ſaltem *Romanis* innotuerit, *Plinius* à temporibus *Claudii* deducit. Hanc certe *priſcorum* de *Taprobane* receptis *Traditionibus* opponit. [2] *Nobis* (inquit) *diligentior notitia Claudii principatu contigit, legatis etiam ex Inſula advectis. Id accidit hoc modo: Annii Plocami, qui maris Rubri vectigal à fiſco redemerat, libertus circa Arabiam navigans, Aquilonibus raptus præter Carmaniam, XV° die Hippuros portum ejus invectus, hoſpitali Regis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio, percontanti poſtea narravit Romanos & Cæſarem. Mirum in modum in auditis juſtitiam ille ſuſpexit, quod pares pondere denarii eſſent in captiva pecunia, cum diverſæ imagines indicarent à pluribus factos. Et hoc maxime ſolicitatus ad amicitiam, legatos quatuor miſit, principe eorum Rachia.* Regio certe quo appulerit ille *Annii Plocami* libertus, *Indiæ* erat *Ariace*, vel ſaltem Ariace *finitima*, qua licet illam ex hac deſcriptione colligere. Ad *Indiam* enim Maris *Erythræi* nomen extendunt Veteres, ut ſimul utrique, tam *Arabico* quam etiam *Perſico*, prætenderetur. Inde factum ut ad *Carmaniam* uſque vectigalium *Rubri Maris* colligendorum cauſa progreſſus fuerit *Plocami* libertus. Hinc, præter *Carmaniam*, raptus ab *Aquilonibus* XV° die *Hippuros* portum tenuit. Et *ſitu* ſatis opportuno portum *Ariace* proximum *Hippocura* repræſentat *Ptolemæus*. Plane, ut videtur, *eundem* cum *Plinii Hippuris*, ut ſit proinde ex hoc *Ptolemæi* loco *Plinius* fortaſſe corrigendus. Habet etiam idem *Ptolemæus* in *Ariaces* mediterraneis *Hippocura* alia *Regiam Baleocuri* Regis. Neſcio an *portus* nomen *Hippuris* hac ipſa addiderit de cauſa *Plinius*, ut ab aliis, ſeu *Hippuris*, ſeu *Hippocuris*, quæ *Regia* erat, *portum* ipſum ſecerneret. Nec enim erat alioqui neceſſe ut *portum* fuiſſe indicaret, quo appulerit *Aquilone* raptus itinere *maritimo* libertus. Potius tamen eò propendeo, ut *portus* ille fuerit Urbis *Palæſimundi* Regiæ. Nec enim aliud ejus iter memoratur, quo fuerit adductus ad *Regem*, præterquam à *Navali* ad Urbem *Regiam*: in *propinquo* nempe ſitam, ut ſolent *Urbibus* ſuis eſſe *Navalia*. Habebat enim hoc tempore *proprium* ſibi *Regem* Inſula illa *Palæſimundi*, à quo *legati* venerint ad *Claudium*: & proinde *Urbem Regiam*. Proinde ſi quo *fluvii oſtio* ſitum illud fuerit navale, *fluvium* illum ipſum crediderim fuiſſe *Palæſimundum*. Convenit ſatis accurate cum ſitu *Palæſimundi*, qualem deſcripſit [3] *Plinius*. Alterum enim Inſulæ fluvium *Cydara* ad *Septen-*

§. 10. Inſula *Talaſimundi* ſub *Claudio* detecta, cur Salica poſtea fuerit appellata.

1 *Plin.* N. H. VI. 22. 2 *Plin.* N. H. VI. 22. 3 *Plin.* N. H. VI. 22.

trionem

trionem Indiamque versum fuisse testatur. Hunc autem *portum* contra *Meridiem appositum oppido Palæsimundo, juxta quod in portum tribus alveis fluvius Palæsimundus influxerit*. Proinde in *Oceanum*. Plane ut situm *Hippocurorum* descripsit *Ptolemæus*. Regem illum, cujus *nomen* nullum servavit *Plinius*, ipsum quoque suspicor appellatum fuisse *Palæsimundum*, proprio utique nomine appellandum (ut solent alii designari *Reges* à quibus ad *Romanos* Imperatores *legati* venerint) si quod aliud sibi *nomen proprium* habuisset. Erat enim sane apud nonnullos *Indos* mos ille receptus ut ab *Urbibus* Regiis *Reges* ipsi nomen acciperent. Ita *Strabo* de Rege [1] *Palibothrorum*: Τὸν δὲ βασιλεύοντα ἐπώνυμον δεῖ τῆς πόλεως εἶναι Παλίμβοθρον καλούμενον, πρὸς τῷ ἰδίῳ τῷ ἐκ γενετῆς ὀνόματι, καθάπερ τὸν Σανδρόκοττον, πρὸς ὃν ἧκεν ὁ Μεγασθένης πεμφθείς. Nec erat *Palibothrorum* propria illa consuetudo. Recepta est etiam in alia quoque urbe illustri *Taxilis*. *Mophim* enim fuisse τῷ ἐκ γενετῆς ὀνόματι (ut *Strabonis* verba usurpemus) testatur *Diodorus*, quem *Alexander*, mutato nomine, *Taxilum* appellarit: *urbis* nimirum illius factum deinceps ab *Alexandro Regem*. Curtius *Omphim* appellat: eadem tamen mutati nominis reddita ratione. Sic enim habet: *Omphis, permittente Alexandro, & Regium insigne sumpsit, & more gentis suæ nomen, quod Patris fuerat, Taxilem appellavere Populares, sequente nomine Imperium, in quemcunque transiret.* Atque hoc fortassis exemplo tot alias quoque his partibus *regiones* legimus *singulorum hominum* nominibus insignitas: [2] *Assacani*, [3] *Abiasari*, [4] *Sopithis*, [5] *Musicani*, [6] *Sabutæ*, [7] *Porticani*. Saltem in eo quod illarum Regionum Reges illis, quæ dixi, *nominibus* perpetuo insignirentur. Ne *Pharaones* jam memorem atque *Ptolemæos* in *Ægypto*, & *Cotyes* in *Thracia*, & in *Edessa Agbaros*. Sic itaque à fluvio *Palæsimundo* nomen traxerit *Urbs Regia*, & ab Urbe *Reges* ipsi. Et simili exemplo *Urbes Regias* plures recenset *Ptolemæus* in regionibus *Indiæ* huic Insulæ *finitimis*. Hic legimus *Ozenen Regiam Tiascani*. In illo *Bætana Regiam Siroptolemæi*. In illo *Hippocura Regiam Baleocuri*. In illo *Cerura Regiam Ceprobotis*. In illo *Modura Regiam Pandionis*. His omnibus exemplis non *Regias* tantummodo, verumetiam *Reges* habemus eodem, ut videtur, *nomine* perpetuos. Recte ergo, pro more *Indorum*, Insula hæc *Palæsimundi* fuerit appellanda, dum *Regem* haberet ipsum quoque nomine *Palæsimundum*. Postea, antea tamen quam scriberet *Ptolemæus*, alteri alicui ditioni *Insula* illa, ut opinor, accessit, exuto *Regio* dominatu. Inde factum ut *Palæsimundi* amplius appellari non possit. Tum vero congruum erat, pro more etiam *Indorum*, ut à *Populo* Insulam in-

1 *Strab.* L XV. p. 702. C 2 *Strab.* L. XV. p. 698. 3 *Strab.* ib. p. 698. 4 *Strab* ib. p. 699. 5 *Strab.* ib p. 701. 6 *Strab.* ib p. 701. 7 *Strab.* ib. p. 701.

colente

colente *nomen* acciperet. Qui cum *Salæ* appellarentur, satis consentanee, pro Analogia *Grammatica*, *Salica* deinceps erat appellanda. Quæ vero habet de hac Insula *Plinius*, ea, cum ad Imperium *Claudii* spectent, è Libris illius Principis de *vita sua* eum hausisse suspicor. In illis missas ad se gentium *legationes*, & suscepta jussu suo *Itineraria*, & cœptam patrocinio illius *mercaturam* adeo lucrosam *Alexandrinis*, ipsum *Claudium* complexum fuisse consentaneum est. Atque hinc effectum arbitror ut memoria *Claudii* adeo cara fuerit *Alexandrinis*, ut Libri ejus publice recitarentur in [1] *Musæo*, quod novum ille addidit *Alexandrinis*. Ipsum enim certe *Claudium* inter *Scriptores Romanos* recenset *Plinius*, è quibus ipse hunc, in quo versamur, Librum excerpserit. Vix ergo est cur de illis dubitemus, quæ tanto fretus testimonio de hac *Insula* prodidit.

§. 11. *Situs* Insulæ *Palæsimundi* inter *ostia* fluvii *Nanagunæ*. Longe diversus à *situ Ceilani*, quæ *Taprobane* erat *Ptolemaica*.

Erat autem *Insula* illa *Palæsimundi* mercatoribus *Alexandrinis* multo propior quam fuerit alia illa *Ceilani*, quam pro *Taprobane* habet ipse *Ptolemæus*. *Insulam* enim faciunt *Nanagunæ* fluvii è monte *Vindio* oriundi *ostia* (ut à *Ptolemæo* describuntur) cujus latus alterum clauserit *ostium* proprio *Nanagunæ* nomine appellatum; alterum *Gnoris* fluvius, seu *Bindæ*, in quos influit *Nanaguna*. Ita certe credidisse Veteres ostendit *Asiæ* Tabula xª *Ptolemaïca*. Et pari jure *Insula* appellanda erat Regio *Nanagunæ ostiis* inclusa, quo & *Patalene Indi* duobus (quæ *sola* Antiquis innotuerant) *ostiis* similiter inclusa. In hac sane *Insula* reperiri jam observavimus *portum Hippocura*, quod nomen propius accedit ad nomen *Hippurorum Plinianorum* quam nomen *portus* ullum in *Taprobane Ptolemaïca*. Hanc autem *Insulam*, cur pro Veterum habuerint *Taprobane*, causa esse potuit, falsa quidem illa (quæ tamen vera tunc credebatur) oræ illius *maritimæ* descriptio. Quod scilicet à *Simylla promontorio* & *oppido* inde ad *orientem* deflectere crederent oram *continentis*. Sic enim *oram* illam repræsentant *Tabulæ* ad mentem *Ptolemæi* expressæ. Sic enim fieret ut *terminus* ille *meridionalis Indiæ* continentis haberetur, quo loco ratiociniis suis collegerant, ut vidimus, Veterum fuisse *Taprobanen*. Situm eundem firmat *Plinius*, cum Regnum *Ceprobotis*, dum illa proderet, fuisse testatur. *Progressu* nimirum hujus mercaturæ, paulatim *ulteriora* patefacta fuisse consentaneum erat, tot annis post repertam *insulam Palæsimundi*. Nam sub *Vespasiano Ceprobotes* innotuerit oportet, anno Æræ nostræ LXXVIIº, quo *Plinius* illa scribebat. Ut tamen ultra *insulam Palæsimundi* Regnum erat *Ceprobotis*, & (cujus idem meminit)

1 *Sueton.* Claud. c. 42.

Pandi-

Pandionis; ita certe citra *Taprobanem Ptolemaïcam.* Sic enim de his *Indiæ* Regnis: [1] *Nec pigebit totum cursum ab Ægypto exponere, nunc primum certa notitia patescente. Digna res, nullo anno Imperii nostri minus HS. quingenties exhauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicato væneant.* Loquitur nimirum, hoc in loco, de mercibus *Indiæ*, non suæ *Taprobanes*, sive *insulæ Palæsimundi.* Hoc facile colligimus ex *Emporiorum* nominibus infra recensitis illius mercaturæ nomine celebrium. *Portus* illi erant *Muziris* in Regno *Ceprobotæ*, & *Beccare* in Regno *Pandionis.* Horum alterum *Ceprobotem* (sic enim nomen in *Plinio* recte, ut puto, emendat *Salmasius*) tunc regnasse docet [2] *Plinius*, cum illa *proderet.* Prædicto scilicet anno Ær. *Christianæ* LXXVII°. Proinde paulo antea primum *Ceprobotem* Romanis innotuisse verisimillimum est. Tum enim *annorum* aliquot *experimenta* fuerant illius *commercii.* Itaque ultra *insulam Palæsimundi* Regni illius *situs* fuerit oportet, cum tot demum *annis* postea *Romanis*, progrediente *mercatura*, patuerit. Quod ne quidem verum esse potuit de *Taprobane Ptolemaïca.* Firmat porro nostram de illo *situ* sententiam lectio *Solini* à viro maximo, nobis nuper amicissimo, *Isaaco Vossio* restituta, si quidem vera sit, ut est profecto verisimillima. Sic enim habebat locus *Solini* ex illius emendatione: [3] *Diu orbem alterum putavere, & quidem eum quem habitare Antiscythas crederent.* Illos *Scythas Australes* fuisse censet vir sagacissimus, aliis *Scythis* finitimis oppositos. Et sane *Scythiæ* nomen hucusque pervenisse concedit ipse *Salmasius.* Proximamque huic *Palæsimundi* insulæ regionem *Limyricen Scythiam* appellant Tabulæ *Peutingeranæ.* Qui autem ad *Taprobanem Ptolemaïcam* nomen *Scythiæ* produxerit, Veterum, ut puto, neminem reperiemus. Convenit etiam huic loco, potius quam *Taprobane Ptolemaïcæ*, ut à *Salis* habitata, & inde *Salica* appellata diceretur. Nempe *unicam* in insula *Palæsimundi* gentem fuisse innuit, cum tamen *multæ* fuerint in *Taprobane Ptolemaïca.* Et sane *unicam* in hac insula *Nanagunæ* gentem agnoscit ipse *Ptolemæus*, quam Σαδίνων nomine insignitam ipse docet, facillimo errore è literarum majuscularum Δ & Λ confusione oriundo, si è *Salis* emanarit. Sed nec ullum in *Taprobane Ptolemaïca* exemplum est *Gentilis* ad imitationem *Salices* à *Salis* formatæ, cum sint tamen istiusmodi *Gentilia* in locis *Nanagunæ* propinquis frequentissima. Sic enim legimus in illis partibus *Sirastrenem*, *Laricem*, *Ariacem*, *Limyricem*, &c. Præcipua vero ratio erat cur ita appellaretur, ut ab *Ariace* secerneretur, in qua sita erat Urbs Regia *Baleocuri Hippocura*, si quidem is fuerit qui *Regnum* & *Regiam* in *Palæsimundi* insula exstinxerit.

1 *Plin.* N. H. VI. 24. 2 *Plin.* N. H. VI 23. 3 *Is. Voss.* ad *Mel.* III. 7. 60.

Quod ſane facit ut ſuſpicemur Urbs illa ejus *Regia* ejuſdem cum *Palæſimundi* portu *nominis*. Facit eodem, quod non longe ab Inſula *Solis* hanc *ſui* temporis *Taprobanem* fuiſſe teſtetur [1] *Plinius*. Hæc enim nota *his* potius locis convenit inter *Indiam* ſitis & *Arabiam*, cum *contra Indi oſtia* illa fuerit Inſula, teſte [2] *Mela*. Facit etiam, quod de *Taprobane Alexandri liquere* tradit [3] *Plinius*, eam *Inſulam* fuiſſe; *idque ut liqueret*, *Alexandri M. ætatem reſque præſtitiſſe*. De hac *juniorum Taprobane*, dubitavit *Solinus*, dubitavit *Mela*, dubitavit ante *Melam Hipparchus*, eſſetne *Inſula*. Vel inde colligitur, non *continuæ* juniorum *Traditioni*, ſed hauſtis è longinquo *ratiociniis*, deberi omnem illam, quæ in *minorum gentium* Veteribus occurrit, ſententiarum, de *Taprobanes* ſitu, diſcordiam. Dubitare enim poterant *juniores*, num revera *Inſula* eſſet, quam illi pro *Veterum* habebant *Taprobane*, ſi nemo eouſque repertus eſſet, qui eam *circumnavigaſſet*. Sic enim de noſtra quoque *Britannia* dubitatum eſt, eſſetne *Inſula*, antequam illam circumnavigaret *Agricola*, ut [4] alibi oſtendimus. Poſtea compertum (ut ad *Indiam* redeamus) adhuc *meridiem* verſus tendere *continentem*, ultra *Simyllæ* promontorium. De eo ubi reſciviſſent; tum demum colligebant, *Inſulam* illam, (cujus meminerant ſub *Taprobanes* nomine *majores*) in fine *meridionali* illius continentis, *adhuc* eſſe quærendam. Huic tribuendum *ratiocinio*, ut pro *antiquiorum Taprobane Ceylan* haberetur: certe ante *Ptolemæum*. In eo tamen erravit *Ptolemæus* ipſe, ſecutique illius fidem alii *minorum gentium* Veteres, quod male illi ad *ſui* temporis *Taprobanen* retulerint, quæ ad *Inſulam aliam* (quæ olim *Taprobane* habebatur) retulerant *majores*, & coævi *Ptolemæo mercatores*. De *Palæſimundi Inſula* didicerat *Ptolemæus à mercatoribus*, eam ſuo Seculo *Salicam*, non autem *Taprobanen* appellari. Quæ ille imperite detorſit ad *aliam* illam *Inſulam*, quæ *ſuo* tempore *Taprobanes* nomine frequentabatur. Simili *ratiociniorum* errore Nos etiam alibi oſtendimus, *Thules* (quæ etiam ipſa ignota erat) nomine noſtram quoque veniſſe [5] *Britanniam*. Ex hac autem Veterum *incertitudine* ortum, ut commentitias plane *fabellas* de hac *Taprobane* finxerit *Iambulus*. Sic enim cenſet [6] *Lucianus*. Et tamen ipſas illas *fabellas* ſequitur *Diodorus*, qui bonos quidem Auctores, infirmo tamen ipſe *judicio*, uſurpavit. Similes erant etiam de *Thule fabulæ*, non *Pytheæ* modo *Maſſilienſis*, verumetiam [7] *Antonii Diogeniani*. Similes *Euemeri Meſſenii* fabulæ de *Panchaia*, & (qui illius fidem minus, quam *Diodorus Hiſtoricus*, abſurde ſequebatur) *Poëtæ Ennii*. Erant enim & *illæ* quoque *Inſulæ*, *fama* magis incerta *majorum*, quam certa aliqua *Traditio-*

1 *Plin.* N. H. VI. 22. 2 *Mel.* III. 7. 63. 3 *Plin.* VI. 22. 4 Annal. *Quintil.* §. 12. 5 Annal. *Stat.* §. 57. 6 *Lucian.* Ver. Hiſt. L. I. 7 Ap. *Phot.* Bibliothec.

nis fide, exploratæ. Docent hæc quam non necesse esset ut *Ptolemæum* sequeretur noster, ducem (ut vidimus) his in rebus adeo imperitum.

§. 12. Hujus *utriusque Taprobanes* notas confundit *noster*, proinde *Ptolemæo* saltem *coævus*. Quod facit etiam *Marcianus Heracleota* Ptolemæo *junior*.

Utcunque tamen *ejusdem nostrum* fuisse, cujus *Ptolemæus*, *ætatis*, vel ex illis colligo quæ de hac *Insula* scribit *Taprobana*. Communem enim ille cum *Ptolemæo* errorem habet, quod *Insulam Palæsimundi* similiter ipse cum *Taprobana* confuderit, atque *Ptolemæus*. Nec enim certe illum de *Pliniana* loqui *Taprobana*, sed de *Ptolemaïca*, situs ipse docet qui *Taprobanæ* à *nostro* assignatur. Ait quidem Insulam illam, quæ ἀρχαίοις αὐτῶν *Taprobane*, tum raro *Palæsimundi* appellabatur, *Indiæ continenti* πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν fuisse. Quæ nota *Taprobanes Plinianæ* est, quam revera *Palæsimundi* fuisse diximus. Sed reliquæ omnes *Ptolemaïcæ* sunt. Ponit enim illam noster *post* Regna *Ceprobotis* & *Pandionis*, & ex *adverso Azaniæ Æthiopicæ*. Quæ *Ptolemaïcæ Taprobanæ* magis respondent, quam *Plinianæ*. Vixit ergo scripsitque noster postquam *novam* (quæ *Ptolemæi* ætate credebatur) *Taprobanen* reperissent *mercatores*. Proinde potius tempore *Ptolemæi*. Nec enim est quod miremur *duarum Taprobanarum* notas ab eo invicem esse permistas. Fecit hoc idem *Marcianus Heracleota*, quem certum est scripsisse post *Ptolemæum*. En verba.[1] Ἑξῆς δὲ τούτων ἐστὶν ἡ Ἰνδικὴ ἡ ἐντὸς Γάγγου ποταμοῦ κειμένη, ἧς κατὰ τὸ μεσαίτατον τῆς ἠπείρου νῆσος κατ' ἀντικρὺ κεῖται μεγίστη Ταπροβάνη καλουμένη. Quod *mediæ Indiæ Taprobanen* opponit, *Plinianæ Taprobanes* nota est, non *Ptolemaïcæ*. Et tamen, quo loco de *Taprobane*[2] agit ex professo, *Ptolemaïcam* describit, non *Plinianam*. Imo *Ptolemæum* testem advocat, eumque *sequitur*, etiam *errantem*. Insulam ille *Palæsimundi*, similiter ac ipse *Ptolemæus*, cum *Taprobane* eandem censet, & *Salicam* suo seculo appellari scribit. Hæc illi scilicet ex Auctoribus qui *notas* duarum ediderant *Taprobanarum*, quas illi ad *unam* eandemque retulerunt, quod fecit ipse *Ptolemæus*. Hoc uno discrepat à *Marciano* noster, quod nomen *Taprobanes*, quo insignitur à *Ptolemæo*, omnium recentissimum, non *negarit* quidem, sed duntaxat *omiserit*. Sic tamen ille, ut quæ scribit omnia verissima esse possint, etiam pro sententia ipsius *Ptolemæi*. Ait[3] noster: νῆσος λεγομένη Παλαισιμούνδου, παρὰ δὲ ἀρχαίοις αὐτῶν Ταπροβάνη. Non ait ἡ νῦν λεγομένη. Sic enim recentiorem illam Σαλικῆς appellationem fortassis *exclusisset*. Intelligit ergo λεγομένη ποτέ. Nec enim *nuperæ*, sed *antiquæ*, *Palæsimundi* illam appellationem opponit: illi scilicet, quæ παρὰ ἀρχαίοις αὐτῶν in usu fuerat. Nihil

1 *Marcian. Her.* p. 14. hujus Ed. 2 p. 26. 3 Peripl. *Mar. Erythr.* p. 35.

hil obſtat quo minus, pro noſtri quoque Auctoris ſententia obſoleviſſe potuerit appellatio illa *Palæſimundi*, modo non fuerit Inſulæ nomen *antiquiſſimum*. Nihil hic video quod non potuerit ab ipſo dici *Ptolemæo*. Erat enim nomen *Palæſimundi* in illa *Inſula* (dum pro *Taprobane* haberetur) longe celebrius. Imo cum *Salica* appellaretur, jam ad *aliam Inſulam* tranſierat nomen *Taprobanes*. Merito ergo nomen illud *omitti* potuit, cum de *Taprobane* ageretur. Imo *rectius* ab *illo* potuit *reticeri*, quam à *Ptolemæo memorari*.

§. 13. Noſter *Veterum* errores nullos correxit è *coævis*.

Sic autem noſter *antiquos*, quos excerpſit, cæca fide eſt ſecutus, ut ſæpe nullos *coævos* ſibi teſtes de rebus iiſdem conſuluerit. Conſtat hoc è *fabulis erroribuſque* admodum craſſis, qui non modo è *Ptolemæo*, ſed è quovis alio *recentiori* earundem regionum luſtratore, poterant redargui. *Indum* ipſum fluvium *Sinthum* [1] appellat noſter, cum tamen *Sinthonem* ſecundum ejus ab occidente *oſtium* tantummodo teſtetur fuiſſe *Ptolemæus*. Sed vero *Indum ipſum*, non *unum* ejus duntaxat *oſtium* à *noſtro* intelligi, exinde conſtat; quod *ſeptem oſtia* ſui agnoſcat *Sinthi*, qui numerus eſt *oſtiorum Indi* apud *Ptolemæum*. Hoc ille hauſit è *juniorum* inventis, cum vix plura *duobus Indi oſtia* innotuerint *antiquioribus*. Docet quidem [2] *Plinius*, *Indum* ipſum *Sindum* ab *incolis appellatum*. Sic enim è *MSS.* lectionem reſtituit Cl. *Harduinus*, cum antea *Sandus* legeretur. Inde fortaſſe *Sinda* oppidum, & *Sindi* Populus, & regio *Sindice*. Sed magis, ut opinor, ab illo *Indi oſtio*, quam ab ipſo *fluvio Indi*. Ut tamen *Indus* nomen illud apud *indigenas* obtinuerit (ut vult *Plinius*) ſic nihilominus loqui videtur *noſter* quaſi *fluvium* illum longe omnium celeberrimum, à quo *Indi* univerſi nomen acceperint, ipſe neſciverit. Ait enim ſuum illum *Sinthum* fluviorum, qui in *Mare Rubrum* influerent, eſſe *maximum*, quod ſane dubium apud Lectorem eſſe non potuit, ſi *Indum* illum fuiſſe meminiſſet. Nec erat ſane cur *nomen* fluvii longe *notius* reticeret, ſi ipſe exploratum habuiſſet. Ait præterea [3] *Plinius* ex *Oneſicrito* & *Nearcho*, claſſem *Alexandri* ab *hydris marinis* eſſe *territam*. Noſter eandem fabulam, ut à vetuſtioribus acceperat, repetit de [4] *ſerpentibus* in hoc *mari* natantibus. Nec potuit *Cayamanos* intelligere, aquarum potius *dulcium*, quam *marinarum*. Idem thuris [5] *Divinam* quandam *cuſtodiam* narrat in ſinu *Sachalitico*, plane qualem acceperat à *fabulatoribus*. Vix potuit certe toties Veterum *fabulas*, quaſi *veræ* fuiſſent, Lectoribus ſuis propinare, ſi narrationes eorum *fabulis* refertiſſimas ipſe ad *juniorum* accuratiorumque *teſtium* fidem

1 Peripl. Mar. Er. p. 21. 22. 2 *Plin.* N. H. VI. 20. 3 *Plin.* N. H. VI. 23. 4 Peripl. p. 23. 24. 31. 5 Peripl. p. 19.

exegiſſet. Tantum abeſt ut hoc ipſe fecerit, ut ne quidem profeſſus fuerit, quod tamen facere ſolent Scriptores accurati. Nuſpiam ille *mercatorum coævorum* fidem appellat, cum tamen continuum eorum in his partibus *commercium* agnoſcat. Nuſpiam ille vel *Scriptorum delictum* profitetur, ut *recentiſſimos accuratiſſimoſque* eum excerpſiſſe crederemus. Ne quidem unicum deceſſorum *errorem* ipſe correxit, quos tamen vidimus, in hac ſaltem *Geographiæ* parte fuiſſe *frequentiſſimos*. Nec *ſua* unquam *Perſona* loquitur, aut *ſua fide* quidpiam obtendit, quod facit in *Euxini* Maris *Periplo* ipſe *Arrianus*, quaſi ſua aliqua αὐτοψίᾳ, aut ſaltem αὐτοπτῶν *teſtimoniis*, illa didiciſſet. Proinde *Scriptis* eum omnia debuiſſe veriſimillimum eſt, & fide prodidiſſe *aliena*. Nihil ergo eſt cur cultum omnem, qui à *coævis* ſuis hauriri potuerit, ab hoc noſtro (quicunque demum is fuerit) Auctore exſpectemus. Male ergo illum *Ptolemæo antiquiorem* colligit fuiſſe *Salmaſius*, quod non omnia complexus fuerit, quæ diſcere potuit à *Ptolemæo*. Hac certe *Indiæ* mercatura *florente* ſcripſiſſe ex ipſo manifeſtum eſt, qua fretus multa potuit, quod non fecit tamen, *emendare*. *Marci* tempora *Ptolemæum* attigiſſe docet *Suidas*. Noſter *flexum* illum oræ *Indiæ* maritimæ in *orientem* nullum agnoſcit qualem deſcripſit *Ptolemæus*: proinde certiores ipſo *Ptolemæo* duces ſecutus, & Geographico *Ptolemæi* Opere fortaſſe *junior*. Hoc tamen ante *Ptolemæum* innotuerit oportet, cum exinde emanarit ut *alium* Auſtralioremque *Taprobanæ* ſitum quæſiverint mercatores. Male ergo *Ptolemæus* vetuſtiorum chartas cum juniorum narrationibus commiſit. Noſter autem *Sophiſtæ* potius operam præſtitit, quam *mercatoris*; *Excerptoriſque* potius, quam *excultoris*. Nec ſane neceſſe eſt, ut etiam *editum Ptolemæi* Opus conſuluerit *Scriptor* quilibet *Alexandrinus*. Multa enim iſtiuſmodi exempla Secula omnia ſuppeditant *neglectorum* ejuſdem Argumenti *Scriptorum*, quantumvis *celebrium*.

§. 14. Quod *Regum* eorundem meminerit *noſter*, quorum meminit *Plinius*; non proinde ſequitur illum *Plinio* fuiſſe *coævum*.

Sed alio pugnat Argumento *Salmaſius*, quod ipſe *invincibile* appellat. Id quidem ſi tale fuiſſet, jam nihil eſſet quod in contrarium obtenderemus. Sed non eſt certe illud Argumentum, ut cenſuit Vir celeberrimus, *invictum*. Ait quidem *Plinius* Regem in *India*, dum illa *proderet*, fuiſſe *Ceprobotem*. Ait idem de finitima regione: *Ibi regnat Pandion*. Amborumque meminit ſimiliter qui Maris *Erythræi* Periplum ſcriptis mandavit. Ideone ſequetur *invicte coævum Plinio* fuiſſe *Peripli* Auctorem? Hoc ſi admittatur, erit præterea *Plinio* coævus *Ptolemæus*, qui etiam ipſe *Regis* utriuſque meminerit, tam *Ceprobotis*, quam *Pandionis*. Vidit hoc miratuſque eſt in *Ptolemæo* ipſe *Salmaſius*, obſervavitque proinde *Ptolemæum*

Ptolemæum prisca Urbium & jampridem exoleta *nomina*, quasi sua etiamnum ætate superessent, sæpe memorare. Hoc autem si licuit *Ptolemæo*; cur, quæso, idem non licuit Auctori *Peripli* Maris *Erythræi*? Si *Ptolemæus* hoc Argumento *Plinio coævus* non probetur, non erit propterea cur *Peripli* Auctor *Plinio coævus* existimetur. Ita nihil valet invictum *Salmasii* Argumentum. Hoc unum erat quod inde rite colligi posset, *Plinio antiquiorem* esse non potuisse, qui *Regum* meminerit *Plinio* coævorum. Perperam ergo *Augusti* temporibus *Cæsaris* illius Expeditionem tribuit, cujus *noster* meminit, cum tot annis *antea* mortuus fuerit *Augustus*, quam vel *nasceretur* major ille *Plinius*. Nulla autem *verba* habet Scriptor *Peripli*, quæ *coætaneos* sibi *Reges* illos fuisse vincant, magis quam ipse *Ptolemæus*.

§ 15. Sæpe *nominibus* Regum, qui *olim* decesserant, *Regiones* solent designare *juniores*.

Non scilicet occurrebat viro alioqui sagacissimo, ita *Periplorum* veterum *Itinerariorumque* Auctores excerpere solere *juniores*, ut loca iisdem *appellationibus* designent, quibus in *vetustioribus*, quorum fidem sequebantur, Auctoribus designata repererant. Hoc est scilicet quod in *Ptolemæo* adeo miratus non tamen intellexit *Salmasius*. Alpes *Cottias* multi memorant Scriptores, qui postea scripserunt quam desierat in vivis esse *Cottius*. Nempe, ut videtur, quod in *Rationario Imperii*, quod *Senatui* redditum testatur ab *Augusto* [1] *Suetonius*, Alpes illas hoc *nomine* censitas repererant. Similiter se res habebat in Regnis *Rhœmetalcis* & *Rhascuporidis*, & in ejusmodi Regnis *aliis*, dum *Rationaria* conficerentur, cum haberent *Romani instrumenta servitutis & Reges*. Ad *Imperium* enim *Romanum* spectare censebantur *Regna* istiusmodi *adsignata*. Ita in locis, quibus, *post* Reges istiusmodi defunctos, mutationes erant *exploratissimæ*. Magis autem consentaneum erat, ut hoc idem observaretur in Regionibus cum quibus *rara* erant *commercia*, quales hæ sunt in quibus jam versamur. Hic enim necesse erat ut ex *ultimis* Itinerariis, utcunque *antiquis*, describerentur, dum *nova* alia suppeterent *Itineraria* quæ res illarum *nuperrimas* patefacerent. In his facillimum erat, ut de *Regibus*, qui *Itinerariorum* temporibus vixerant, perinde loquerentur Itinerariorum *Excerptores*, ac si adhuc Excerptorum *ætate* viverent: quod scilicet de *Regum* illorum *posteris* nihil compertum haberent *Excerptores*. Nec sane aliter se res habebat in his, de quibus agimus, *Indiæ* Regibus, *Ceprobote* & *Pandione*. Nulla erant *Romanis* cum illis Regnis *continua* commercia, nisi sub illis Principibus cum quibus erat firma *amicitia*. Junioribus ergo Geographis illa erant Itineraria excerpenda, è quibus primum innotuerant *Romanis Ceprobotes* &

1 *Suet.* Aug.

Pandion,

Pandion, dum nova alia prodirent, quæ *posterorum* mutationes proderent.

§. 16. *Indica* Navigationis *compendium* sub *Claudio* invenit *Hippalus Alexandrinus*.

Prima hæc tam lucrosæ mercaturæ hujus *origo* cœpit illa quidem, ut vidimus, sub *Claudio*. Exculta tamen postea est, ut, cum scriberet *Plinius*, tum demum magna ceperit incrementa. Primum tamen *Indiæ* Regem, qui *legatos* misit ad *Claudium*, *Palæsimundum* fuisse probavimus, non *Ceprobotem*. Stabilita autem cum *Palæsimundo* amicitia, ita demum ad *ulteriora* progressa est, ut *Vespasiano* tandem Imperante Regnum attigerit *Ceprobotis*. Navigationis autem *compendium* primum, ait *Peripli* [1] Auctor, invenisse *Hippalum*, & ventum etiam annuum *Libonotum*, qui eodem tempore in mari *Indico* spirarit, quo, apud *Ægyptios Alexandrinos*, Mediterranei Maris, qui ab *alio* tamen Cœli *cardine* spirabant, *Etesiæ*. Inde *ventus* ille nomen accepit *Hippali*, ut legitur apud *Plinium* hodiernum. Legatio illa *prima* primis fuerit fortasse *Claudii* temporibus, quæ desiderantur apud *Tacitum*. Potuitque adeo & illa quoque *maritimi* itineris exploratio ab *Hippalo* Nauclero, ipsa quoque in *Claudii* tempora quadrare. Facit ut ita rem fuisse suspicemur, quod *Hippali* mentionem nullam reperiamus inter Auctores, è quibus Librum illum *Plinius* excerpserit, sed tantummodo *Claudii*. Satis enim consentaneum est, susceptum auspiciis *suis* cursum maritimum integrum, qualem illum ab *Hippalo* acceperat, in Libros suos retulisse *Claudium*. Si autem *post Claudium*, compendium illud navigationis reperisset *Hippalus*, certe vel *Hippalum* ipsum, vel sequentem aliquem *Principem*, sub quo navigarat *Hippalus*, inter hujus Libri Auctores retulisset *Plinius*. Certe *Hippali* Personæ conveniunt examussim hujus *Itinerarii* notæ. Nomen ipsum illum *Alexandrinum* fuisse prodit, nec *Romanum* scilicet, nec *Ægyptium*, sed plane *Græcum*, qualia erant *colonorum Macedonum Alexandrinorum*. Recte ergo *Etesias* illos Maris *Erythræi Libonotos* Mediterraneis παρ' ἡμῖν (sic enim loquitur) *Etesiis* opponit, quibus *Nili* incrementum Veteres tribuebant. Nec opus erat cur aliam causam comminisceretur *Salmasius*. *Alexandrinorum* enim, ex ipsis *Itinerariis*, quæ ab ipsa *Alexandria* mansiones arcessunt, omne illud cum *India* constat fuisse commercium, ad *Nili* ostia sitorum. Idem exinde colligitur, quod *tempestates* navigationi idoneas Itinerarii Auctor *mensium* nominibus designarit *Ægyptiis* quidem, non tamen *Ægyptiorum indigenarum*, sed *colonorum Alexandrinorum*: *fixis* nimirum, non *vagis* (ut volebat *Harduinus*) atque *mobilibus*. Nec enim alii usibus *Nauclerorum* futurorum inservire poterant, nec cum mensibus *Romanis Solaribus* com-

1 Peripl. p. 32.

poni

poni (penes quos ipſorum *Alexandrinorum* erat Imperium) ut à *Romanis* mercatoribus *fixæ* illæ navigandi *tempeſtates* intelligerentur. Componit autem cum *Romanis* menſibus menſes illos *Alexandrinos*, non *Peripli* Auctor ſolus, verumetiam ipſe *Plinius*. Sed non pariter incipiebant atque deſinebant menſes *Romani* atque *Alexandrini*, etiam *fixi*. Inde factum, ut cum *duobus* menſibus *Romanis* contendi potuerit menſis quilibet *Alexandrinus*: alio, quo non quidem *incipiebat* menſis *Alexandrinus*, ſed cum quo tamen *pars* ejus longe *maxima* concurreret; alio autem quo *incipiebat*. Priori modo ſupputat Auctor *Peripli*, apud quem *Thoth Septembri*, *Tybi Januario*, *Epiphi Julio* reſpondet. Quod ſcilicet *Thoth Auguſto* cœptus, paucis tamen admodum diebus exceptis, cum *Septembri* concurrerit, & ſic in reliquis. Eſtque ſane hic modus comparandi longe *accuratior*, magiſque idoneus qui ab ipſis uſurparetur *Alexandrinis*, tam *Romanis*, quam *Ægyptiis*. Et magis adeo idoneus qui ab ipſo *Hippalo*, & à *Peripli* Auctore, adhiberetur, quem fuiſſe ſuſpicamur *Alexandrinum*. Poſteriori modo *Plinius* menſes *Alexandrinos* cum *Romanis* conferendos cenſuit, non quibus *maxima* ſui *parte* concurrerint, ſed quibus *cœperint*, quod fugit tamen Cl. *Harduinum*. Sic enim *Tybi* cum *Romano* contendit *Decembri*, *Mechir* autem cum *Januario*. Quod ſcilicet *Tybi Alexandrinus Romano Decembri* ſemper *inierit*, ſed *deſinente*; *Mechir* autem *inierit Januario*, ſed ſimiliter ipſo quoque *deſinente*. Sic enim ipſe (cui accurata menſium *Alexandrinorum initia* non erant explorata) cautiſſime ſe proceſſurum credidit, ſi menſes *Alexandrinos integros* menſibus *Romanis*, quibus *inierint*, *integris* compoſuiſſet. Graviſſimo, ut ex hoc ipſo loco conſtat, *errore*. Male enim *Mechiris* diem *ſextum* intra *Idus* concludit *Januarias*: quaſi nimirum, quia *Januario Romano* cœpit *Mechir*, proinde *ſextus* dies *Mechir ſexto* reſpondiſſet diei *Januarii*. Ita certe videtur ſenſiſſe *Plinius*, cum intra *Idus Januarias ſextum Mechiris* fuiſſe colligit, quod à *ſexto Januarii* die *Idus* numerari ſolerent, pro more *Romano*. Par huic exemplum erat cum *menſes* eoſdem *Romanos* nunc *Signis* tribuerent Veteres quæ menſe deſignato *inirentur*, nunc viceverſa illis quæ eodem menſe fuiſſent *expleta*.

§. 17. Habet noſter alia *Hippalo*, ipſoque *Plinio* recentiora.

Hauſit ergo multa noſter ex his *Claudio* coævis originibus. Habet tamen & alia illis originibus *recentiora*, quæ illum *Plinio* juniorem fuiſſe vincant. *Portus*, unde cœperint navigationes *Indicæ*, numerat [1] *Plinius* tantummodo duos: *Ocelim* & *Cauen*, utrumque in *Arabia*. Alium habet inter eos *medium* Auctor *Peripli* in *Arabia*, qui ipſe proprio quodam no-

[1] *Plin*. N. H. VI. 23.

mine [1] *Arabiæ felicis* fuerit appellatus, cujus nulla prorſus mentio apud *Plinium*. Et tamen uſum ejus frequentiſſimum fuiſſe teſtatur antea quam à *Cæſare* vaſtaretur. Facile vel inde colligimus *juniorem Plinio* illum fuiſſe *Cæſarem*, qui *portum* hunc florentiſſimum è *felici deſertum* fecerit, qui tamen, ſcribente *Plinio*, ne quidem *felix* eſſe cœperit. Addit [2] *Peripli* noſtri Auctor alium, in ipſa *Africa*, portum, *Aromatum*, in *cognomine* ſitum *promontorio*, cujus vel uſum *Plinio* juniorem fuiſſe veriſimillimum eſt. Et ſane *aliter* ſcribit hujus *Peripli* Auctor quam in Periplo *Euxini* Maris *Arrianus*. In *Euxini* Maris *Periplo* partes habuit Auctor in navigatione præcipuas, reſque adeo prodit ſibi exploratas, nec aliena fide nitentes, ut jam ſupra obſervavimus. Noſter è contra Maris *Erythræi* deſcriptor ita loquitur, quaſi qui nihil fide *ſua*, ſed *aliena* fide narraret omnia. Non eſſet ergo cur miraremur, ſi, qui ſua è fide collegerit *aliena*, notas temporis habuiſſet à *ſuis* (quibus vixit ipſe) temporibus *alienas*. Sed nihil eſt neceſſe ut, hac in cauſa, eo confugiamus.

§. 18. *Ceprobotis* & *Pandionis* nomina in *Regnis* illis fuiſſe videntur *hereditaria*.

Jam enim ſupra obſervavimus, ſolenne fuiſſe apud *Indos*, ut ditionum earundem *Reges* eodem *nomine* appellarentur. Sic potuit tam *Plinius* quam *noſter* coævos ſibi habere *Ceprobotes* atque *Pandionas*, nec tamen propterea *ſibi* invicem fuiſſe *coævi*. Prævidit hoc *Salmaſius*. Non vidit autem quæ jam diximus de recepto apud *Indos* more. Opponit tamen quæ habet noſter de *Callienes* Regibus, *Saragano ſeniore* atque *Sandace*, multiſque aliis Regibus proprio quibuſque *nomine* hoc opere memoratis. Maxime autem ad cauſam illius fecit hoc exemplum, quo diverſa habemus *nomina deceſſoris* atque *ſucceſſoris*. Sed ad aliam ſpectat *ditionem*, non autem has *Ceprobotis* atque *Pandionis*. Poterantque apud *Indos* diverſi fuiſſe *mores*. Nec ſane loco illo quo *portus* erat *Callienes Regnum* aliquod reperimus apud *Ptolemæum noſtrumve*, aut *Regiam* à *Rege* denominatam. Et tamen in ipſis illis locis, quibus *hereditaria* erant *Regum* nomina, propria illos ἐκ γενετῆς *nomina* retinuiſſe vidimus. Sic erat *Sandrocottus Palibothrus* ad quem venerit *Megaſthenes*. Sic *Mophis*, vel *Omphis*, quem *Taxilorum* corona ornavit *Alexander* Magnus. Atque his *Natalium nominibus* additis *ſecreverunt* invicem, ni fallor, *Indi* Reges ſuos earundem ditionum *cognomines*. Erat enim plane neceſſarium ut *Regum* etiam *cognominum* geſta nihilominus invicem *ſecernerentur*. Poterant ergo is quoque *Saraganus* atque *Sandaces*, præter nomina *natalitia*, aliud tamen habere *Imperii* ditioniſque *commune* nomen. Noſter autem voluit illos invicem *diſtinguere*, quod *Natalitiis nominibus* erat faciendum.

1 Peripl. p. 14. 2 Peripl. p. 7. 8

§. 19. Ita ni fuisset, *Pandion* certe non *Plinii* vixerit temporibus, sed *Augusti*.

Si autem à *Natalitiis*, non vero *hereditariis*, Regum *nominibus* appellatæ fuerint illæ *ditiones*; male pro concesso sumit *Salmasius*, Reges illos fuisse coævos. Fuerit enim *Plini* tempore *Ceprobotes*, non tamen fuit certe is *Pandion*, à quo Regnum *Pandionis* in *India* appellabatur. Hic enim certe legatos ad ipsum misit *Augustum*. Ita [1] *Græca Eusebiana Scaligeri*. Τότε δὲ Πανδίων ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς ἐπικηρυκεύσατο φίλος Αὐγούστου γενέσθαι, καὶ σύμμαχος. Utinam indicasset *Scaliger* unde hæc & reliqua quoque omnia hauserit, quæ ipse venditat pro *Eusebianis*. Ne autem de his dubitemus, facit testis *Eusebio* ipso quantumvis *genuino* major *Strabo*. Ejus hæc sunt verba in hanc sententiam disertissima: [2] Καὶ ἐκεῖθεν δὲ ἀφ' ἑνὸς τόπου καὶ παρ' ἑνὸς βασιλέως Πανδίονος καὶ ἄλλου Πώρου, ἧκεν ὡς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν δῶρα καὶ πρεσβεῖα, καὶ ὁ κατακαύσας ἑαυτὸν Ἀθήνησι σοφιστὴς Ἰνδός· καθάπερ καὶ ὁ Κάλανος Ἀλεξάνδρῳ τὴν τοιαύτην θέαν ἐπιδειξάμενος. Firmat hæc præterea *Templum* illud *Augusti*, cujus meminit è Tabula *Peutingerana Salmasius*, quod certe longe ab eo loco distare non potuit, quo Regnum illud *Pandionis* à *Veteribus* collocatur. Et quidem *duplex* erat illa ad *Augustum* legatio, cujus utriusque *tempus* habemus exploratum. Prior Bello *Cantabrico*, quam *Tarracone Augustus* accepit, teste [3] *Orosio*. Nempe anno post cædem *Julii* XVIII°, ut vult *Hieronymus* potius quam *Eusebius* in Chronico *Eusebiano*. Is erat *Varr*. 728. Nec sane id incommode. nam VIII^m *Consulatum*, quem gessit anno illo 728, & IX^m, quem sequenti anno gessit 729, *Tarracone* illum *inivisse* docet [4] *Suetonius*. Mense ergo *Januario Tarracone* hyemavit, & in *hibernis* legationem illam ab *Indis* accepit. *Secundam* deinde legationem anno *Varr*. 734 assignat [5] *Dio*, quo tempore *Sami* hyemavit *Augustus*. Hos vidit, ni fallor, legatos *Nicolaus Damascenus Antiochiæ*, (*Samum*, ut videtur, petentes) teste [6] *Strabone*. Multis autem antea, quam nasceretur *Plinius*, annis, *utraque* illa erat legatio, & multis proinde illo *annis* antiquius erat *Regnum* illud *Pandionis*. Quare si *unicus* fuerit *Pandion*, necessario emendandus erit locus *Plinii*, & pro [7] *Ibi regnat Pandion*, reponendum, vel *Ibi regnavit Pandion*, vel, *Ibi regna Pandionis*. Nihil certe ibi habet de *tempore* quo illa *prodebat*, ut in causa *Ceprobotis*. Sed magis eò propendeo, ut *hereditarium* fuerit illius *Regni* nomen, nec proinde *temporis* certi nota sit, quod satis erit ad convellendum Argumentum *invincibile Salmasii*.

1 *Eus*. Chr Gr. Ed. Amst. p. 75. 2 *Strab*. Geogr. L. XV. p. 686. 3 *Oros*. VI. 21. 4 *Suet*. Aug. 25. 5 *Dio* L. LIV. 6 *Strab*. L. XV. p. 719. 7 *Plin*. L. VI. 23.

DISSERTATIO QUINTA.

De *ætate* Epicteti *atque* Arriani, *conscriptique ab* Arriano *Peripli Maris* Euxini &c.

§. 1. Sub *exitum Hadriani* de Mari *Euxino* scripsit *Arrianus*.

SCripseram quidem de hoc Maris *Euxini Periplo* nonnulla, cum de Periplo Maris agerem *Erythræi*: sed pro *modo* quem concessit nata in *alieno* Opere occasio. Jam paulo agam accuratius. Sub *Hadriano* scriptum fuisse docet ipse titulus. Sed propius *initio* Hadriani scriptum tum arbitrabar, quod quidem *Reges* harum partium finitimi à *Trajano* dati etiamnum essent in *vivis*. *Unicus* autem is erat, quem memoravit *Arrianus*, Rex *Apsilarum* [1] *Julianus* à *Trajano* designatus; [2] plures autem idem refert, quos fecerit *Hadrianus*. Et *Trajani* Imperio *exeunte* factos fuisse verisimillimum est, quos ille *Reges* dedit, cum jam *victoriæ* illius in *Oriente* fecissent ut *vicini*, & tam *Parthis* quam *Romanis* finitimi, à *Romanis* diademata libentius quam à *Parthis* acciperent. Antea certe causam *Trajano* Belli in *Parthos* dedit, quod *Armenia* à *Parthis* Regem accepisset. Tum ergo vel *inde* vincitur, nondum *Romanorum* tantum in his partibus fuisse *terrorem*: proinde *multos* ab *Hadriani initio* annos elapsos esse necesse est, cum jam *plures* essent ab eo, quam à *Trajano*, Reges.

§. 2. *Arrianus*, cum hæc scriberet, *Provinciam* habebat *Cappadociam*.

Erat autem certe *Arrianus* ipse, cum hæc scriberet, in *Imperio*, & *gladii* jure ornatus. Hoc indicant *militum* sub eo [3] *exercitia*, & ab eodem soluta [4] *stipendia*: hoc etiam [5] *navium* ab eodem assignatæ *stationes*: hoc [6] *munitionum* illa, quam profitetur, cura: hoc etiam rei [7] *annonariæ*: hoc quod *Sannos* tributa recusantes à se [8] *exterminandos* minatur, ni pactis starent, fidemque à se obligatam liberarent: hoc denique quod [9] *aras* à se in Provincia positas fuisse doceat, & quod [10] *statuas* in honorem Principis dedicandas ad se mit-

1 Peripl. p. 12. 2 P. 12. 19. 3 P. 3. 11. 4 P. 6. 11. 5 P. 5. 6 P. 6. 9. 10. 7 P. 6. 8 P. 11. 9 P. 2. 10 P. 2.

tendas

tendas esse moneat. Nec sane oram Ponti *Euxini universam* à se lustratam obtendit, sed à *Trapezunte* tantummodo ad *Dioscuriada*, quæ etiam *Sebastopolis* fuerit appellata. Aliam omnem oram inde ad *Bosporum Cimmerium*; rursusque inde ad *Byzantium*, *Bosporumque Thracium*, non *sua* fide narrat, sed *aliena*. Et ne quidem à *Bosporo Thracio* ad *Trapezuntem* oram innuit à se fuisse *navigatam*. Cur ita, quæso, si Pontum *Euxinum universum* auspiciis *Hadriani* lustrandum suscepisset? Cur ita, inquam, si *classis* potestatem *alibi* habuisset quam in suæ *Provinciæ* ora tantummodo *maritima*? Cur denique à *Trapezunte* Periplum hujus *Maris* inciperet, quem alii plerique à *Bosporo* potius incipiunt *Thracio*, nisi quia ab illo demum portu usque ad *Dioscuriada* terræ pariter ac *maris* potestatem habuisset? Obnoxios sibi in hac omni *ora* fuisse *milites* ipse indicat. Abruptum hoc, quod à *Trapezunte* petebatur, exordium credebat *Stuckius*: quod scilicet, non occurrerit, hos *Provinciæ*, cui præerat *Arrianus*, fuisse *limites*. Facilis autem erat *universi Peripli* occasio, cum jus rei *Nauticæ* eousque ipse, pro *Provinciæ* jure teneret, si *reliquas Euxini* Maris *oras* sigillatim, *aliorumque* fide narratas, adjunxerit. Certe *Flavium Arrianum* sub *Hadriano Cappadociæ* præfuisse testatur [1] *Dio*, quem alium à nostro non fuisse verisimillimum est: nam *Trapezuntem* nunc *Ponto* [2] *Cappadocio*, nunc [3] *Cappadociæ* ipsi accensuit *Ptolemæus*, qui *proximus* nostri temporibus vixit *Arriani*. Itaque hoc *Seculo* ad Pontum usque *Euxinum* pertigit, *Pontique* regionem complexa est *Cappadocia*, & *Tibarenìam* & *Colchida* usque ad Urbem, quam dixi, *Dioscuriada*. *Pontum* sæpe Provinciam suam ipse appellat *Arrianus*, p. 4, 5. In eo *Ptolemæo* consentaneus, qui *Pontum* appellat *Cappadocium*. Sic autem scribit de *Athenis*: Ἔστι γάρ τοι καὶ ἐν Πόντῳ Εὐξείνῳ χωρίον οὕτω ὠνομασμένον. De *Regione* loquitur, quæ *Ponti* nomine veniebat, non de *Mari*. Idem paulo postea dicit *ventum*, qui in *Ponto Thrascias* appellabatur, in *Græcia Scironem* esse appellatum. Ait denique lignorum ναυπηγησίμων ἀφθονίαν fuisse κατὰ τὸν Πόντον: propter navis quam passus fuerat jacturam. De *sua* utique rursus intelligendus *Provincia*. Nam eousque jam pertigisse vidimus provinciam *Arriani*. Hos autem hujus Provinciæ *limites* Trajani *victoriis* debebant, ut existimo, *Romani*. *Colchos* certe ab eo subactos referunt *Rufus Festus* & *Eutropius*. *Seculi* ergo saltem, quo hæc gesserit *Arrianus*, notam in his ipsis *Provinciæ* hujus *finibus* tenebimus.

1 *Dio* L. LXIX. 2 *Ptolem.* Geogr. L. VI. c. 6. 3 *Ptolem.* Geogr. L. VIII. *Asiæ* Tab. I.

§. 3. *Cappadociæ* anno *Hadriani* XXº præerat *Arrianus.*

Tempus autem quo hanc *Provinciam* his *limitibus* circumscriptam tenuit *Arrianus*, ex ejusdem *Tacticis*, ni fallor, colligemus. Scripsit illa anno *Hadriani* XXº. [1] ἐς τήνδε, inquit, τὴν παροῦσαν βασιλείαν, ἣν Ἀδριανὸς εἰκοστὸν τοῦτ' ἔτος βασιλεύει. Verba ejus Imperium *Hadriani* designare videntur post *obitum Trajani.* Nam inde artem, de qua ibi loquitur *Arrianus*, *militarem* excoluit *Hadrianus.* Cœpit annus ille *Hadriani* XXmus anno Æræ nostræ *Christianæ* 136, *Aug.* XIº. Desiit autem anno ejusdem Æræ *Christ.* 137, *Aug.* XIº Medio autem tempore se ad scribendum de re *militari* accinxit *Arrianus*, cum jus *gladii* esset à Principe consecutus. Convenit cum nobis *Arriani Dioniani* hæc etiam nota accuratissime. Confecto Bello *Judaïco* (nempe cum *Barcochebа*) Bellum *Alanorum* à *Pharasmane* motum tradit [2] *Dio.* Qui idem addit, terrore *Flavii Arriani* fuisse repressos, qui tum *Cappadociæ* præerat. *Cœpit* Bellum illud in *Barcochebam* anno *Hadriani* XVIIº, si Chronico *Eusebiano* fides. Ἡκμασεν anno ejusdem Principis XVIIIº, teste meliore, illisque temporibus propinquiore, [3] *Aristone Pellæo.* Si tum fuerit illud in ἀκμῇ Bellum; sequenti certe, qui annus erat *Hadriani* XIXus, *debellatum* fuisse consentaneum est. Ita videmus quam apte motus illi *Alanorum*, & proinde *Præfectura* etiam *Arriani*, ad annum referantur *Hadriani* XXm. Scripsit *Arrianus Alanica*, teste [4] *Photio.* Hujus nimirum *Belli*, ut videtur, occasione. Et fragmentum illius Operis habemus hodieque de *acie* illa qua *Alanos* ad Pacem terruit *Arrianus*. *Arrianum* enim *ipsum* illius aciei fuisse ducem [5] mox ostendemus. Nec ultra *terrorem* processisse docuit, ut vidimus, ipse *Dio.* Porro eundem illum, qui *Alanos* ad Bellum concitavit, *Pharasmanem* in vicinia sua *Zydritis* imperasse, cum de Mari hæc *Euxino* commentaretur, idem testatur [6] *Arrianus.* Nihil ergo est cur dubitemus quin idem fuerit *Arrianus*, qui & *Cappadociam* moderatus fuerit, & *Bellum* gesserit in *Alanos*, & qui *Tactica* scripserit, & de Mari etiam *Euxino.* Addit *Dio Massagetas* fuisse hos, cum quibus res *Arriano* fuerit, *Alanos.* Fieri potest ut hoc quoque fuerit utcunque verum. At in illius Seculi Geographia *novum* fuisse suspicor, quod aut *iidem* haberentur cum *Massagetis Alani*, aut *sedes* tenuerint huic *Arriani Cappadociæ* propinquas. *Albanos* appellat, ut videtur, è *Dione Zonaras.* Estque sane in his partibus *Albanorum* nomen, quam *Alanorum*, longe notius. Antiquitus omnes invicem *diversissimos* fuisse constat è veteribus, tam *Al-*

1 *Tactic.* fin. 2 *Dio*, ubi supra. 3 Ap *Euseb.* H. E. IV. 6. 4 *Phot.* Cod. LVIII. 5 §. 6. 6 P. 11.

nos

nos, quam *Albanos*, quam etiam *Massagetas*: imo ne *sedium* aliqua *propinquitate* conjunctos. Quod ergo tandem coaluerint, inde factum arbitror, quod *Massagetarum ultimi* in *has* sedes translati ab *Albanis* victi in *nomen* pariter *ditionemque* victorum transierint. Constat enim certe jamdiu intercidisse nomen *Massagetarum*. Et cum in *Albanorum* nomen deinde concessissent, facilis inde error erat, ut iidem *Alanorum* nomine intelligerentur: eorum scilicet qui *Albanos Asiaticos* non satis accurate ab *Europæis* distinxerunt *Alanis*. Hæc tamen obiter.

§. 4. *Initio* Præfecturæ ante Bellum cum *Alanis*, ann. *Chr.* 137, hunc *Periplum* scripsit *Arrianus*.

Cæterum *initio* gestæ à se Provinciæ hæc scripsit *Arrianus*. Cum nempe *primas* redderet Provinciæ à se administratæ (pro recepto officii munere) *rationes*. Ad illud certe *munus* spectare videntur *γράμματα*, quorum toties meminit, [1] *Ῥωμαϊκά*. Hoc enim exigebat ipsa Imperii *Romani* Majestas, ut ne alia *lingua*, quam *Romana*, conciperentur *formæ* omnes *rationum* solennes & legitimæ, seu *Principi* essent, seu *Senatui*, reddendæ, *Archivisque* publicis recondendæ: his nempe *Hadriani* temporibus, cum nondum in *Romanam* Civitatem recepti essent vel *Romani* Imperii cives *Græci*, quod postea factum à *Caracalla*; nec *novi* jam *Imperii* caput esset Urbs *Byzantina*, ipsa quoque olim stirpe *Græca*. *Literis* ergo *Romanis*, quæ *scriniis* Principis recondendæ erant, multo liberius de *arcanis* Hadriani *mandatis* se egisse ipse indicat *Arrianus*. Plane, ut decuit in *arcanis Imperii*. Nec in *literis Romanis* quicquam à Provinciæ *rationibus* alienum fuisse verisimile est. In illis itaque soli *Provinciæ* Paraplo locum fuisse consentaneum est, à *Trapezunte* scilicet usque ad *Dioscuriada*. Alibi certe nuspiam *literarum* occurrit vel mentio *Romanarum*. Si quid præterea ad illas literas accesserit, illud fortasse fuerit, ut *Provinciæ* suæ Paraplum à *Dioscuriade* ad *Bosporum* continuarit *Cimmerium*. Est enim sane ratio *Politica* cur eousque iter *maritimum* descripserit, siquam forte novam Expeditionem eò meditaretur *Hadrianus*, propter *mortem*, quæ nuper [2] contigerat, *Cotyos* Regis *Bosporani*: de qua propterea monendum duxit, pro officii ratione, *Hadrianum*. Suspicor ergo inter *Regna* Imperii Romani *adsignata* hoc tempore accensitum fuisse Regnum *Bosporanum*. Erat certe ætate etiam *Strabonis*. Illius verba sunt: Καὶ νῦν ὑπὸ τοῖς τῶν Βοσπορανῶν βασιλεῦσιν, οὓς Ῥωμαῖοι καθιστᾶσιν, ἅπαντά ἐστι. L. VII. p. 312. Inde similia monita de Rege *Bosporano* sub *Trajano* legimus, *Bithyniam* tenente *Plinio* juniore. L. X. Ep. 13, 14, 15. A *Byzantio* ad *Trapezuntem* Paraplum addiderit fortasse quem obierit ipse cum in Provinciam *veniret*. Id si verum; à *Roma* venerit, fueritque adeo

1 P. 6. 10. 2 P. 18.

Hadrianus

Hadrianus ipse in *Italia*, cum mitteret *Arrianum*. Quod sane anno Imperii xx° verisimillimum est, cum de successore *Ælio Vero* ageret *Hadrianus*. Obstabat enim causa illa ne pedem ipse ex *Italia* moveret. Reliquum Paraplum à Bosporo *Cimmerio* ad *Thraciam* non video cur addiderit *Arrianus*, nisi ut Maris illius *Euxini universi Periplum* absolveret. *Nuperum* autem illius in *Provinciam* appulsum indicat *itinerum* illa tam accurata descriptio, quæ adeo opportuna non fuisset, si jam itineribus illis aliquandiu *assuevisset*. Sic enim sua etiam in Provinciam *itinera nuper peracta* descripsit *Cicero*. Sunt & alia quæ *nuperum Arriani*, cum hæc scriberet, *appulsum* fuisse doceant. *Sannas* ait *olim* fuisse *tributarios*, tunc autem latrociniis intentos solutionem *neglexisse*; se autem operam daturum, ut vel solutionem præstarent, vel è sedibus [1] pellerentur. Hæc ad suam ipse *contumeliam*, si, *se* gubernacula tenente, officio defuissent. Meminit etiam [2] *Pharasmanis*: sed nulla adhuc de eo *suspicio*. *Alanorum* autem ne meminit quidem. Inde facile colligimus, *nullos* adhuc eorum fuisse *motus*. Cavet enim noster ne quid *Hadrianum* celaret, quod Reipublicæ, si nesciretur, perniciem afferre posset. Inde tempestiva illa monitio de morte *Cotyos*. Recte ergo, ni fallor, *Arriani* adventum ad annum Æræ nostræ *Christianæ* 136m *exeuntem* retulerimus, quo prædictum de re *Militari* commentarium ipse scripserit, cum primum *gladii* jus acciperet, nullo adhuc *hostis* manifesti *metu*. Aliter fuisset, *hostium* mentio facienda erat, & disciplinæ eorum *Militaris*, cum quibus rem gesturus erat. *Medio* enim anno *Roma* discedebant plerumque Provinciarum *Præsides*, ut è Legibus [3] *Claudii* de eorum discessu satis apparet. Ita necesse erat ut anno *Juliano exeunte* in Provincias remotas, quales erant hæ, de quibus agimus, *Asiaticæ*, venirent. Sub *Trajano* [4] *Plinius* xv Kal. *Octobris* venit in *Bithyniam*, quæ tamen propius aberat à *Roma* quam nostri *Arriani* Provincia *Cappadocia*. Itaque si anno 137° *Augusti* diem xim superasset *Arrianus* antea quam in Provinciam appelleret, sic annus fuisset *Hadriani* non jam xxus, sed xxius. Quare anno Æræ nostræ venerit oportet 136. Illum enim certe diem elapsum esse cum veniret, ipse innuit. Narrat enim, cum Provinciam præternavigaret, [5] *procellas* magnas. Et tamen nondum ὥραν ἔτους fuisse indicat, qua naves essent in portus subducendæ. Cæterum non longe illam abfuisse ipso facto docuit, quod primo quoque tempore illas in portus subduxerit, [6] πρὶν παντάπασιν ἀγριωθῆναι τὴν θάλασσαν. Facile inde intelligimus paulo illum ante *Maris claudendi* tempus eo appulisse. Quod sane cum xx° *Hadriani* anno concurrere non

1 P. 11. 2 P. 11. 3 *Dio* L. LX. 4 *Plin.* L. X. Ep. 28. 5 P. 4. 6 P. 5.

potuit

potuit alio *Æræ* nostræ *Christianæ* anno quam 136°. Proximo ergo anno 137° eruperit seditio *Alanorum*, concitante *Pharasmane*: ita scilicet, ut *Romæ* hoc nomine sub *Hadriano* accusatus [1] fuerit ipse *Pharasmanes*: ita ut ab *Hadriano Romam* invitatus ipse tamen sibi *conscius* venire [2] *contemserit*: ita ut vicissim *munera* ab ipso missa contemserit [3] *Hadrianus*: ita denique ut Regulos *alios* qui venerint ita acceperit *Hadrianus* ut [4] *Pharasmanis* recusantis *invidiam* excitarit. Non sunt hæc omnia in limites nimis *angustos* contrahenda. Itaque intervallum aliquod agnoscendum est inter primos *Alanorum* motus mortemque *Hadriani*. Nec tamen *magnum* illud fuisse è *numis* colligo, Nec enim aliò, quam ad hos *Alanorum* motus, *Cappadociæ* mentionem retulerim, quæ in *Numis* occurrit *Hadriani* atque *Pii*, Numi *Hadriani*, qui *Cappadociæ* meminerint, *Consulatu* illius signantur III°, qui ab anno Ær. *Christ*. 119, ad *finem Hadriani* pertigit, annumque *Christi* 138. Numi *Pii Consulatu* ejus II°, qui non ultra annum Æræ nostræ 139, quo *Consulatum* illum gessit, extendendi sunt. Proximo enim anno *Christ*. 140, *Consulatum* suscepit gessitque III^m. Hinc intelligimus ad *finem Hadriani* illud referendum esse *Bellum*, de quo *numi* gratulatorii adhuc *Pii initio* excudebantur.

§. 5. Horum certe *temporum*, & hujus etiam *Principis* indolem referunt quæ hoc in *Periplo* tradit *Arrianus*.

Certe horum *temporum* indolem refert examussim hic, in quo versamur, *Periplus*. Cum *Urbibus* memorat celeberrimas quasque *Mythicorum* temporum *Historias*, & Historiarum, siqua credebantur exstare, etiam *monumenta*. His enim sane, siquis *Princeps* alius, maxime delectabatur *Hadrianus*. Sed & disciplinæ *Militaris* curam profitetur *Arrianus*, quam multis novis *inventis* locupletaverat hic atque excoluerat Imperator. Et sane *Tactica* ad illam ipsam *normam*, quam stabiliverat *Hadrianus*, exegit *Arrianus*, quæ etiam ad [5] *Dionis* tempora *inviolata* permansit. [6] Idem *Urbium* nova memorat tam *munimenta*, quam *ornamenta*, quorum studiosissimum hunc eundem fuisse constat *Hadrianum*. [7] Nescio quisquamne Principum cum eo fuerit, hac in causa, conferendus Et *Peregrinationum* nomine idem Princeps celeberrimus erat, teste [8] *Spartiano*. Talem quoque supponit *Arrianus*. Ait se summa cum voluptate mare *Euxinum* lustrasse ex eodem [9] loco, ὅθενπερ (inquit) καὶ Ξενοφῶν καὶ σύ. Et quo loco de fano *Jovis Urii* [10] loquitur: Ταῦτα μὲν εἰδότι σοὶ λέγω Itaque jam illas quoque Ponti Euxini oras peragraverat Hadrianus. Quod tamen sero tandem fa-

1 *Dio* Excerpt. *Theodos*. 2 *Spart*. Adrian c. 13 3 *Spart*. Adrian. c. 17. 4 *Spart*. Adrian. c. 13. 5 *Dio* L. LXIX 6 *Arrian*. Peripl. Mar. *Euxin* 7 *Dio* & *Spartian*. 8 *Spartian*. Adrian. c. 13. 9 Peripl. *Eux*. p. 1. 10 P. 12.

ctum opinor, cum nulla hujus itineris nota habeatur apud *Spartianum*. Niſi forte hæc ad iter illius per [1] *Aſiam* retulerimus, quo & *ſervitia caſtris profutura à Cappadocibus Arriani* noſtri *ſuſceperit*. *Affectum* ergo *Hadriani* Imperium, vel *præceps* potius, & ad *exitum* vergens, ſupponunt hæ notæ. Cum nempe jam & diſciplinam *Militarem* ad *exitum* perduxiſſet, & Provincias plurimas *itineribus* luſtraviſſet idem *Hadrianus*.

§. 6. *Arrianus* hic *Peripli* Auctor, & Præſes *Cappadociæ*, idem cum Philoſopho *Epicteti* Diſcipulo.

Conveniunt eadem præterea cum temporibus *Arriani*. Erat enim profecto hic *Arrianus* non alius à *Philoſopho*, quem *Epictetæum* appellant Veteres, quod fuerit *Epicteti diſcipulus*. Is enim *Arrianus*, qui *aciem* inſtruxit in *Alanos*, & qui proinde *Cappadociam* Provinciam habuit, in illo ipſo fragmento quod habemus hodieque ſcriptæ ab eo Hiſtoriæ *Alanicæ*, *Xenophon* appellatur. Ὁ δὲ ἡγεμὼν τῆς πάσης (inquit) στρατιᾶς Ξενοφῶν. Et poſtea: Οἱ δὲ ἐπίλεκτοι ἱππεῖς ἀμφ' αὐτὸν Ξενοφῶντα ἑστώσαν &c. Sed quis ille fuerit *Xenophon*, non videntur obſervaſſe fragmenti Editores: nedum, ipſum fuiſſe *Arrianum*. Et tamen nomine νέου Ξενοφῶντος, ſeu *Xenophontis junioris*, appellatum fuiſſe omnes ſciunt: non item illud, hoc nomine *ipſum* delectatum fuiſſe *Arrianum*, nec alio libentius appellari voluiſſe. Ut proinde quoties in illius Scriptis *Xenophontis* nomen ſimpliciter occurrit, non alius ab *ipſo* intelligendus ſit *Arriano*. Hoc tamen veriſſimum eſſe ex aliis ejuſdem Scriptis manifeſtum eſt. In Libro de *Venatione*, de *Xenophonte Grylli* filio facta mentione, ipſe mox de ſe ita ſubjungit: [2] Ταῦτα λέξων ὁμώνυμός τε ὢν αὐτῷ, καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς, καὶ ἀμφὶ ταὐτὰ ἀπὸ νέου ἐσπουδακὼς, κυνηγέσια, καὶ στρατηγίαν, καὶ σοφίαν. Hinc intelligimus ab *ipſo* nomen hoc eſſe affectatum; & cur affectarit, etiam *rationem*. Quod etiam ipſe pariter ac *major* ille *Xenophon*, in vita δραστικῇ & πραγματικῇ præfecerit, & ſub profeſſione *Philoſophiæ* peritiſſimus fuerit *Imperator*. Sic enim de *Xenophonte ſeniore* [3] *Laërtius*: Καὶ δὴ καὶ φίλιππος καὶ φιλοκυνήγης καὶ τακτικός. Sic & alibi, cum de *Xenophonte antiquo* ſermo eſſet, [4] οὐ ξύμφημι, ait, τῷ ἐμαυτοῦ ὁμωνύμῳ. Idem *canis* ſuæ *nomen* deſignandum cenſuit, [5] ὡς καὶ ἐς ὕστερον ἀπολελεῖφθαι αὐτῆς. ὅτι ἦν ἄρα Ξενοφῶντι τῷ Ἀθηναίῳ κύων, Ὁρμὴ ὄνομα, ὠκυτάτη καὶ σοφωτάτη, καὶ ἱερωτάτη. Hic etiam [6] *Xenophontem ſeniorem* imitatus eſt, cui *canis* erat, cujus & *nomen* traditur *Hippocentaurus*. Sed Stoico magis placuit nomen Ὁρμῆς, qui *Epicteti* tam multa ſervavit de ὁρμαῖς & ἀφορμαῖς, *vocibus* in diſciplina *Stoicorum* decantatiſſimis. Favebat præterea, quod in receptis *canum* nominibus, ipſo quo-

1 *Spartian.* Adrian c. 13. 2 *Arrian.* de Venat c. 1. 3 *Laërt.* L. II. n. 56. 4 De Ven. c. 17. 5 De Ven. c. 5. 6 *Pollux* Onomaſt. L. V. c. 5. n. 2.

que

que teste [1] *Arriano*, locum habuerit Ὁρμή. Inde factum ut *Argumenta* pleraque delegerit cum illo quoque *seniore Xenophonte* communia, cujus *nomen* affectabat. Scripsit *Cyri* junioris Ἀνάβασιν *Xenophon Socraticus*. Et *Alexandri* similiter Ἀνάβασιν scripsit *Xenophon Epicteteus*. Congessit *Socratis Memorabilia Grylli* filius. Et Præceptoris *Epicteti* similiter Colloquia scriptis mandavit *Arrianus*. Scripsit uterque de *Venatione*. Sic tamen ut quæ deerant in *Socratico* suppleverit [2] *Arrianus*. Erat præterea Τακτικὸς superior ille *Xenophon*, ut modo vidimus è *Laërtio*. Proinde Τακτικὴν Personæ, quam susceperat, *junioris Xenophontis* congruam judicavit *Arrianus*. *Primum* præterea *Philosophorum* fuisse, qui *Historiam* scripserit, *Xenophontem* observavit [3] *Laërtius*. De Ἑλληνικοῖς præcipue, ut videtur, intelligendus. Inde *cognati Argumenti* tot nostri quoque *Arriani* Libri, Ἀλανικῶν, Βιθυνιακῶν, Παρθικῶν, Ἰνδικῶν. Hinc *loca*, quorum meminerat *antiquior* ille *Xenophon*, observavit in *Periplo Arrianus*, captatque omnes *illius* memorandi occasiones. Sic tamen ut, quoties illum *nominandum* censuit, fere aliquid adjunxerit, quo à *se* alius fuisse nosceretur. Nempe illum τὸν Γρύλλου, τὸν πάλαι, τὸν πρεσβύτερον appellat. Non ita, ut videtur, appellaturus, nisi ut à *juniori Xenophonte* alio *Atheniensi* alius fuisse intelligeretur, nempe à *seipso*. Sic loquitur in *Tacticis*: sic in Libro de *Venatione*: sic in *Periplo*. Est ergo horum omnium *Auctor* idem cum præfecto *Cappadociæ*, & cum *Arriano Epicteteo*. Alius autem ab [4] *Arriano Maturio Plinii* junioris amico *Altinati*. Erat enim tunc *temporis* extra *Italiam*, *Nicopoli*, in disciplina *Epicteti Arrianus* noster *Epicteteus*, cum in ipsa fuerit *Italia Arrianus* ille, cum quo *literarium* habuit commercium junior ille *Plinius*, ipse quoque tum similiter in *Italia*.

§. 7. Prima *Arriani* Scripta de *Epicteto*, paulo post mortem *Epicteti*.

Itaque, cum *Arrianum* hujus Scripti *Auctorem* teneamus; Age, jam *ætatem* illius constituamus paulo magis, quam sit hactenus factum, accurate. Prima autem illius Scripta omnia erant de Præceptore *Epicteto*. Primæ omnium videntur fuisse *Dissertationes*, quæ eo *invito* pariter ac *nescio* in vulgus emanaverant, tandem ab *ipso* emissæ & *L. Gellio* inscriptæ. Ex his deinceps ipse collegit *Enchiridion*. Denique & illa edidit de Præceptoris *vita*, quæ docet illum edidisse [5] *Simplicius*. *Dissertationes* collegit in *memoriæ* suæ subsidium. Ipse ὑπομνήματα appellat, quæ *Xenophon Socraticus* ἀπομνημονεύματα: proinde sermone non elaborato, sed *familiari*, quali usus fuerat, cum dissereret, ipse *Epictetus*. Sic enim magis ipsum repræsentarent *Epictetum*, sic magis vim illam nativam retinerent, quam habebant, dum ex

1 *Arrian.* de Ven. c. 19. 2 *Arr.* de Ven. c. 1. 3 *Laert.* L. II. n. 48. 4 *Plin.* L. III. Ep. 2. 5 *Simplic.* in Epict. Enchirid. init.

ore ejus prodirent, quam tantam fuiſſe dicit, ut [1] *neceſſe eſſet ſic affici auditorem ut eum ipſe affici volebat.* Supponunt, ni fallor, hæc omnia, non *jam* amplius fuiſſe in vivis *Epictetum*, cum illius ὑπομνήματα in animum revocanda eſſent: alioqui *Epicteti* ipſius teſtimonium advocaſſet, qui tantam rerum ab eo auditarum tamque Religioſam fidem præ ſe fert, ut *verba* quoque ipſa pro virili ſua numerarit. Neque tamen à memoria admodum *longinqua* repeti potuit repræſentatio tam accurata *verborum*. Non me tamen fugit *Senecam* patrem *verba* etiam ipſa Oratorum à ſe Adoleſcente auditorum in *Senectute* ſcripſiſſe. Sed prodigioſa erat tanta illa memoriæ felicitas. Suntque præterea alia quæ ſuadeant, nuperiori *Epicteti* memoria hæc mandaviſſe *Arrianum*. Stylum excuſat, quod ſane neceſſarium non fuiſſet, ſi jam alia edidiſſet *ſtyli* ſpecimina, è quibus judicari potuiſſet, quam peritus eſſet *ſtyli* artifex. Ait præterea *Epicteto* nullam, *ſibi* non admodum magnam, fuiſſe de *ſtylo* ſolicitudinem. Quam hæc aliena ſunt à jactantia illa, qua ſe poſtea pro *primario* Græciæ *Scriptore* venditavit, ut nullum habuerit Græcorum *Alexander* M. ſibi in *armis* parem! Verba ejus hæc ſunt: [2] οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις. Produnt *priora* illa animum ab *Epicteti* nupera inſtitutione *modeſtum*, & veræ *Philoſophiæ* profeſſione dignum: poſtrema nimio gloriæ ſtudio *corruptum* tandem atque *degenerem*. Edidit ergo has *primitias* ſuas *Arrianus*, paulo poſt *mortem* Præceptoris *Epicteti*, cum *primo* Philoſophiæ ſtudio caleſceret.

§. 8. *Scriptis Arriani* recentiores erant ejuſdem *honores*.

Sed vero hanc ipſam *Epocham* incertam fecit *Chronologiæ* his temporibus *obſcuritas*. Si enim [3] *Suidam* audiamus, aut antiquiorem *Suida* [4] *Themiſtium*, ad *Marci* tempora ipſe pervenit *Epictetus*. Quomodo ergo Præfecturam *Cappadociæ* ſub *Hadriano* gerere potuit *Arrianus*? *Honores* enim quos geſſit omnes *Philoſophiæ* ſtudio debebat; *Scriptiſque*, quæ poſt Philoſophiæ *profeſſionem*, imo poſt *Epicteti mortem*, ut vidimus, edidit, pulcherrimis. Διὰ τὴν τῆς παιδείας δεξιότητα, inquit [5] *Suidas*, teſte *Heliconio*, [6] qui ad *Theodoſii* majoris tempora ſeriem temporum deduxit, ipſe proinde ad ea tempora referendus. Διὰ τὸ τῆς παιδείας ἐπίσημον, ait [7] *Photius*. Imo de hoc meliorem hiſce teſtem habemus, ipſum ſcilicet *Arrianum*. Sic enim de *Scriptis* ſuis [8] ipſe: Εμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο. *Patriam* ſcilicet *ſcriptis* debuit, quod ipſe *Bithynus*, civitatiſque *Nicomedienſis*, in civitates *Nicomedia* longe ce-

1 Præf. *Arrian.* ad *L. Gell.* 2 *Arrian.* Exped. *Alexandr.* L. I. 3 *Suid.* Ἐπίκτητ. 4 *Themiſt.* Or. XII. 5 *Suid.* Ἀρριανός. 6 *Suid.* Ἑλικώνιος. 7 *Phot.* Cod. LVIII. 8 *Arrian.* Exp. *Alex.* L. I.

lebriores

lubriores propterea fuisset adscriptus, quod erat sane in viris celebribus, illo Seculo frequentissimum. *Athenienſem* se fuisse profitetur, ut vidimus, in Libro de *Venatione*, ut propterea & nomen *Atticum* etiam assumserit *Xenophontis*. Et *Romanum* fuisse docent *nomen Romanum Flavii Arriani*, & *honores Romani* ab eo gesti, præsertim *Consulatus*, qui non aliorum erant quam civium *Romanorum*. Hanc ergo *civitatem* si *Scriptis* debuerit, vel inde obiter illum alium fuisse colligemus ab *Arriano Pliniano*. Sic enim probabile erit, cum scriberet junior ille *Plinius*, nostrum ne quidem *nomen* habuisse *Arriani*. Ita & γένος & ἀρχὰς similiter Scriptis suis debuerit, *gentem* scilicet *honoresque Senatorios Romanos*. Habuit quidem & in *patria sua*, ut ipse docet, *honores*. Nempe *Sacerdotium Cereris* & *Proserpinæ*, ut nos docet ex illius *Bithynicis Photius*, Cod. XCIII. Sed quos minori loco habuit præ honoribus civitatum adscititiarum. Illos tamen potuit *Eruditioni* debere. Commendabant enim civibus *suis externi* quoque *honores*, ad *munera* quibus alioqui *impares* fuissent pro origine *domestica*. In *Græcis* civitatibus omnibus constat quanto fuerit in pretio nomen *Olympionicis*. Et, cum omnes *Romanis* parerent, summo in loco fuisse certum est *honores* apud *Romanos* ipsos *summos*, nempe *Senatorios*. Ornavit ergo patriam suam *Arrianus* potius quam ab ea ornabatur, si post *Romanos* honores novos alios à *patria* accepisset. Hoc idem fecisse censetur, cum & ipse *honores patrios* capesseret, qui *Arrianum* ornavit, [1] *Hadrianus*. Utcunque tamen, cum honores *Scriptis* debuerit; sequitur sane, cum nondum *Scripta* elaborata lucubrasset, *nondum* illum *honores* consequutum. Post *mortem* autem *Epicteti* Scripta illius accurata fuisse, ni fallor, evicimus. Itaque ejusdem *Epicteti morte honores Arriani* omnes *recentiores* fuisse necesse est. Proinde *ante* annum *Hadriani* XX^m^, quo *Cappadociæ* præerat *Arrianus*, jam *decesserat Epictetus*. *Honorem* enim illum *Arriani* sub *Hadriano* fuisse, melioribus, quam sit *Suidæ* aut *Themistii*, testimoniis evicimus.

§ 9. *Epictetus* sub *Hadriano* mortuus.

Etiam aliunde *Epictetum* sub *Hadriano* obiisse probamus: & quidem è propinquioribus *Epicteto* testimoniis, quam sint ea quæ proferuntur in contrarium. *Epictetum* Hadriano *in summa familiaritate fuisse* testatur [2] *Spartianus*. Loquiturque sane de tempore *Imperantis Hadriani*. Tum enim *familiarem* habuit, quem cum *Epicteto* junxit *Spartianus*, *Heliodorum*, licet *famosissimis* postea *literis Heliodorum lacessiverit Hadrianus*, eodem referente [3] *Spartiano*. Itaque *Hadriani* tempora saltem *Epictetus* attigerit. *Quousque* autem attigerit, ita, ni fallor, colligemus. Alieno ani-

1 *Spartian.* Adr. c. 19. 2 *Spartian.* Adr. c. 16. 3 *Spartian.* Adr. c. 15.

mo erat *Epictetus* à redeundo *Romam*, postquam inde pulsus fuisset Edicto *Domitiani*. Exinde nuspiam illius præterquam *Nicopoli* meminerunt [1] *Arrianus* atque [2] *Gellius*. Itaque in *Græcia Hadrianum* fuisse necesse est, cum in *summa familiaritate Epictetum* haberet. Anno autem Imperii VI° *Atheniensibus leges concessisse è Dracone & Solone petitas* refert *Eusebius* in *Chronico*; VII° etiam dicit eum *Athenis hyemasse*: nempe annis Æræ nostræ *Christianæ* 123, & 124. Hoc ergo tempore *Epictetum familiarem* habuerit *Hadrianus*, seu *Philosophorum* causa *Athenas* venerit *Epictetus*, seu *Epicteti* conveniendi causa ipse potius *Nicopolin* accesserit *Hadrianus*. Vix potuit certe superesse multo serius. Erat enim *Epictetus* ipse [3] *senex*, cum redirent *exsules*, ut videtur, *Domitiani*: anno nimirum Æræ nostræ 97. Tunc enim Reditum Exsulum gratulantur numi. Loquitur autem de ea saltem *Senectute*, qua jam officiis Reipublicæ immunes per [4] *Leges* liberum erat deinceps, si liberet, ut in *otio* viverent & *secessu*. Ait enim majorem se natu *exsulem* ætatis obtentu muneribus Reip. renunciasse, quibus tamen se à Principe invitatus implicuerit. Ætas illa *sexagenaria* erat, citimus *Senectutis* limes, eorum scilicet quos *ὠμογέροντας* Veteres appellabant. Hanc ergo *ætatem* egerit saltem illo etiam anno *Epictetus*. Natus proinde anno Æræ nostræ 37°. Ita annum egerit *ætatis* 87^m^, prædicto *Domini* anno 124°; *ætatis* autem 124^m^, si vel 1^m^ attigerit *Marci* annum, qui *Domini* erat 161us. Nec sane *longe* hunc aberrare calculum exinde colligo: quod cum multa in his ab *Arriano* scriptis Dissertationibus suæ *ætatis* in memoriam revocet *Epictetus*, nihil tamen habeat antiquius *Nerone*, sub eo autem [5] multa. Admodum sane commode, cum pro his nostris rationibus annum egerit *Epictetus*, cum *Nero* succederet, XVII^m^. Ne autem hoc *Epicteto* temere excidisse suspicemur, [6] rursus se paulo postea *γέροντα χωλὸν* appellat.

§. 10. *Mortuus antea quam nasceretur Gellius: qui tamen sub Hadriano natus, floruit etiam sub Pio, temporibus Hadriano proximis.*

Sic etiam de *Epicteto* qui proxima *Epicteti* memoria vixit [7] *Gellius*: *De Epicteto &c. recentior est memoria quam ut scribi quasi obliteratum debuerat*. Certe, cum de *memoria* loquitur *Epicteti*, jam plane *mortuum* supponit: imo *aliquandiu* mortuum, cum *memoriam* ejus ait nondum fuisse *obliteratam*. Prope autem fuisse innuit, ut è *viventium* animis obliteraretur. *Recentem* autem propterea agnoscit, quod etiamnum in *vivis* essent, qui illius *me-*

1 *Arrian.* Epictet L. I. c. 19, 25 L. II. c. 6. L. IV. c. 1. 2 *Gell.* L. XV. c. 11. 3 *Arrian.* Epict. L. I. c. 10. 4 *Senec.* de Brev. vit. *Plin.* L. IV. Ep. 23. è *Varrone Nonius* voce *Sexagenarios*. *Censorin.* de die Nat. c. 14. 5 *Arr.* Epict. L. I. c. 1, 2, 15. II. 16. III. 22. IV. 5. 6 *Arr.* Epict. L. I. c. 16. 7 *Gell.* L. II. c. 18.

minissent

minissent. Quod erat sane verissimum. *Favorinum* enim testem advocat [1] *Gellius* verborum *Epicteti* à se *auditorum*: atque hæc ipsa, uti alia multa, à *Favorino* didicit audivitque ipse *Gellius*. Cæterum ante *Hadrianum* nulla adhuc occurrit, quod quidem sciam, vel mentio *Favorini*. Sub *Hadriano* adeo inclaruit, ut illum *æmulatus* fuerit ipse [2] *Imperator*. Itaque sub *Hadriano Favorinum Epicteto* innotuisse verisimillimum est. Certe *Gellii* ipsius memoria *antiquiorem* fuisse *Epictetum* hæc *Gellii* verba satis evincunt. Ætas enim *Gellii* ea est, ut Natalem fortassis habuerit sub *finem Hadriani*, vitæ autem partem longe maximam egerit sub *Pio Hadriani* successore. Semper apud illum [3] *Divus Hadrianus* appellatur, quoties ipse *loquitur*, aut quoties quis loquitur quem ipse saltem *audierit*: nec rei gestæ sub *Hadriano* ullius *memoriam* propria *Persona* refricat. Idem tamen à temporibus *Hadriani* non admodum *remotus*. Audivit enim in Rhetoricis [4] *T. Eustacium à D.* (inquit) *Hadriano in mores atque literas spectatum*: audivit & *Favorinum*, quem sub *Hadriano* clarum ostendimus. Sic tamen audivit, ut alterius se Seculi fuisse innuat, quam fuerit ipse *Favorinus*. Valerium Probum [5] *nostrum Probum* quasi *parem* appellat *Favorinus*. *Auditor Favorini*, coævus proinde *Gellio*, de hoc eodem *Probo* ita loquitur: [6] *Valerium*, inquit, *Probum audivi hoc dicere*. Ipse *Gellius Valerii Probi* [7] *discipulos* audivit, & [8] *familiarem*. Qui ergo aliorum Præceptorum *discipulos*, alios *ipsos* audivit, qui floruerant ipsi sub *Hadriano*; ejus certe *Adolescentiam* (quæ *ætas* erat audiendorum *Magistrorum*) non longe ab *Hadriano* abfuisse necesse est. *Musonii* porro dicta ab [9] *aliis* narrata audiit *Adolescentulus*: paulo nimirum postea quam annum *ætatis* XIV^m absolvisset, & togam adeo *prætextam*, virili sumta, posuisset. Idemne hic erat *Musonius*, qui sub *Nerone* floruit & *Domitiano*? Sic autem de eo loquitur [10] *Herodes Atticus*, quasi *ipsum* audivisset, quem tamen *Herodem* ipse convenit *Gellius*. Sic item de eo loquitur S. *Justinus* [11] *Martyr*, quasi admodum *nupera* vixisse memoria, cum *Antonino Pio* ipse Apologeticum inscriberet. Ita necesse erit ut *Hadriani* temporibus floruerit ille *Musonius*. A *Tauro* præterea Philosopho multa didicit *Gellius*. Idem *Taurus*, cum [12] *Plutarchum nostrum* appellat, ita de *Plutarcho* loquitur, quasi *ipsum* audierit. Vix potuit autem *Plutarchus*, qui sub *Nerone* vixit, diu superfuisse post tempora *Hadriani*. Itaque nec diu post *Hadrianum* necesse est vixisse *Gellium*, qui *Tauri* adeo multis *colloquiis* interfuit. Idem autem

1 *Gell.* Noct. Att. L. XVII. c. 19. 2 *Spartian.* Adr. c. 15. 3 *Gell.* III. 16. XI. 15. XIII. 21. XVI. 13. 4 *Gell.* XIII. 21. 5 *Gell.* III. 1. 6 Ap. *Gell.* ib. 7 *Gell.* IX. 9. 8 *Gell.* XIII. 20. 9 *Gell.* V. 1. XVI. 1. 10 *Gell.* IX. 2. 11 *Justin.* Mart. Apol. I. p. 46. 12 *Gell.* I. 26.

Gellius,

Gellius, cum [1] *Taurum memoria* ſua celebratum fuiſſe tradit, jam non amplius illum in *vivis* fuiſſe innuit, cum illa commentaretur. Ipſum tamen illum *Taurum Gellius Athenis* audiverat. Itaque inter *reditum* ex *Athenis* & Librum VI^m elaboratum deceſſerat, & de deceſſu ejus nuncium *Gellius* acceperat. Erat porro *Cornelius Fronto* in arte Oratoria *Tutor* tam *Marci* quam etiam *Veri*. Hunc etiam audiit *Gellius Adoleſcentulus*. Ita tamen audiit non quaſi Scholæ *Rhetorem*, ſed ut *emeritos* jam *Rhetores*, jam potius [2] *Oratores*, nec *Scholis* præfectos, nec *mercenarios*, audiebant *Romani Adoleſcentes*, cum *Oratoriæ* ſtudiis imbuerentur: proinde, ut videtur, poſtquam *Rhetor* eſſe deſierat, jam *Marci* ſaltem ſtudiis præfectum. Is enim mos erat, ut poſtquam *Principum* ſtudia moderanda ſuſcepiſſent, [3] *Scholæ* deinceps renunciarent. Et ſane tum quoque *Principem* alterum inſtituiſſe *Frontonem*, innuit ipſe [4] *Gellius*, cum *in veſtibulo Palatii* eum fuiſſe tradit, cum illius colloquio ipſe intereſſet. Simile enim colloquium narrat *Favorini* Philoſophi [5] in *area Palatina*, dum *ſalutationem Cæſaris opperirent*. Tum quoque *Conſularem* [6] *Frontonem* fuiſſe dicit, qui honor conferri ſolebat in *Principum* Tutores *emeritos*. Ætatem illam *Adoleſcentuli* ſuam cenſet *Gellius*, dum *Romæ Oratoriam* ſub *Rhetoribus Magiſtris* excoleret: nempe euſque dum [7] *Athenas* proficiſceretur, *ad capiendum*, [8] ut inquit ipſe, *ingenii cultum*. Cœptum enim *Romæ* ſtudium *Rhetorices Athenis* proſecutus eſt. Eo enim ſpectant verba *Tauri* Philoſophi, cum Gellium *recens in diatribam acceptum Rhetoriſcum* [9] appellaret: *exiſtimans*, inquit, *eloquentiæ unius extundendæ gratia* illum *Athenas veniſſe*. Eo quod ipſe ſe teſtetur *Athenis* apud *Magiſtros* [10] fuiſſe, & *ſe*, cum ibi eſſet, accenſet nunc [11] *juvenibus*, nunc [12] *Adoleſcentibus*. Hinc facile colligimus, cum *Athenis* eſſet, jam adhuc *ætatem* illam, qua ſe *Rhetoribus* in diſciplinam tradere, & *Scholas* eorum frequentare ſolebant *Romani*, nondum ſuperaſſe *Gellium*. Colligimus item [13] *ætatem* illam communem fuiſſe *Juventuti* atque *Adoleſcentiæ*. Eam ſcilicet partem *Juventutis* cenſeri, quæ à toga cœperit *Virili*, nec tamen fines exceſſerit *Adoleſcentiæ*. Imo *Adoleſcentiam* illam, qua ſub *Rhetoribus* merere incipiebant, ab anno ætatis XVIII° inire jam [14] alibi probavimus. Hoc ergo anno *major*, & extremo *Adoleſcentiæ* termino (quo *Curatoribus* liberabantur, Juſque rerum ſuarum plenum aſſequebantur, anno ſcilicet XXV°) *minor* fuerit oportet *Gellius*, cum *Athenas* proficiſceretur. *Majorem* certe annis

1 *Gell.* VI. 10. 2 Annal. *Quint.* §. 1. 3 Annal. *Quint.* §. 35. 4 *Gell.* XIX. 13. 5 *Gell.* IV. 1. XX. 1. 6 *Gell.* II. 26. 7 *Gell.* XIX. 8. 8 *Gell.* I. 2. 9 *Gell.* XVII. 20. 10 *Gell.* I. 2. 11 *Gell.* XV. 2. 12 *Gell.* I. 2. 13 Annal. *Quintil.* §. 3. 14 Annal. *Quintil.* §. 3.

XVIII fuiſſe arguit, quod in *judicem* fuerit *lectus à* [1] *Prætore*. Hoc enim officium hujus fuiſſe *ætatis* [2] alibi oſtendimus. Hoc tempus fuiſſe ait, quo *primum* judicia exercuerit: dedita nimirum id opera. Erat enim tempus aliud, quo non, ut antea, *lectus à Prætore*, ſed *à Conſule* [3] *datus*, & quidem *extra ordinem*, judicarit. Itaque alterius *anni* hoc *judicium* fuiſſe veriſimillimum eſt. Ut proinde *duobus* annis *judicia* exercuerit, ad annum *vitæ* adeo XXm, & quidem *abſolutum*. Ita *Athenas* venire non potuit ante annum *vitæ* XXIm, quo *barbam primam* ponere ſolebant, qui *citimus* erat *Adoleſcentiæ* terminus. *Primam* enim certe *Adoleſcentiæ* partem *Romæ* exegiſſe, qua [4] *Adoleſcentulus* pariter ac *Adoleſcens* appellandus erat, ipſe teſtatur. Annum autem quo fuerit *Athenis*, ita indagamus. Audivit *Gellius Athenis Peregrinum* [5] Philoſophum. Hic ſe combuſſit *Olympiad.* CCXXXVI, quæ anno Æræ noſtræ *Chriſtianæ* 165 conveniebat, ut in *Chronico* docet *Euſebius*. Itaque ante hunc ſaltem *annum* eum *Athenis* convenerit oportet *Gellius*. Sed & *Olympiad.* CCXXXV *contemni* cœpiſſe *Peregrinum* teſtatur [6] *Lucianus*, qui jam tamen ſummo erat in *honore*, cum illum conveniret *Gellius*. Itaque ante ann. *Chr.* 161, qui cum illa concurrebat *Olympiade*, *Athenis Peregrinum* vidit *Gellius*. *Olymp.* CCXXXIV fugatus *Roma* venit in *Græciam*, *tertia* nimirum antea quam ſe è *vivis* ſubduxerit, *Peregrinus*. Itaque hoc *quadriennio* audivit illum *Gellius*, cum ne quidem nomen [7] *Protei* adhuc ſumſiſſet. Quis *annus* ille fuerit, exinde diſcimus, quod *Delphos* ad [8] *Pythia*, cum *Tauro* Philoſopho, quem *Athenis* audivit, profectus fuerit *Gellius*. Jam [9] alibi oſtendimus in annos *Olympiadum ſecundos deſinentes* conveniſſe *Pythia*. Ita anno *Dom.* 159, *Olymp.* CCXXXIV $\frac{2}{3}$ *Athenis* erat *Gellius*, ætatis anno ſaltem XXIIo. Et proinde ante annum *Chr.* 137 exceſſerit *Epictetus*. Nec enim hoc *primum* anno *Athenas* venit. *Verno* enim tempore erant *Pythia*, cum tamen [10] *Æſtiva* fuerit anni tempeſtas, qua *Athenas* appulerit. [11] *Saturnalibus* jam in ipſis verſabatur *Athenis*. Proinde non ad ipſum *annum*, quo *Athenas* venit *Gellius*, ſpectare poterant illa *Pythia*, ſed ſaltem ad *ſequentem*. Exegit præterea *æſtum* anni & [12] *Autumnum* (vix, ut opinor, illius, quo venerit) anni in villa *Herodis Attici*, ipſiuſque ditionis *Atticæ*. Sed pluſquam *unius* [13] *hyemis* in *Attica* abſumtæ non meminit, qua primas hujus Operis *Annotatiunculas* collegerit, *breviter* & *indigeſte* & *incondite*, *ad ſubſidium memo-*

1 *Gell.* XIV. 2. 2 Prælect. V. ad Sp. *Adrian.* §. 12. 3 *Gell.* XII. 13. 4 *Gell.* XX. 6. XIII. 17. 5 *Gell.* VIII. 3. XII. 11 6 *Lucian.* Mort. *Peregrin.* 7 *Gell.* XII. 11. 8 *Gell.* XII. 5. 9 Diſſert. V de Cyclis *Græc.* &c §. 2 10 *Gell.* II. 21. 11 *Gell.* XVIII. 2, 13. 12 *Gell.* I. 2. XVIII. 10 13 *Gell.* Præf.

riæ. [1] Rediit deinde *Romam*, anni hujus 159 fortasse *fine*: sed *pedestri* itinere usque ad *Cassiopeiam*. Hujus enim *portus* his temporibus usum fuisse in trajiciendo mari *Adriatico* docet [2] *Arrianus*: præcipue autem in *hibernis* navigationibus. Non idem erat iter *Athenas* proficiscenti per *Æginam* ad *Piræeum*, & per Promontorium proinde *Maleæ*: quod scilicet iter illud *Æstivum* fuisse probaverimus. Et sane redeuntium [3] *procellæ* hoc idem faciunt ut verum fuisse suspicemur. Tum deinde in *Italiam* reversus, ex illis *Annotatiunculis* hos confecit, quos appellat [4] *Commentarios*, ededitque per *singulos* seorsim *Libros*. Jam certe innotuerant Libri [5] *priores*, cum conderentur posteriores. Imo in 1° quoque Libro mentio eorum qui hoc Opus [6] *æmulati* fuerint: non certe tum *Editione* notum, sed è receptis illius Seculi *recitationibus* atque *retractationibus*. Certe inter *reditum* Librumque vi^{m} *absolutum*, jam decesserat Philosophus *Taurus*, nunciumque de illius decessu acceperat *Gellius*. [7] *Athenis* enim illum viventem docentemque *audivit*. Cum Librum vi^{m} ederet, ait illum [8] *memoria* sua *disciplina Platonica* fuisse *celebratum*. Verbum *memoria* illum ex *intervallo* mortuum videtur indicare. Non tamen *multorum* erat spatium illud, ni fallor, *annorum*. Cum enim Librum ederet xii^{m}, [9] *Peregrino* Philosopho *postea Protei nomen factum* ait, quod nondum ei attributum, cum illum conveniret *Athenis*. Nihil tamen etiam tum de illius *incendio* resciviſſe videtur: nihil de novo nomine *Phœnicis*, quod illum paulo antea, quam flagraret, assumsisse testatur [10] *Lucianus*. Hinc facile colligimus, nondum annum *Christi* 165^{m}, quo se combussit *Peregrinus*, elapsum esse, cum Libro xii manum ultimam *Gellius* imponeret. Forte ne quidem annum 161^{m}, quo se *sequenti Olympiade* è vivis *migraturum* [11] in celeberrima totius *Græciæ* Panegyri prædixerit. Vix enim est cur hæc *Romæ* agentem *Gellium* latuisse suspicemur. Sed *mortem* obstitisse suspicor, quo minus processerit ultra *Librum* Operis xx^{m}. Conveniunt his nostris rationibus *temporum* notæ omnes. Etiam *antea* quam *Athenas* veniret *Gellius*, jam [12] *bis Cos.* fuerat *Erucius Clarus*, quem 2^{m} *Consulatum* gessit ann. *Chr.* 146. Et *Præfectus Urbis*. *Athenis Herodem Atticum* convenit: jam nempe *Consularem*. Post ann. *Chr.* 143, quo *Consul* fuerat *Herodes*. Et ab *Urbis* anno *trecentesimo*, [13] *ad hunc* (inquit) *diem*, *anni esse non longe minus septingenti videntur*. Sed verò annus *Christi* 147 idem U. C. erat *Varr.* 900, & proinde à prædicto *Urbis* anno *trecentesimo* sex-

1 *Gell.* IX. 4. XVI. 6. XIX. 1. 2 *Epictet.* L. III. c. 7. 3 *Gell.* XIX. 1. 4 *Gell.* Præf. 5 *Gell.* XIV. 6. 6 *Gell.* I. 25. 7 *Gell.* II. 2. 8 *Gell.* VI. 10. 9 *Gell.* XII. 11. 10 *Lucian. Mort. Peregrin.* 11 *Lucian.* ib. 12 *Gell.* VI. 6 XIII. 17 13 *Gell.* XX. 1.

centesimus

centesimus. Itaque *post* illum annum colloquium illud *Phavorini Gellium* audivisse necesse erat, ut vel *cœptus* intelligi possit ille *centenarius*. Hinc sane constat *mortem Epicteti* sub *Hadriano* statuendam esse, ut Natali *Gellii* aliquanto *antiquior* esse posset, nec tamen haberetur *obliterata*.

§. 11. Mortem *Epicteti* sub *Hadriano* statuendam etiam è *Luciani Demonacte* colligitur.

Poterit etiam aliquid fortasse colligi de *morte Epicteti* è *Luciani Demonacte*. Vixit enim certe *Demonax* post ann. *Christ*. 170. Illius enim anni *Consulem Cethegum* [1] vidit, cum per *Græciam* in *Asiam* proficisceretur, futurus *Patris* in Provincia *legatus*. Sed vidit non jam *Consulem*, sed tantummodo *Consularem*. Itaque *post* illum, quem dixi, annum. Nec tamen, ut videtur, *diu*. Superavit enim *ætatem Consularem* ipse *Cethegus*. Et *Patrem* tamen habuit *Provinciæ* administrandæ parem. Quamdiu postea vixerit *Demonax*, nihil habet, quod quidem observavi, *Lucianus*, unde liceat colligere. Sed vel ita potuit illum *Athenis* audire *Lucianus*. Erat enim è quatuor *Olympiadibus*, quas exegit in *Græcia Lucianus*, una illa qua arsit *Peregrinus*, anno Ær. *nostræ* 165. Cum moreretur *Demonax*, non multis annis aberat à *centenario*, eodem teste *Luciano*. Sic poterat satis commode *exsulem* videre in *Græcia Epictetum*, ut illum *vidisse* certum est. Sed nondum constat, qua demum *ætate sua* illum convenerit. *Juvenem* autem fuisse innuit, quod ad *uxorem* ducendam illum hortatus fuerit *Epictetus*. Hoc enim à *Juvenibus* Leges *Romanæ* exigebant. Etsi *non* rursus supponit *Epictetum* Responsio *Demonactis*, se quidem pariturum, si *filiam* haberet quam sibi locaret *Epictetus*. Nondum tamen ex his apparet, *quamdiu* fuerit in vivis *Epictetus*, & num ad *Marci* usque tempora pertigerit. Aliunde tamen fortassis hoc etiam colligemus. Ait *Lucianus Demonactem* non ab *Agathobulo* ad studium Philosophiæ fuisse excitatum, οὐδὲ Δημητρίου τοῦ αὐτοῦ, οὐδὲ Ἐπικτήτου ἐπεγειράντων. *Agathobulum* illum sub *Pio* floruisse docet ipse *Lucianus*, in vita *Peregrini*. *Quarta* [2] enim *Olympiade* ante illam, qua se combussit *Peregrinus*, ex *Ionia* venit in *Græciam* ipse *Lucianus*. Anno proinde Æræ nostræ *Christ*. 153. Tunc *comitem* habuit Navigationis suæ *Peregrinum*, jam *Cynicum*, rejectumque adeo à *Christianis*: forte *hereditatem* suam à patria *Paro* repetiturum. Ea spe dejectus *Ægyptum* petiit *Peregrinus*, ut sub *Agathobuli* disciplina exerceretur. Erat ergo tum temporis in *Ægypto Agathobulus*, quem tamen *Athenis* convenerat *Demonax*. Ex *Ægypto Italiam* petiit *Peregrinus*. *Italia* pulsus à *Præfecto Urbis*, propter convitia in Principem mitissimum, *Elidem* se ad *Olympia* contulit *Peregrinus*: anno scilicet Æræ *Christianæ* 157.

1 *Lucian*. Demonact. 2 *Lucian*. de Mort. *Peregrin*.

Una enim tantummodo inter hanc, eamque, qua ſe flammis tradidit *Peregrinus*, interceſſit *Olympias*. Medio ergo aliquo anno inter 153, & 157 in *Ægypto* erat *Agathobulus*. Proinde antea *Athenis*, & ſub *Pio*, cum eum *Athenis* conveniret *Demonax*. Certe *Peregrino* ſenior, cum eum pro *Magiſtro* habuerit ipſe *Peregrinus*. Imo *Demonacte*, qui major erat *Peregrino*, ſeniorem arguunt verba illa *Luciani*. Nec enim ab alio quam à *ſeniore* expectandum erat, ut ab eo ad *Philoſophiam* adduceretur ipſe *Demonax*. De *fine* ergo *Agathobuli* loqui neceſſe eſt in *Peregrini* vita *Lucianum*, qui in *Pii* tempora inciderit. *Florentis* autem in *Scholæ* Magiſterio *ætas* neceſſe eſt ut fuerit ſaltem ſub *Hadriano*. Atqui hoc ipſo *Agathobulo* antiquiorem fuiſſe tam *Demetrium*, quam *Epictetum*, verba prædicta arguunt *Luciani*. *Demetrius* ille *Cynicus* fuiſſe videtur, cujus reſponſionem *Neroni* datam ipſe quoque memorat [1] *Epictetus*. Erat ergo *Epicteto* ipſi coævus, ut proinde vix potuerit *Hadriani* tempora ſuperare. Sic ergo etiam omnia optime convenient, ſi Imperio *Hadriani* non admodum *affecto* deceſſerit *Epictetus*.

§. 12. *Epictetum* ab anno *Ær. Chr.* 104 audivit *Arrianus.*

Redeamus jam ad tempora *Arriani*. Vidimus prima ejus de Præceptoris *Epicteti* doctrina ſcripta poſt *mortem Epicteti*, nec tamen *diu*, prodiiſſe. Vel inde vincitur ad *Marci* tempora non vixiſſe *Epictetum*. Hos enim ipſos *Arriani* Libros advocant coævi [2] *Gellio* Philoſophi, quem ſub *Pio* Philoſophos Rhetoreſque audiviſſe probavimus. Non tamen tum *primum* prodiiſſe, ſed ſub *Hadriano*, oſtendimus. Erat ergo ſub *initium Hadriani* in *Epicteti* Schola *Arrianus*. Multis autem ſub *Epicteto* didiciſſe annis, tot illius de Magiſtro Libri, Διατριβῶν, Ὁμιλιῶν, & de *Vita*, docent. Quo autem tempore ad *Epicteti* Scholam acceſſerit *Arrianus*, indagandum. His autem Libris [3] *Nicopoleos* tam frequens mentio facit ut ſuſpicemur, nihil *Arrianum* ab *Epicteto* hauſiſſe antea quam *Domitiani* Edicto in *exſilium* actus fuerit *Epictetus*. Tum demum enim *exſilii* locum *Nicopolim*, teſte [4] *Gellio*, delegit *Epictetus*. Non tamen inde colligendum, *mox* ab Exſilii *initio*, ad *Epictetum* ſeſe contuliſſe *Arrianum*. Imo ne quidem ullam fuiſſe, quæ tum patuerit, *Epicteti* Scholam, eſt ſane veriſimillimum. Erat enim Philoſophis *ipſis* invidioſum, ſi ad illos ſub Principis *indignatione* poſitos *Diſcipuli* magno numero confluxiſſent. Utque metus nullus ipſi fuiſſet *Epicteto*, ab *Diſcipulis*, nondum *Philoſophis*, quid, quæſo, eſt cur fuiſſe dubitemus? Nocuiſſet etiam *illis* tam prolixus *favor* in *exſulem* Principi ſuſpectum, & in *Diſciplinam* quæ habebatur adeo *Principibus* per-

1 *Arrian.* Epict. L. I. c. 25. 2 *Gell.* I. 2. XVII. 19. XIX. 1. 3 *Arrian.* Epict. I. 19. 25. II. 6. IV. 1. 4 *Gell.* XV. 11.

niciosa

niciosa. Harum certe *Dissertationum initio* liberior est in *Vespasianum* [1] *Epictetus*, quam ferrent tempora *Domitiani*. Præsertim accedente metu à [2] *militibus delatoribus*, cujus ipse meminit *Epictetus*. Nec tamen ulla virum, utcunque aliter *intrepidum*, adegit *officii*, necessitas ut *exempla* istiusmodi familiaribus *colloquiis* immisceret. Nulla certe quæ *periculum*, siquod imminuisset, compensaret. Potius, *Domitiano cæso* revixisse probabile est studium *Philosophiæ* à *Vespasiano* repressum atque *Domitiano*. Vix tamen ante *Reditum Exsulum*, quem III demum *Nervæ Consulatu* impressi gratulantur *numi*, anno proinde *Æræ Christianæ* receptæ 97°. Nec sane verba habet, quod meminerim, in his quos habemus Libris, *Epictetus*; è quibus liceat colligere, post *exsilium*, & tamen ante *Reditus* Epocham, ulla fuisse illi de *Republica*, aut de *Philosophia*, libera *colloquia*. Hoc demum tempore visitatum se à prædicto *sene* redeunte testatur, qui *ætatis* obtentu, *negotiis* renunciaverit, & *secessus* studium professus fuerit. Hunc tamen queritur, cum *Italiam* attigisset, literis Principis delinitum à proposito dissiliisse; tum autem, cum illa dissereret *Epictetus*, *annonæ* fuisse *præfectum*, & negotium *aliud* ex *alio* sibi accumulasse. Hic sane manifestum est spatium esse necessarium, post *reditum*, quo *negotia* tam *varia* accumularit iste *senex*, & deinceps *aliud* quo de *accumulatione* resciverit *Epictetus*. Illud ergo constat, non sub *Nerva* hæc, sed sub *Trajano*, disseruisse *Epictetum*. Quo autem *Trajani anno* ita disserentem audierit *Arrianus*, non adeo habemus exploratum. *Trajani* autem diserta mentio est in *his* quoque *Epicteti* Sermonibus, quibus interfuit [3] *Arrianus*. Meminit præterea Belli *Dacici*: meminitque ita, quasi *tum* quoque gereretur, dum illa dissereret. Sic enim habent illius verba: [4] ὡς νῦν Ῥωμαῖοι πρὸς Γέτας. *Getæ* enim illi *Daci* erant, teste *Dione*. Hac nota *temporis* antiquiorem aliam præsentis *Arriani*, in his quos habemus Libris, opinor non habemus. Audivit ergo *Arrianus Epictetum* à Bello usque *Dacico*. [5] Duplex autem illud erat *Trajani* Bellum: aliud cui finem imposuit *Trajanus* anno *Æræ nostræ* 102: aliud, quod anno demum 105 absolverit. *Posterius* ergo potius intelligendum suspicor. Postea enim *Pacem* à *Cæsare* restauratam gratulatur, & quidem (ut videtur) *diutinam*. [6] Bis enim illius mentionem legimus, nec ullum legimus deinceps *Bellum*. *Pax* autem quæ Bellum *primum* sequebatur, & *brevis* erat, & pro ipsa quoque illa brevitate *suspecta*. Mox enim *nova* paravit arma *Decebalus*. Pax vero *posterior* erat sane, qualis ab *Epicteto* describitur, *diuturnior*. Pertigit enim ab anno *Christ.* 105, ad 112, quo novum

1 *Arrian.* Epict. I. 2. 2 *Arr.* Epict. IV. 13. 3 L. IV. c. 5. 4 L. II. c. 22. 5 Præf. *Camden.* 6 L. III c. 13. 22.

* Q 2 aliud

aliud *Bellum* aggreſſus eſt *Trajanus* in *Parthos*. Saltem ergo ab anno 104 in Schola *Epicteti* fuerit *Arrianus*. Ut *paulo* fortaſſis *antea* acceſſerit, fac cum ſupponamus hoc anno ſaltem fuiſſe *vicenarium*. Multo profecto *minor* eſſe vix potuit, cum ad talem Philoſophum accederet, qualis erat *Epictetus*, qui non ſimul fuerit, ut alii plerique, *Sophiſta*. *Oratoriam* enim, quam non profitebatur *Epictetus*, alibi didicerit oportet *Arrianus*. Et ea, qua poſtea maxime inclaruit, tum quoque ſe *imbutum* innuit in *Præfatione*. Sic ergo annum ſuperarit L^{m}, anno *Chriſt*. 137, quo *Cappadociæ* illum præfuiſſe probavimus. Nec multum, ut opinor, in hoc calculo, aberrabimus. Erat enim *ætas* illa ſatis commoda muneri, quod ſuſcepit, adminiſtrando. Nec limites multo *laxiores anguſtioreſve* patiuntur *res* tanto intervallo medio gerendæ. Ita annos exegerit in *Epicteti* diſciplina circiter xx. Num *continuos*, de eo nihil affirmare poſſumus. Interciderunt enim Libri Diſſertationum *poſtremi*, e quibus tempora Diſcipulatus *poſtrema* diſcenda erant. Interciderunt *Epicteti* Ὁμιλίαι ab eodem *Arriano* ſcriptæ: interciderunt quæ de *Vita* Præceptoris idem exaravit *Arrianus*: interciderunt & *Rufi* è dictis *Epicteti* à *Stobæo* memorata Collectanea; ſi tamen is alius fuerit *Arriani* ſub *Epicteto condiſcipulus*, & non ſua potius ex ipſo collegerit *Arriano*.

§. 13. Anno *Chr.* 147 *ſeceſſus Arriani* poſt *honores*, quo *poſtremas* ſcripſerit *Hiſtorias*.

De hoc autem noſtro *Arriano* ita habet in Chronico *Euſebius*, ad annum *Pii* IX^{m}: *Arrianus Philoſophus Nicomedienſis agnoſcitur*. Ita fere ſolet *Euſebius* inſigniores vitæ Epochas, quas neſcivit, ad certos *annos* redigere. Ex illis nimirum *Epitomarum* Auctoribus, qui ne quidem ipſi exploratum habebant, quis ille fuiſſet inſignis *eventus*, qui *annum*, de quo loquebatur, fecerat inſignem. Nunc autem *annum* forma illa deſignat quo quis *natus* fuerat, nunc item quo quid *geſſerit*, quo in hominum memoria *inclaruerit*. *Natalem* certe *Thaletis* annum hac ipſa forma deſignavit *Euſebius*, quem certum eſt ab eo non eſſe deſignatum in *Arriano*. Ergo *factum* aliquod, ni fallor, intellexit *Arriani*, quod hoc demum *anno* contigerit, aut forte potius illius *Conſulatum*. Erat quidem *Conſulatui* ſatis maturus, qui hoc anno *Chriſti* 147 annum ſuperarit pro noſtris rationibus LX^{m}. Sed *Scripta* fuiſſe quibus potiſſimum *inclaruerit*, ipſum jam profitentem audivimus *Arrianum*. Erant autem *duplicia* illius *Scripta*: alia quibus honores *meruerit*, quæque adeo *honores* ipſos *præceſſerint*; alia *poſt* geſtos jam *honores*, in *otio* proinde, ut videtur, & *ſeceſſu*. Hoc enim ipſe nos docet in vita *Alexandri*. Memorat ibi ſuos ἀπὸ νέυ λόγυς, quibus *inclaruerit*, honoreſque adeo conſecutus fuerit. *Parthica*, ut opinor, quibus

quibus res à *Trajano* in *Parthos* gestas celebraverit, teste [1] *Photio.* Conveniunt res illæ in *juventutem Arriani*, qua anno *ætatis* XXXV *juventus* concludi solebat, pro censu *Romanorum.* Vix potuit certe de hoc Opere suscipiendo cogitare *ante* exitum *Trajani*, nec tamen postea *diu* differre ut in *juventutem* ejus conveniret. Non patitur hæc ratio, ut *Natalis* ejus fuerit multo, quam nostri ferunt calculi, *antiquior.* Nec viceversa patitur ratio superius à nobis allata, ut fuerit multo *senior.* Itaque post editas Præceptoris sui *Dissertationes*, cœptos antea de rebus *Parthicis* Commentarios absolverit: nempe in gratiam adoptati à *Trajano Hadriani.* Tunc etiam vitam *Tillibori* latronis scripserit, cujus meminit [2] *Lucianus.* Recenti scilicet *patriæ* memoria rerum *Asiaticarum.* Inde fortasse *Provinciam* meruit *Cappadociam* sub finem *Hadriani.* Paulo *post* Provinciam scripserit etiam *Alanica*, de rebus à se in *Provincia* gestis in *Alanos.* Eo enim spectat ipsum illud, quod habemus, *Alanicorum fragmentum.* Vitam autem *Alexandri* M. cum scriptis à *juvene* Libris etiam *accuratis* opponit; cum & *imperia* & *patriam* illis in *juventute* Scriptis accepta referat. Tum sane se, cum de *Alexandro* commentaretur, *senem* fuisse innuit, saltem pro *primo* Senectutis limite; tum etiam & *Atheniensem* se & *Romanum* factum esse supponit, *priorum* nempe merito *Scriptorum.* Ipsa illa de *Epicteto* Præceptore Scripta satis ipsa per se sufficiebant, ut illum facerent docentibus in ea Urbe *Philosophis*, ipsique *Urbi* commendatissimum. Quanti enim fecerint cives etiam *alienos* eo nomine illustres, docent *Atheniensium* in *Zenonem Cittieum* [3] collati honores: imo illo ipso quoque *Seculo* in [4] *Demonactem*, pariter & ipsum, ut fuerat *Zeno*, *Cyprium.* Accessit autem ad cumulum, cum *priorem* quoque, quem appellat, *Xenophontem* in *Historiæ* gloria, & *styli* etiam nitore, æmularetur *Arrianus.* *Hadriano* vero tum demum innotuit, cum *in summa familiaritate* Magistrum illius haberet *Epictetum.* Tum scilicet cum in *Græcia Athenisque* ipsis versaretur *Hadrianus*, ut supra vidimus. Inde civitate primum *Romana*, tum & *laticlavio*, donatum esse verisimillimum est, quo *Jus* haberet capessendorum honorum *Senatoriorum.* Hoc certe *jure* ornatum sub *Hadriano*, ex *Provincia* illius colligimus *Cappadocia.* Erat quidem *Provincia* illa, ut ex *Euxini* Maris *Periplo*, & *Dione*, ipsiusque *Arriani Alanicis*, constat, *armata.* Inde colligimus *Hadriani* potius *Legatum* fuisse *pro Prætore*, quam *Senatus Populique Romani Proconsulem*, ut putabat *Stuckius.* Potuit quidem tum quoque fuisse *Consularis.* Non tamen erat hæc dignitas tanta *necessaria* ad Principis *Legatum.* Erat tamen *Prætoria* plerum-

1 *Phot.* Cod. LVIII. 2 *Lucian.* Alex Pseudomant. 3 *Laert.* Zenon. L. VII n. 10, 11, 12. 4 *Lucian.* Dem.

que

que necessaria. Raræ enim erant *Præfecturæ Ægyptiacæ*. Planè autem *necessaria* ad Jus *Gladii*, quod locum habuit hoc, in quo versamur, *Arriani* exemplo. Cæterum si hoc *primum* fuerit *Arriani Imperium*, nondum *Consulem* fuisse verisimillimum erit. Monuit enim *Augustum Mæcenas*, ut *Legatos* suos, si bene Provincias administrarent, ad Consulatus promoverent. Itaque, re bene in *Provincia* gesta, inde ad novum *Consulatus* honorem *Arriano* viam patefactam fuisse verisimile est. Jam enim observarunt eruditi cum Imperii administrandi Regulis consentire illam *Mæcenatis* Orationem. Ita non *diu* dilatus fuerit *Arriani* ille *Consulatus*.

§. 14. *Arriani* honores *Roman*i non adeo *Legibus Romanorum Aa*..*alibus* congrui, quam eorum qui *primo* ortu fuerant *Romani*.

Obiter tamen Observandum in his Civibus, qualis erat *Arrianus*, *adscititiis*, non undequaque similem procedere, ac in reliquis à *primo* ortu civibus, Argumentationem. Suadet prædicto in loco *Mæcenas*, ut e *Provincialibus* viri primarii in *Senatum* adlegerentur. Nec aliunde proculdubio ortum habuerunt *Romani* hujus *Arriani honores*. Jam enim olim, diu ante *Hadrianum*, recepta illa apud *Romanos* fuerat consuetudo: etiam in libera Republica. Paucis à *Regifugio* annis, nempe Æræ *Varronianæ* anno 250, receptus est in civitatem e *Sabinis Appius Claudius Regillensis*. Et quidem ita, ut non receptis inter cives gradibus, sed *mox* fuerit inter [1] *Patres* lectus & *Patricios*, & novam etiam *Tribum* condiderit à se *Claudiam* appellatam. Sic etiam Bello *Punico* II° receptus [2] *Pœnus Mutines*, dux *Annibale* ipso non multo inferior. *Civis* & ipse *Romanus factus*, *rogatione ab Tribuno Plebis ex Auctoritate Patrum ad Plebem lata*. Sic & [3] *Magius Campanus*, ipse *Civitate* donatus, filii autem duo mox per saltum *creati Prætores*. Erant præterea civium *adscititiorum* exempla decantatissima, in *Cornelio Balbo* & *Ventidio Basso*, qui ad summum *Romanorum* honorem ascenderint, etiam *Triumphalium*. Etiam in Ordine *Equestri* eadem viguit consuetudo, ut è *Provincialibus* legerentur. *Gaditanorum Equites* 500 in coæva sibi *Censura* censitos observavit [4] *Strabo*; nec in ulla aliqua Civitate, etiam *Italica*, tantum fuisse Ordinis illius numerum, præterquam *Patavii*. Potuit ergo, cum Civitate donaretur, inter *Prætorios* legi *Arrianus*, pro exemplo duorum *Magii* filiorum. Ita scilicet ut *honores* nullos obierit ante *Præturam* capessendos, nec media exspectarit *intervalla* inter *Quæsturam*, qui primus erat in *Senatu* gradus, atque *Præturam*. Id si verum, mox *sellæ Curulis* Jus habuerit; nec *suffragandi* tantummodo, verumetiam *sententiæ dicendæ*; & *Provinciæ*, cum visum esset Principi, administrandæ,

1 *Dionys. Halicarn.* L. V. *Liv.* L. II. c. 16. 2 *Liv.* L. XXVII. c. 5. 3 *Vell. Pat.* L. II. c. 16. 4 *Strab.* L. III. p. 169.

cum

cum jure *Gladii*. Primi ergo *Arriani* honores non sunt ad Leges *Romanorum* Civilium *Annales* exigendi. In reliquis deinceps locum habere poterant eædem *Leges*. Hæc tamen obiter.

§. 15. Scripsit *Arrianus* de *Alexandro* M. aliaque *Historica* post *Secessum*.

Redeo jam tandem ad nostrum *Arrianum*. Illud ergo certum est, cum de Expeditione ageret *Alexandri* Magni, actos jam nonnullos fuisse quos literis meruerit *honores*, cum illorum hoc ipso Opere meminerit. Id quoque probavimus, honores ejus *Romanos* inter illos censeri, quos hoc ipso παιδείας nomine meruerit, & prolixam *Romanorum* Principum in illum benevolentiam. Sed vero in Maris *Euxini* Periplo de gratia in se *Hadriani* sibi gratulatur. Sic enim de suis in primo adventu *Sacrificiis*: ὅτῳ δὲ προσῆκε τὰ γράμματα ἀνεγνώσθη, οὐ λανθάνομέν σε, τόν τε τρόπον τὸν ἡμέτερον οὐκ ἀγνοοῦντι, καὶ σαυτῷ συνειδότι, ὅτι ἄξιος εἶ ὑπὲρ ὅτου πάντες εὔξαιντο τυχεῖν, καὶ ὅσοι ἡμῶν ἐλάττω ὑπὸ σοῦ εὖ πεπόνθασιν. Cœpit à vivo *Epicteto* in discipulum *Epicteti Arrianum Hadriani* favor, quem non multis ab *initio Hadriani* annis vixisse probavimus. Quid ergo miremur, si XX *Hadriani* anno primum *honorem* consecutus fuerit *Arrianus*? Primum præterea bene actum *Consulatus* spem fecisse jam probavimus. Is ergo Consulatus, si *secundus* fuerit honor, elapsus fuerit oportet *antea* quam se accingeret ad scribendum de *Alexandro* M. Atqui certe parum verisimile est debitum ex illa Provincia *Consulatum* ad annum x^{m} esse dilatum. Magis ergo libenter notam *Eusebii* prædictam ad *secessum Arriani* retulerim, quo, gestis jam *honoribus*, se totum *otio literariisque* deinceps duntaxat laboribus addixerit. Nono enim illo *Pii* anno, annum egerit *Arrianus* præter propter LXIII^{m}. *Ætas* erat, qua plerunque se *Romani* studiis deciti ad *otium* receperint. Itaque hoc demum tempore Opus hoc *primarium* scripserit *Arrianus*, quo recte is *agnosci* dici potuerit, qui *studiis* præsertim, *Librisque* elegantissimis, inclaruerit. Tum deinde *Indica*. Hæc enim pro prioris Operis *Appendice* ipse habet *Arrianus*. Proximo, ni fallor, loco de rebus scripsit *post Alexandrum* gestis prolixum Opus à [1] *Photio* recensitum. Inde de *Timoleonte* scripsit & *Dione*. Denique de rebus patriæ *Bithynicis*. *Quartum* enim hoc fuisse Opus ab Historia *Alexandri*, & hoc ipso quem descripsimus *ordine* quartum, ex *Arriani* quæ vidit *Bithynicis*, docet ipse [2] *Photius*. Tot autem *Libros* uno quasi & perpetuo *filo* elucubratos, post gestos in Republica *Magistratus*, vel inde intelligimus commodissime ad *secessum* referendos esse, quo se recipere solebant *Romani* ætate jam *declivi* & ad res *gerendas* inepta. Illos autem, si hoc demum anno *Pii* IX° cœperit, sub eodem *Pio* ad *exitum* perductos existimarim. Con-

1 *Phot.* Cod. XCII. 2 *Phot.* Cod. XCIII.

veniunt certe *tempora*. Quo loco agit de morte *Calani*, mirum est, nihil hic habere *Arrianum* de morte *Peregrini*, qui simili plane ac *Calanus* morte *incendii* absumtus fuerit, si quidem *nuper* illius memoria scripsisset. Remotius erat *Gymnosophistæ* exemplum, qui sub [1] *Augusto* ita se è vivis subduxerit, quam ut necesse esset illius mentionem fecisse *Arrianum*. Nec plane simile erat [2] *Euphratis* exemplum, qui sub initium *Hadriani*, impetrata Principis venia, decesserit.

§. 16. *Marci tempora fortassis attigit Arrianus.*

Vera *Arriani* tempora *proxime*, ni fallor, attingunt quæ jam tradidimus. Idque ipsum gratulandum est, in his præsertim *temporibus*, in quibus nullos prorsus habemus probatæ fidei *Annales*. Ita fiet ut anno Æræ *Christ.* 161°, quo cœpit *Marcus*, ab anno ætatis LXXX° non longe abfuerit *Arrianus*. Eo tamen pertigisse volunt antiquitatis mediæ infimæque Scriptores. Sed quam incerta sit eorum fides in *his* temporibus, jam luculento, ni fallor, exemplo ostendimus in *Epicteto Arriani* Præceptore, quem illi similiter ad eadem *Marci* tempora vixisse volebant. Imo aliquot sub *Marco* vixisse annis necesse esset, si quidem is ipse fuisset, qui Periplum scripserit Maris *Erythræi*. Fieri autem potest ut id fuerit, saltem de *Arriano*, verum. Sed *rem* gestam nullam, *Factumve*, proferunt quo id verum fuisse vincatur. Nec viceversa suppetunt in *contrarium* Argumenta, quibus falsum fuisse probatur. Sic meminit *Arriani Gellius*, ut nihil innuat fueritne etiamnum in *vivis*. Nuspiam illum *visis* à se accenset seu *Rhetoribus*, seu etiam *Oratoribus*: nuspiam vel illius meminit, fueritne *sua*, an *majorum*, memoria. Si quidem fuerit in *Secessu*, cui nostræ favent rationes, hæc satis commoda causa esse potuit, quæ obstiterit quo minus *Gellio* innotuerit. Maxime si in *patriam* secesserit, ut *Secessus* tempestatem non *Romæ*, sed *Athenis*, exegit *Herodes Atticus*. Utcunque tamen, fac *Marci* tempora attigerit *Arrianus*; non certe *superasse* verisimillimum est. Potuit autem aliquatenus esse verum, *Marci* tempora attigisse *Arrianum*, qui anno saltem *Christi* 147 superstes fuerit, & scribendis deinde *Historiis* incubuerit. Ipso enim illo anno, in *Pii* decennalibus *Tribunitiam Potestatem* accepit *Marcus*, ipsiusque *Imperii* particeps factus est. Ut ab eo usque anno Edicta Publica *utriusque* nomine conciperentur. Idque ipsum satis erat fallendis *mediæ* hujus Antiquitatis Auctoribus. Id tamen itane se habuerit, statuere non possumus, nisi *verba* ipsa vetustiorum haberemus, quibus freti juniores *Arriani* vitam ad *Marci* Imperium prorogarint.

1 *Strab.* L XV. p. 686, 719, 720. 2 *Dio* & *Euseb.* Chron. num. MMC. xxxvii

Videndum

§. 17. In Chronico *Paschali* pro *Africano* forte reponendus *Arrianus*.

Videndum porro quid sibi velint verba Chronici *Paschalis* ad *Coss.* anni Æræ *Christ.* 148. *Pii* autem Imperatoris XIm. Ἐπὶ τούτων ὑπάτων Ἀφρικανὸς τελευτᾷ. Vidit jam præstantissimus *Cangius* de *Africano* Chronographo ne quidem intelligi potuisse. Habuit quidem *Trajanus* in VIo suo Consulatu collegam *Africanum*, cujus *obitus* ad hunc annum potuit non absurde referri. Causam tamen nullam reperio cur illius *Africani* obitus potius quam aliorum coævorum *Consularium* fuerit commemorandus, cujus res *gestas* in illius *Seculi* Historia *nullas* plane legimus. *Biennio* duntaxat discrepat *situs* à mentione prædicta *Arriani* in Chronico *Eusebiano*, quod ad annum *Pii* IXm *Arrianum* retulerit *Eusebius*, ad XIm autem *Africanum* retulerit Auctor Chronici *Paschalis*. Facilis est in istiusmodi *Chronicis* error *biennii*. Et tamen *unici* duntaxat *anni* error erit, si ad *Consulum* situm potius quam ad annum *Imperatoris* attendamus. Annum enim *medium* designant *Consules*, Æræ nimirum *Christianæ* 148m. Suspicor ergo ex iisdem fontibus hausisse sua utriusque *Chronici* Auctorem; nec alium proinde à *nostro* esse *Arriano* quem *Paschalis* Chronici Auctor appellarit *Africanum*. Sic nos docebit *Paschalis* Auctor quo nomine hunc *annum* insignem fecerit *Arrianus*, & quodnam illud fuerit γνώρισμα quo ἐγνωρίζετο. Hoc enim *Græcum* verbum est, cujus vice *agnoscitur* reponere solet *Hieronymus*. Sed vocis τελευτᾷ duplex potest esse sensus. Alius ut hoc anno *mortuus* fuerit *Arrianus*. Sic *medio* spatio inter annum *Hadriani* XXm, & hunc annum *Pii* Xm, ea scripserit omnia, quæ post *primos* ejus *honores* scripta esse probavimus. Et falsa adeo erunt illa juniorum testimonia, quæ ætatem *Arriani* ad *Marci* usque tempora producunt. Fieri autem *potest*, ut nihil aliud illa voce Auctor intellexerit, quam ut ad illos usque *Coss.* aut ad illum *Pii* annum *Historiam* aliquam à se scriptam produxerit, seu *Parthica* illa fuerit, seu fortasse potius *Alanica*: admodum certe commode, cum ille ipse *annus* tot aliis fuerit nominibus, ut modo vidimus, insignis; hoc vero præcipue, quod *Secularis* fuerit, *Urbis* nimirum, pro Epocha *Varroniana* (quam *popularem* fecerat Seculo elapso *Claudius*) *nongentesimus*. Erat enim hoc apud *Historicos* jam olim receptissimum, ut *annis* istiusmodi *illustribus* Historias *terminarent*: apud *Romanos* vero sub *Augustis*, ut Quinquennalibus *Augustorum*, quorum *ætate* scripserant, concluderent, aut Decennalibus. Hoc ergo potius forte eligendum, dum certiora suppetent, quibus *juniorum* etiam *Traditionem* refellere possimus, de vita *Arriani* ad *Marci* tempora proferenda.

*R DISSER-

DISSERTATIO SEXTA.

De *Arriani Nearcho.*

§. 1. Scripſit, ut videtur, *Nearchi* Periplum *Arrianus*, paulo poſt Expeditionem *Alexandri* M. antea quam innoteſceret Geographia *Ptolemæi.*

NEarchi hunc, quem habemus, *Periplum*, non à *Nearcho* ipſo, ſed ab *Arriano* ſcriptum eſſe conſtat. Eſt enim *lacinia* ex *Arriani Indicis* depromta. *Tempus* ergo quo in lucem emanarit, non è *Nearchi*, ſed ex *Arriani* potius, *ætate* colligendum eſt. Ipſa autem *Indica* Libris de *Alexandri* M. Expeditione omnium inſigniſſimis ſubjecta fuiſſe ipſe profitetur *Arrianus*. Nihil ergo eſt cur dubitemus, quin poſt illos de *Alexandro* Libros, alio nullo Opere interpoſito, hunc quoque *Periplum* concinnarit. Proinde paulo poſt *ſeceſſum*, quem anno Æræ noſtræ *Chriſtianæ* 147 ſupra aſſeruimus. Certe ſub *Pio*. Nihil enim illi exploratum eſt de *commercio* illo lucroſiſſimo inter *Alexandrinos* ipſoſque *Indos*, quod *oram* illam omnem patefecerit, cujus veluti jam ſtabiliti meminit *Ptolemæus*, qui ſcripſit etiam ipſe ſub *Pio*. [1] Itinera enim recenſet in hoc Opere *Arrianus*, ex *Ægypto* ad *Suſas*, non tamen *duobus* plura: aliud exercitus *Cambyſis*; aliud miſſorum à *Ptolemæo Lagide* ad *Seleucum Nicanorem*. *Navigationes* per has oras maritimas, quales erant, cum ſcriberet *Ptolemæus*, *ſtatas*, nullas plane cognovit. Hoc nos docent illius diſerta in hanc ſententiam illa verba: Οὔτις παρέπλωσε ταύτην οὐδαμῶς ἀνθρώπων ὑπὸ καύματος καὶ ἐρημίης, εἰ μή τινές γε πελάγιοι κομιζόμενοι. Quæ de inſtaurato hoc commercio ſcripſerat [2] *Plinius*, ignorare cum venia potuit *Arrianus*. *Seculo* quippe alio ſcripſit *Plinius*, & *lingua* etiam *alia* quam qua uſus eſt *Arrianus*, ipſe ſtirpe *Græcus* & in *Romanam* Civitatem duntaxat *adſcititius*. Sed quæ idiomate *Arriani* nativo *Græco* ſcripſit [3] *Ptolemæus* vir Seculi ſui celeberrimus; quæ ipſa *Arriani* ſcripſerat, & quidem admodum recenti, *memoria*: ea *Arrianum* latere vix poterant, ſi tum prodiiſſet in lucem *Geographia Ptolemæi* cum hæc ipſe commentaretur. Vel inde ſuſpicamur recte Nos hunc *Nearchi* Periplum ab *Arriano* editum *Pii* temporibus aſſignaſſe, cum nondum *prodiiſſet*, aut certe nondum longe *innotuiſſet*, Geo-

1 *Nearch*. Peripl. p. 39. 2 *Plin*. N. H. VI 22. 3 *Ptolem*. I. 17. 19.

graphia

graphia *Ptolemæi*. Sed vero eum, qui Maris *Erythræi* Periplum concinnarit, de illo *Alexandrinorum Indorumque* commercio resciviſſe conſtat, quod noſter tamen, cum de *Nearchi* Periplo ageret, neſcivit *Arrianus*. Ideone Periplum Maris *Euxini Arriano* abjudicabimus? Nihil plane neceſſe eſt, ut ita faciamus. Hoc unum ſequitur, *ſerius* illum Maris *Erythræi* Periplum, quam *Nearchi*, confeciſſe. Idque ſane neceſſe erat, ſi quidem *Marco* demum Imperante prodierit Periplus Maris *Erythræi*. Medio autem tempore inter *Pii* decennalia ſucceſſionemque *Marci* potuit hoc didiciſſe *Arrianus* ipſe, quod antea neſciverit. Seu hoc ab ipſo didicerit *Ptolemæo*, ſeu à mercatoribus *Alexandrinis*, à quibus edoctus fuerit ipſe *Ptolemæus*. Hinc ergo potius idem horum Periplorum *ordo* fuiſſe vincitur *temporis* quem noſtræ modo traditæ ferunt rationes.

§. 2. Nec nomina locorum omnia complexus eſt *Arrianus*, quæ apud ipſum repererat *Nearchum*. Et tamen viceverſa locorum *ſpatia*, quæ nulla fuerant in ipſo *Nearcho*, ipſe addidit.

Suis autem, non *Nearchi* verbis *Nearchi* ſententiam exponit *Arrianus*: & *Dialecto* etiam alia quam qua uſus fuerat in *Hiſtoria Alexandri*. Hiſtoriam enim *Dialecto* concepit *Attica*, *Periplum* autem *Nearchi* non *Attica* ſed *Ionica*. Forte ut *Veteres* in *omni* Dialecto æmularetur *ſtyli* oſtentator jactantiſſimus. Nec tamen, vel *ſententiam* Nearchi *integram* repræſentavit, & qualem ipſe ſcripſerat *Nearchus*. Nearchi *Breviarium* dedit [1] *Plinius*, in quo tamen *nomina* occurrunt, quæ fruſtra quæſiverimus apud *Arrianum*. Nullam habet *Arrianus* vel *Xylenopolim* ab *Alexandro* conditam, unde ipſum erat Navigationis *exordium*: & ne quidem *Arbis* oppidum à *Nearcho* conditum, niſi forte [2] *portum* munitionemque tumultuariam, ne caſtra diriperentur, in finibus *Arabiorum*, hoc nomine intellexerit *Arrianus*. Sed nec ullus apud *Arrianum* fluvius *Nabrus*, nec portus *Argenus*, nec flumen *Hytanis*. Et alia in tam *brevi* compendio adeo *multa* occurrunt, quæ locum plane nullum habent in *Arriano*, ut facile intelligamus, plurima fuiſſe, quæ omiſerit *Arrianus*, ſi ipſum haberemus *Nearchum*. Sunt item è contra in *Arriano* nonnulla quæ aliunde *Arrianus* quam è *Nearcho* acceperit. *Oneſicriti* (inquit *Plinius*) *& Nearchi navigatio nec nomina habet manſionum, nec ſpatia*. Et tamen *ſpatia* ſæpe, pro *Nearchi* ſententia, memorant *Nearchi* excerptores. Hæc ergo ita interpretatur Magnus [3] *Uſſerius*, quaſi ut à *Juba* aut *Oneſicrito* Navigatio *Nearchi* prodita eſt, nulla habuerit ſpatia, habuerit autem Textus ipſe *Nearchi* genuinus. Sed cur, quæſo, illud obſervaret *Plinius*, niſi Textus illos *Nearchi* atque *One-*

1 *Plin.* N. H. VI. 23. 2 Peripl. *Nearch.* p. 7. 3 Annal. Period. *Jul.* 4388.

ficriti fincerissimos credidisset, in quibus *spatia* nulla reperiebantur? Hoc autem si verum fuerit; ita necesse erat ut *spatia* illa in receptis *Nearchi* Periplis à *juniorum* interpolationibus omnia emanarint. Estque id sane verisimillimum. Erant enim sane, præter ea quæ retulerat ex *Nearcho* atque *Onesicrito Juba*, & aliæ quoque *separatæ* utriusque Auctoris Editiones, etiam ætate *Plinii*. Hoc inde colligo, quod in Auctorum *Catalogis*, è quibus Libros Operis sui *singulos* collegit *Plinius*, occurrit, præter *Jubam*, seorsim mentio tam *Nearchi*, quam etiam *Onesicriti*. Quod sane non fuisset necesse, si, quæ de utroque habet *Plinius*, ea omnia ex solo hausisset *Juba*. His autem separatis *Nearchi* atque *Onesicriti* Editionibus *spatia* fuisse, certissimum est ex advocatis Operis utriusque *testimoniis*. Nec tamen illa in *Archetypis* locum habuisse, est sane merito quod suspicemur. *Spatia* utriusque *milliaribus* censet Plinius: *Carmaniæ* ([1] inquit) *oram patere duodecies centena* L. *millia passuum Nearchus scripsit*. Iterum, de utroque: [2] *Onesicritus & Nearchus ab Indo amne in sinum Persicum, atque illinc Babylonem Euphratis paludibus, scripserunt* XXV *mill. passuum esse*. Quasi vero *milliaribus* spatia emetiri solerent coævi *Alexandro Græci*. Non ita Scriptores *Græci*, qui de hujus oræ *spatiis* testimonia advocant, seu *Nearchi*, seu etiam *Onesicriti*. Nuspiam apud illos *milliaria* reperiemus, sed tantummodo *stadia*. Ita [3] *Strabo*. Ita noster etiam [4] *Arrianus*. Ideone illis *utramque* mensuram tribuemus, tam *milliarium*, quam *stadiorum*? Rectius è contra *neutro* modo scripsisse colligemus *Nearchum* atque *Onesicritum*; sed potius utraque *juniorum* deberi ratiociniis; *Latinorum* milliaria, stadia vero *Græcorum*. *Milliaribus Nearchi* spatia & *Onesicriti* designavit Scriptor aliquis *Romanus*, Romanisque *moribus* magis assuetus quam *Græcorum*. Ut sane, vel ex hoc ipso Opere *Pliniano*, constat, alios fuisse *Romanos* Scriptores multos, qui similiter *spatia Græcorum* in *Romana milliaria* converterint. Si *suspicioni* venia sit, crediderim ipsum fuisse *Jubam*. Cur ita credam, faciunt *Plinii* illa: [5] *Euphrate navigari Babylonem è Persico mari* CCCCXII *mill. passuum tradunt Nearchus & Onesicritus. Qui vero postea scripsere, à Seleucia* CCCCXI *mill. Juba à Babylone Characem* CLXXV *mill. passuum*. Videmus hic *Jubam* spatia *Græcorum* omnia ad *Romanorum milliaria* redegisse. Congrue admodum, cum regnarit ipse in regione, quæ fuerat ante illum *Romana* Provincia, & *moribus* pariter *Romanis*, & *linguæ*, etiam assueverat. Vel hinc mihi suspectum esse fateor, rectene illum Eruditi vulgo *Græcis* Scriptoribus accenseant. Tam enim *Græcis* plerisque *ignota* fuissent *Romana milliaria*,

1 *Plin.* N. H VI. 23. 2 C. 13. 3 *Strab.* Geogr. XVI p. 766. 4 *Arrian.* Nearch. p. 4. &c. 5 *Plin.* N H. VI. 26.

quam

quam viceversa *Græcorum stadia* ignorabant *Romani*. Porro è prædicto *Plinii* loco illud etiam constat, *Nearchi* sententiam atque *Onesicriti* à *Juba* fuisse explicatam. Ita scilicet, ut à sui Regni Scriptoribus atque Lectoribus intelligeretur *Romanis*, qui longius aberant ab ea *Africæ* parte qua Linguæ *Græcæ* usus obtinuerit. Cæterum ita ut *sincerissimi* haberentur *Nearchi Onesicritique*, apud *Jubam*, Textus; quippe ab ipsis eorundem Scriptis *proxime*, sine Interpretum *interpolationibus*, desumti. Inde factum merito ut pro *seorsim* exstantium Paraplorum *norma* haberentur. Non itaque aliunde commodius spatia *Romana*, quæ nullum prorsus in *Græcis* locum habere poterant, arcessemus.

§. 3. Cur *spatia*, quæ nulla erant in *Nearcho* & *Onesicrito*, illis tamen tribuerint *juniores*.

Sed quo tandem (inquies) jure *Nearcho* atque *Onesicrito* tribui illa poterant, quorum mentio *nulla* prorsus esse potuit apud *Nearchum*, ipsumve *Onesicritum*? Illo, ut opinor, quod ea saltem in utroque occurrerint, unde *spatia* illa *Romana* ratiociniis suis *Juba* ipse collegerit. Cum tamen nullum fuerit apud illos *spatii* nomen, ne quidem *stadii*, alteriusve cujusvis quod posset saltem ad *stadia* redigi; mirum fortasse videbitur, quidnam fuerit unde sua elicuerit *milliaria Juba*; quidnam (inquam) cujus meminerint *Nearchus* atque *Onesicritus*, qui tamen *milliarium* nuspiam meminerint. Ego *diurna itinera* fuisse suspicor quæ ad *Romana milliaria* Rex ipse *Juba* redegerit. In eo enim conveniunt, ut opinor, omnes, *dierum* numero navigationes designasse tam *Nearchum*, quam etiam *Onesicritum*. Et certe hæc *temporis* spatia *stadiis* (quæ sola memorat *locorum* spatia) opponit [1] *Marcianus Heracleota*, non admodum in eo, huic *Plinii* exemplo dissimilis. Imo *Plinii* fuisse sententiam docent, ni fallor, alibi *Plinii* illa verba: [2] *Timosthenes classium Philadelphi præfectus, sine mensura, dierum* LX *à Syene Meroën iter prodidit.* Idem ergo apud illum valet, *diebus* intervalla designare, quod *sine mensura*. Tantundemq; rursus sine *mensura* esse, quod *spatia* non habere. *Facilem* porro, sed *rudem* admodum *incertamque* methodum habebant qua *itinera diurna* in *stadia* converterentur; sed *ipsam* quoque, pro *Auctorum* diversitate, *diversam*. *Quingenta stadia diurnæ* navigationi tribuit [3] *Scylax*. Sed *stadia septingenta* diei *uni* concedit [4] *Marcianus Heracleota*. Medium scilicet inter numeros stadiorum *nonginta*, spatii *diurni velocissimi*; & *quingentorum*, quem *diurnæ* navigationis censet esse *tardissimæ*. *Minimam* ergo *diurni* itineris mensuram usurpavit *Scylax*: nempe, ut videtur, ut *nocturna* itinera à *diurnis* excluderet, & *seorsim* numeraret. Sic autem *laxior* erit *majorque* quam oportuit. Hinc intelligimus, quam *sibi* dissimilis

1 *Marcian. Herael.* Peripl. p. 63. 2 *Plin.* N. H. VI. 29. 3 *Scyl.* Peripl. p. 30. 4 *Marcian. Heracl.* p. 67.

unius

unius ejuſdemque Auctoris *ſeutentia* videri poſſet, cum ipſe intercidiſſet, ſi modo tam *diſpari diurnæ* navigationes in *ſtadia* vel *milliaria* converterentur. Cæterum ſi *ſtadia* ipſa in milliaria convertenda è *Græcis* hauſiſſet *Juba*; jam & alia potuit, in horum Auctorum ſententia *Latinis* repræſentanda, accedere diſcrepantia. Erant enim qui in *milliari Romano ſtadia* numerarint *octona*. Erant autem qui *ſeptena* duntaxat & *dimidium*. Sed cum *ſpatia* à *Jubæ* Textibus abfuerint; *diurna*, ut videtur, itinera non proxime in *ſtadia*, tum deinceps in *milliaria*, ſed in *milliaria proxime* redegit. Tanti intereſt, ut recte de veterum ſententia pronunciemus, ut primo conſtet quid veteres ipſi *dixerint*; tum deinde colligamus, quid non ipſorum debeamus *verbis*, ſed *juniorum* tantummodo *ratiociniis*.

§ 4 Nullæ erant in *Nearcho*, vel *Oneſicrito*, continuæ *manſiones*.

Neque vero *ſpatia* ſola, ſed & *manſiones Nearcho* ipſi atque *Oneſicrito*, abfuiſſe docet [1] *Plinius*. Nomine *manſionis* id proculdubio intellexit ille quod volebant *Itinerariorum* Auctores, qui Regionum intervalla *mediis*, quibus ſe reficiebant viatores, locis deſignabant. Hic enim aliquantiſper *manebant*, hic *ſtabulabantur*: proinde *manſiones* appellari ſolent, *Græcis* μοναὶ, vel σταθμοί. Locum hic plane nullum habet illa μονῆς ſignificatio, quam in juniore aliquo fabulatore legimus, qui ſcripſit Ὁδοιπορίαν ἀπὸ Ἐδὲμ τοῦ Παραδείσου εἰς τὴν Ῥωμαίων, in MS°. *Voſſiano*. Ἡ μονὴ, inquit, ἔχει μίλια ξ'. Ibi *ſpatii* nomen eſt à quo *Plinius manſionem* diſertiſſime ſecernit. Ideone *locorum nomina*, in quibus *quieverint*, nulla erant in Paraplis *Nearchi* atque *Oneſicriti*? Hoc falſiſſimum eſſe vincunt, non alii tantummodo eorum Exſcriptores, verumetiam ipſe *Plinius*, qui in illo ipſo *Breviario* è *Juba* depromto multas exhibet iſtiuſmodi *manſiones*. Sic ergo intelligi ne quidem *poteſt*. Hoc ergo potius fortaſſe volebat. Conſtabant recepta *Itineraria continuis manſionibus*, manſionumque *ſpatiis*, quæ ſibi invicem commiſſa *Itinerariorum univerſorum* ſpatia conficere ſolebant. Sic enim fere habent *Itineraria antiqua*, quæ hodieque exſtant, *Antonini*, *Peutingeranum*, *Hieroſolymitanum*, &c. uti etiam *antiquiora* illa quorum veſtigia apud *Plinium*, alioſque, etiamnum habemus. Hoc ergo volebat *Plinius*, nihil fuiſſe in Paraplis *Nearchi* & *Oneſicriti*, quo, de *curſu* quem tenuerint, aut navigationis univerſæ *intervallo*, pronunciari poſſet. Quod ſcilicet nec *locorum*, quibus manſerint, *nomina continua* apud illos legerentur; nec locorum *ſpatia* exhiberent, ipſa quoque ſimiliter *continua*. Hæc autem ſi recipiatur Interpretatio; poterant & *ſtadia*, aut *Paraſangæ*, aut *Schœni*, aut alia horum locorum temporumque *ſpatia* ab his Auctoribus uſurpari,

1 *Plin.* N. H. VI. 23.

pari, modo ne fuerint etiam ipsa *continua*. Non multo certe postea [1] *Indiam Eratosthenes* ab *Occidente* ad *Orientem*, usque ad *Palibothra*, *schœnis* emensus est: verum itinere tantum *pedestri*.

§. 5. A *Juba* Rege ad *Romanos* emanavit tam *Nearchi* Paraplus, quam *Onesicriti*.

Id quoque e prædicto *Plinii* loco colligimus, *Nearchi* etiam *separatam* Editionem, qualiscunque demum ea fuerit, è *Juba* emanasse. Certe *quæ prodiderat* [2] *Onesicritus*, ea *proxime à Juba narrata* fuisse, verbis testatur expressis, opponitque temporis *sui* navigationibus. Mox autem de utraque tam *Nearchi* quam *Onesicriti* Navigatione ita loquitur, quasi eadem fuisset cum ea, cujus supra meminerat, solius *Onesicriti*. Id enim postea de *utraque* præstat, quod de solius *Onesicriti* Paraplo pollicitus fuerat, ut *eam juniorum Navigationibus præmitteret*. Idem innuere videtur, quod modo observavimus, quod *milliaribus* spatia emensus fuerit, quæ in *Græcis* Auctoribus nulla fuisse verisimillimum est, ut proinde ab *Interprete* illorum *Romano* aliquo necessario emanarint. Idem, quod è *Juba* collegerit *Plinius*, nulla fuisse apud utrumvis *mansionum nomina*, nec *spatia*, quæ tamen ipse è *separatis* utriusque Editionibus descripserit. Hinc suspicamur, utriusque rationes à *Juba* descriptas pro *norma* habuisse *Plinium*, ad quam receptæ palam *Editiones* essent exigendæ. Et quidem jure *merito*, cum in *Libro* suo *Juba* ipsos excerpserit *Auctores*, in *separatis* autem Editionibus *verba* Auctorum permixta exhiberentur cum *Jubæ* saltem *interpretamentis*.

§. 6. Primus *Nearchi*, non tamen *Parapli* ejus, meminit ante *Jubam* *Diodorus*. Et *scripti* meminit à *Nearcho* Parapli proximus *Juba* *Strabo*.

Qui tamen *Jubæ* primi opera *Romanis* innotuit *Nearchus*, poterat, fateor, jam olim ante *Jubam Græcis* suis fuisse notissimus. Poterat, quidem. Desunt autem *monumenta*, quibus ita fuisse vincatur. Jamdiu interciderunt Historici *Alexandro* coævi *omnes*, è quibus statui possit, tum innotuerit, necne, *Nearchus*. Interciderunt *proximorum* temporum *omnes*, qui Nos docerent an vel *proxima* innotuerit *Alexandri* memoria. Antiquissimus eorum qui *Nearchi Navigationisque* ejus meminerint, ut puto, *Diodorus* est, *Jubæ* ipsi coævus, qui tamen paulo antea, quam *Juba* ipse, *scripserit*. Historiam quidem terminavit Belli *Cæsaris Gallici* initio *Diodorus*. Scripsit autem certe *post* mortem *Cæsaris*, cum illum *Divum* appellet. Imo acute observavit [3] *Scaliger*, affecto etiam *Augusti* Imperio, adhuc superfuisse *Diodorum*, cum *Bissextum quarto* cuique anno, & quidem *absoluto*, convenire norit, quem tamen *tertio* quoque anno finito intercalaverant *Pontifices* ante *Augustum*. Nisi fortasse *Pontificibus* ipsis *peritior* fue-

1 *Strab.* L. XV. p. 689. *Arrian. Ind.* 2 *Plin.* N. H. VI 23. 3 Num. *Euseb.* MDCCCC. LXVII.

rit *Diodorus*, quod ne credam faciunt *multi* ejus, in re *Chronologica* præſertim, & *craſſiſſimi*, errores. *Jubam* autem tum *puerum* duxit in triumpho *Julius* anno *Varroniano* 708. Sed ſcripſit vergente in finem *Auguſti* Imperio. Inſcripſit Libros ſuos [1] *Cajo* Cæſari, & de *Caji* Cæſaris Expeditione *Arabica* in illis ipſis egerat *Libris*. *Medio* ergo tempore aliquo *Libros* edidit inter Expeditionem *Arabicam*, *mortemque Caji*, ſub *initium* Æræ noſtræ *Chriſtianæ* vulgo receptæ. Innotuerat ergo *Græcis*, etiam ante *Jubam*, ſaltem *Nearchi nomen*, qui *Alexandri* auſpiciis Paraplum ab *Indi* oſtio ad oſtium *Euphratis* obierit. Nihil autem habet *Diodorus*, unde conſtare poſſit, *Scriptumne* aliquod viderit *Diodorus* ipſe ſub nomine *Nearchi*, quo ipſe *Navigationem* ſuam poſteris tradiderit. Nihil *Diodorus* de *Xylenopoli* primo Navigationis *portu*. Sed nec quicquam de *locis* aliis *gentibuſve* in Paraplo, qualem illum reperit *Juba*, memoratis. At [2] *Strabo* certe *Jubæ* coævus (qui tamen ipſe ſub *Tiberio*, & poſt *Jubam*, ſcripſerit) ea habet è *Nearcho*, quæ è *Scripto*, quale tunc legebatur, emanaſſe veriſimillimum eſt. A *Græcis* ergo accepit *Juba* quæ primus ipſe communicavit cum *Romanis*. Deſunt autem *teſtes*, quibus *Juba* *Nearchus* multo *antiquior* fuiſſe probetur, cum *Diodoro* neminem *antiquiorem* habeamus, qui *Nearchi* vel *meminerit*.

§. 7. Ignotus *Nearchus Agatharchidi*, *Eratoſtheni*, primiſque rerum *fabuloſarum* collectoribus.

Cauſam porro *Nearchi* ſuſpectam facit patronus ipſe *Juba fabularum* patrocinio infamis. Sic Regem illum perſtrinxit, & *Libycas* illius *Hiſtorias*, vetus aliquis *Poeta*, & in perſona *Democriti* ipſe quoque [3] *Athenæus*:

Εἰ μή τι τούτων Ἰόβας ἱστορεῖ,
Χαιρέτω
Λιβυκαῖσι βίβλοις.

Eundem, ni fallor, eodemque nomine perſtrinxit *Plutarchus*, vel, ſiquis alius potius Auctor habendus eſt *minorum Parallelorum*. Nec enim alios fere in illo Opere advocat Auctores præterquam *fabulatores*. Suſpecta faciunt tot alii rerum ab *Alexandro* geſtarum *ſubleſtæ fidei* Hiſtorici. Hoc agnoſcunt tam [4] *Strabo* quam [5] *Arrianus*. Ipſumque *Nearchum* illis accenſet etiam de nomine *Strabo*. Fieri vix poteſt ut adeo eſſent *mendaciis* infames, adeo invicem *diſcordes*, ſi vel Auctores fuiſſent *coævi*, eorundemque cum rebus geſtis *temporum*. Pudor enim ſaltem aliquis fuiſſet *mentiendi* dum tot alii etiamnum *ſupereſſent*, etiam *ſcripſiſſent*, earundem rerum *teſtes*. *Poſtremi* ſaltem fidem ſuam muniviſſent, quod tamen à *nullo* factum obſervavimus. Secu-

1 *Plin.* N. H. VI. 27. 2 *Strab.* L. II. p. 70. L. XI. p. 524. L. XV. p. 686. 689. 693. 696. 725. L. XVI. p. 766. 3 *Athen.* L. III. c. 5. 4 *Strab.* L. II. p. 70. 5 *Arrian.* de Exp. *Alex.* L. I. init.

rior

rior autem erat mentientium fama è *longinqua* rerum gestarum *memoria* comminiscentium, cum nemo esset in vivis *testis*, à quo convinci possent. Sed nec adeo sunt hi Auctores *testimoniis* exploratæ *fidei* aliunde muniti, ut nullus pateat de illis dubitandi locus. Age ergo, propius hanc causam pressiusque expendamus. Paulo ante *Diodorum* vixit *Agatharchides*, quem sub *Ptolemæo Alexandro senem* scripsisse probavimus. Is autem nescivisse videtur plerosque Scriptores de rebus *Indicis*, qui coævi *Alexandro* M. fuisse creduntur, & in illis nostrum quoque *Nearchum*. De [1] *orbis* enim tum explorati plaga *Orientali* Scriptores sibi cognitos *Hecatæum* recenset duntaxat atque *Basilim*. Non illum, ut opinor, *veterem* intelligit *Hecatæum* qui scripserat *Asiæ Periegesim*, seu *Milesius* is fuerit, seu alius, ut volebat *Athenæus*, & fortasse junior, *Insularis*. Nec enim satis constabat, etiam *veteribus*, quid *vetustissimo Milesio Hecatæo* tribuendum esset, quidve *aliis* eodem nomine *junioribus*. Imo potius *Eretriensis* ille fuisse videtur *Hecatæus*, quem de rebus *Alexandri* M. testem advocat [2] *Plutarchus*. *Basilim* illum *Indica* scripsisse docet *Athenæus*. Qui obscuriorem illum *Hecatæum* memoria dignum censuit, eumne clarissimum navigationis *Indicæ* præfectum, ipsique *Alexandro* charissimum, *Nearchum*, eumne navis *Prætoriæ* nauclerum *Onesicritum*, siqui tunc in hominum manibus versarentur, præteriturum suspicabimur? Certe *Plinii* & *Strabonis* etiam sæculo, partes in *Asiæ Indiæque* descriptione celeberrimas habere credebantur hi M. *Alexandri* comites, quos sane mirum est *Agatharchidi* non *innotuisse*, si quidem ulli prorsus tunc fuissent qui *possent* innotescere. Erat præterea gravi vir judicio *Agatharchides*, & *libraria* supellectile copiosissima instructus: imo in Bibliotheca *Alexandrina* jam *insenuerat*, cum de Mari *Erythræo* commentaretur. Vix ergo est ut illius diligentiam effugerint tam celebri nomine Scriptores, si qui *tum* omnino exstitissent. Etiam ante *Agatharchidem*, multa nobis, etiam de rebus *Indicis*, loca *Eratosthenis* conservarunt veteres. In his nullum, quo vel *Nearchi*, vel alterius cujusvis, qui de eodem Argumento scripserit sub *Alexandro*, mentionem fecerit. Habuit autem & ille usum *Bibliothecæ* instructissimæ *Alexandrinæ*: erant præterea, tam *Eratosthenis* ætate, quam *antea*, multi rerum *Paradoxarum* collectores. Hoc Argumento *Liber* erat *Mirabilium Auscultationum*, quem nos *Theophrasto* asseruimus. Hoc Argumento scripsit *Callimachus*, & *Antigonus Carystius*. Hoc Argumento *Epigrammata* scripsit [3] *Archelaus* quispiam *Ægyptius* in gratiam *Ptolemæi*. Et *Paradoxorum* etiam *Indicorum* exempla proferunt è *Ctesia* & *Megasthene*. Nuspiam autem è *Nearcho*, aut *Onesicrito*, aliisve istius-

1 *Agatharchid.* p. 48. 2 *Plutarch.* Alex. 3 Ap. *Antig. Caryst.* c. 23, 56.

*S modi

modi navigationis *Alexandri Indicæ* Scriptoribus. Qui tamen, si adeo *fabulis* ſcatuerint, ampliſſimam præbituri erant hujuſmodi *Collectaneis* ſupellectilem. *Scriptorumque* tam veneranda *nomina* id ſaltem effeciſſent, ut, ſi qui alii in Argumento tam futili *audiendi* viderentur, hi certe *contemtu* ſuperiores eſſent habendi. Ita omnia conſentiunt, ut *Jubæ* demum *ætate* Scripta ſub nomine *Nearchi Græci* confinxerint. Quo certe loco *Nearchus* ipſe loquitur, nullum tamen eſt veſtigium ſtyli *Dorici* aut *Macedonici*, aut *communis* etiam, qualem legimus in *Philippi* Regis Epiſtola apud [1] *Demoſthenem*. Ne jam & illud obſervemus, *menſium* dies pro *juniorum* Kalendariis deſignari. Quod tamen, nihil ad *Nearchum*.

§. 8. Proximis *Alexandro* temporibus *Indus* cum *Nilo* junctus credebatur. Quod *credi* non potuit, ſi ullus *tunc* fuiſſet *Nearchi Paraplus*.

Addo autem & aliud meæ ſuſpicionis Argumentum, de *Nearcho* pariter atque aliis id genus reliquis, qui ſub *Alexandri* M. nomine feſellerint, impoſtoribus. Recepta eſt *Alexandri*, proximiſque Alexandro, *temporibus* opinio, [2] *Indum* alicubi cum *Nilo* communi alveo fuiſſe commiſſum. Fidem fecere *animalia* in *Indo* à *Macedonibus* obſervata *Crocodilis* ſimillima, quæ olim in *Nilo*, nec in alio præterea ullo Orbis fluvio obſervaverant. Erant, ni fallor, illa eadem quæ hodie *Cayamani* appellantur. Fluxit inde, ut videtur, error olim receptiſſimus, quo *Indus* atque *Nilus Paradiſi* fluviis accenſebantur, & pro *Piſon* & *Geone* accipiebantur, nec ſibi modo *invicem*, verumetiam cum *Tigride* & *Euphrate* confluere credebantur. Adjuvit errorem fortaſſis, quod *Nilo* ſaltem originem *cæleſtem* tribuerint *Ægyptii*, teſte *Diodoro*. Non, ut opinor, aliunde quam quod *Ægyptum* ſuum fluvium [3] *Homerus* διιπετῆ appellarit, quo nomine *fluvium* alium à *Nilo* ne quidem potuit deſignare. Erat enim de *Paradiſo* ſimilis apud veteres opinio, ipſum quoque fuiſſe duplicem: *Archetypum* atque *Ectypum*; & proinde *Cæleſtem* pariter atque *Terreſtrem*. Cum nempe *Myſticis Allegoriciſque* veteris Inſtrumenti Interpretationibus *Judæi* aſſueviſſent: & cum, una cum *Macedonum* victoriis, Philoſophia etiam *Platonica* ad *Judæos* emanaſſet. Certe à *Græcorum* Interpretum ætate, ſi quid commune cum LXXII Interpretatione ea habeat Interpretatio, quæ nomine eorum jam vulgo inſignitur. Inde factum ut terra *Chus*, quæ *Geon* alluebatur, pro *Æthiopia* accipiant *Græci* Interpretes, à qua immane quantum aberat. Sic in ipſa [4] *Paradiſi* deſcriptione: ſic in Reginæ *Sabææ*, quæ regioni *Chus* imperabat, hiſtoria, quam propterea *Ægypti Æthiopiæque* Reginam cenſet fuiſſe [5] *Joſephus*

1 Orat. pro Coron. 2 *Strab.* L. XV. p. 696. *Arrian.* de Exp. *Alex.* L. VI. init. 3 *Homer.* Odyſſ. 4 *Gen.* II. 13. 5 *Joſeph.* Ant. VIII. 2.

sic & in [1] *Tirhakæ* historia *Sennacheribo* coævi, cujus *Chus* pro *Æthiopia Græci* pariter accipiunt Interpretes. Inde factum, ut è *Madianitide* in [2] *Æthiopissam* migraverit *Mosis* uxor *Zippora*, occasionemque dederit fabulæ de *Mosis* uxore alia filia Regis *Æthiopici*. Dedit nobis illam [3] *Josephus*: non tamen à se confictam, sed haustam potius ex [4] *Artapano*, cujus scrinia compilarit *Cornelius Alexander Polyhistor*, qui scripsit ipse sub *Sulla*. Ita *Sulla* ipso *antiquior* illa quoque fuerit Interpretatio, ex ipso quoque *Textu* nata, qualem illum tradiderint primi Interpretes sub *Ptolemæo* etiam *Philadelpho*. Atqui locum plane nullum habere potuit tam crassus *error*, si ab ipsius *Alexandri* temporibus tot fuissent, quot creduntur, hujus *Parapli* testes, ab extimo *Indi* ostio usque ad *Euphratem*. Qui enim ex *Indo* etiam in *Oceanum* navigaverant; quo pacto fieri potuit ut de illius aliquo cum *Nilo* confluxu somniarint? Qui etiam *Tigridis Euphratisque* commune ostium in *Oceanum* habebant exploratum; cur, quæso, amplius de communi aliquo eorum cum *Indo* aut *Nilo* alveo vel suspicarentur? Sed sero tandem Veteres ex his tam crassis erroribus quasi expergefacti è veterno evigilarunt. Non sane diu ante exitum *Ptolemæorum*. Itaque tum primum factæ sunt in *Orientem* Navigationes, quibus compertum est, ne quidem *alveum* ullum fuisse *Indo* atque *Nilo*, nedum *Tigridi Euphratique* communem.

§. 9. Sub *postremis* præsertim *Ptolemæis* confictæ pleraque de *Alexandro* Historiæ. Certe hæc *Nearchi*.

Cæterum sub postremis *Ptolemæis Nearchum* hunc, similesque alios ejusdem farinæ multos, qui coævorum *Alexandro* nomina personabant, confictos esse suspicor. Erant quidem primi quoque ante *Alexandrum* Historici, pro *Poëtarum*, quibus successerant, exemplo, *fabellis* conditi, eo artificio, ut Lectoribus undequaque prodessent, & cum *falsis dulcibus vera* etiam *utilia* propinarent. Sed nondum invaluerat exemplum, ut *nihil* prorsus *Historicum* complecterentur *Historiæ Prosaïcæ*. Postea invaluit: & quidem in styli *soluti* Libris, nec *Poësim* professis. Adhibent *temporum locorumque* circumstantias: edunt *ducum*, qui itinera navigationesque obierint, etiam *nomina*: nec, si unicam *veritatem* exceperis, *Historici decori* quippiam prætermittunt. Ita factum ut, sub *Ptolemæis*, *Geographia* omnis locorum parum *exploratorum* fuerit incertissima. Sic fuit hoc ipso, in quo versamur, nomine infamis [5] *Antiphanes Bergæus*. Simili exemplo erant & alii, [6] *Antonius Diogenes* de *incredibilibus Thules*, & [7] *Pytheas Massiliensis*; de Panchaia & Templo Jovis *Triphylii* [8] *Euemerus Messa-*

1 IV Reg. XIX 9. Is. XXXVII. 9. 2 Num. XII. 1. 3 *Joseph.* Ant. II. 5. p. 59. 4 Ap. *Euseb.* Pr. Evang. 5 *Strabo* sæpe & *Steph. Byzant.* 6 *Phot.* Cod. CLXVI. 7 *Strab.* L. I. p. 63. & alibi passim, aliique. 8 *Strab.* L. II. p. 102. VII. p. 299. &c.

nensis; de Insulis fortunatis [1] *Iambulus*, antiquior certe [2] *Diodoro*. Talis [3] *Euthymanes Massiliensis*. Talis antiquior etiam *Alexandro* [4] *Damastes Sigæensis*, quem *Antiphani* confert & *Euemero Strabo*, prorsusque indignum censet qui ab *Eratosthene* testis advocetur. Non tamen illum *totum* fuisse mendacem exinde constat, quod ejus testimonium alibi advocet admittatque ipse [5] *Strabo*. Post *Alexandrum* autem erant hi fabulatores longe, quam *antea*, frequentiores. Inde queritur [6] *Polybius* de rara admodum, ut vidimus, Navigantium *fide*. Et Periplos sua ætate multos agnoscit [7] *Marcianus Heracleota*, stadiorum etiam *numero* designatos, regionum gentiumque, quarum ne *nomina* quidem fuissent explorata. Et quidem ansam uberrimam suppeditabant res ab *Alexandro* gestæ maximæ Historiis sub illius nomine *fingendis* rerum etiam *maximarum*. Pro eodem scilicet exemplo, quo etiam postea Historias *commentitias Romanas* appellabant; cum rerum gestarum magnitudine gentium aliarum *Historias* longo intervallo superarent Historiæ *Romanæ*. Tum vero potissimum consentaneum erat, ut *Alexandri* nomine *fabulæ* conderentur, cum nondum res *Alexandri* vere *magnas* obscurassent res *majores Romanorum*, saltem apud *Græcos*. Pertigit hæc Epocha ad annum *Varron*. 691, quo *Pompejus* ultimam manum imposuit Bello *Mithridatico*. Fecerunt enim illius victoriæ ut *Romani Græcis* ubique inclarescerent: non *mox* tamen inolevit memoria *Alexandri*. Imo erant, apud *Græcos* certe, qui res unius *Alexandri* cum *Romanis* omnibus contenderent; qui *pares* fecerint, vel etiam *superiores*. Ita rem fuisse docet [8] *Livius*. *Plutarchus* autem Libris de *fortuna Alexandri* & *de fortuna Romanorum Alexandro* primas tribuendas esse censet. Ipse nempe stirpe *Græcus*. Inde fieri potuit, ut *Græci* etiam *Epocha* prædicta *juniores* Historias mirandas sub *Alexandri* nomine comminiscerentur. Sic *Græci* etiam *Barbari*, alium quidem à Veteri, sed similiter *mendacem*, procuderunt *Callisthenem*, de rebus *Alexandri* Magni. *Maximam* autem *partem* Auctorum de hoc Argumento *fictitiorum* hac ipsa, quam dixi, *Epocha* concludendam existimo. Sic tamen, ut paulo fuerit *junior*, de quo agimus, *Nearchus*.

§. 10. *Paraplus Nearchi* majoris Operis erat tantummodo *pars*: uti etiam *Onesicriti*.

Quod porro *Paraplum Nearchi* excerpserit tantummodo *Juba*, & cum *Romanis* suis communicarit; non est profecto cur miremur. Erat enim majoris Operis *lacinia* duntaxat ille ipse *Paraplus*. Res enim *Alexandri*, in Expeditione *Indica* saltem, omnes exsecutus fuisse videtur, quicunque

1 *Lucian*. Ver. Hist. 2 *Diodor*. L. II. 3 *Aristid*. Orat. Æg. 4 Ap. *Strab*. L. I. p. 47. L. XIV. p. 648. 5 *Strab*. L. XV. p. 583. 6 *Polyb*. L. III. c. 38, 58. 7 *Marcian. Heracl*. p. 62. 8 *Liv*. L. IX. c. 17, 18, 19.

demum

demum is fuerit, qui *Nearchi* nomen personamque suscepit. De Populis *Asiæ prædatoribus*, etiam *mediterraneis*, locum adducit è *Nearcho* [1] *Strabo*. Idem ex eodem rationem adducit cur per [2] *Gedrosiam* duxerit *Alexander* exercitum. Et magnitudinem *Indiæ* universæ itinere *pedestri* idem describit ex eodem [3] *Strabo*. De arboribus porro *lanam* producentibus *Nearchi* testimonium adducit idem [4] *Geographus*. Hæc, quæso, quid ad *Paraplum*? Recte ergo *Juba*, non opus *integrum*, sed *partem* duntaxat, quæ ad *Navigationem* spectabat, in usus suos convertendam esse censuit. Quo minus hoc miremur in *Nearcho* facit quod idem ab *Onesicrito* factum ipse testetur [5] *Arrianus*. Opus enim *Onesicriti* sic appellat: ξυγγραφὴν ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε. Quare illius quoque Operis *lacinia* erat, quam cum *Romanis* suis communicavit, *Onesicriti Paraplus*.

§. 11. *Onesicritus* etiam falsi *suspectus*.

Quicquid autem de *Nearcho* sentiendum sit, at certe *Onesicriti* rationes hausit è *Juba Plinius*, tanquam è primario *Latinorum* fonte. Nec quenquam habemus, quod quidem sciam, qui ante *Jubam Onesicriti* vel *mentionem* fecerit. Minus ergo habet quo se hic tueatur *Rex* patronus *fabularum*. Est etiam fortasse quo *falsi* evincatur. De eo testem ipsum habemus [6] *Arrianum*: Τοῦτο (inquit) ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα. Sed qua demum fronte hoc audere potuit apud *coævos*? Qua, quæso, spe, fore ut *lateret*, cum tot essent in contrarium testes, quot fuissent in classe *milites*, aut *victores*? Sed coævum *Alexandro* testem, quo tandem meliori testimonio opprimere potuit *Arrianus*? Alio scilicet quod *coævum* credebatur, nempe *Nearchi*. Atqui utrumque, in re tam manifesta, sibi invicem contrarium, *coævum* esse non potuit. Cur ergo *Nearchum*, qui se *Nauarchum* prædicabat, *Onesicrito* anteferendum esse duxit? Illa potissimum, ni fallor, causa, quod *prior* prodiisset in lucem falsarius sub nomine *Nearchi*, quem tamen contemnere potuit Auctor *Onesicriti*, quod *originibus* illis multo *juniorem* esse nosset, recenti tunc memoria confictum, nec adeo sese *multo* antiquiorem. Facile enim vidit, nondum eam esse *Nearchi* fidem, ut pro *coævo* temporum *Alexandri* monumento haberetur; se autem, si hoc à *posteris* impetrasset, ut fraudes ejus *procederent*, id potius assecuturum, ut damnaretur æmulus *Nearchus*, si quid contrarium sibi prodidisset. Ita poterant ratiocinari, magno demum intervallo interposito, *Impostores*. Vix autem poterant *sinceri* eorumque, quibus censebantur temporum, *Auctores*. Scio quidem fuisse etiam *Alexandri* temporibus coævum *Onesicritum Dioge-*

1 *Strab.* XI. p. 524. 2 *Strab.* XV. 686. 3 *Strab.* XV. 689. 4 *Strab.* XV. 693. 5 *Arrian.* Exped. *Alexandr.* L. VI. 6 *Arrian.* L. VI. Exped. *Alexandr.*

nis

nis Cynici discipulum: nec me fugit *illum* pro *Peripli* Auctore haberi à [1] *Plutarcho*. Sed cum illius Scripta recenset *Laërtius*, nihil habet quod ad hunc *Periplum* commode referri possit. Confert ille cum *Xenophonte* nostrum Onesicritum. *Ille* ([2] inquit) *cum Cyro, hic cum Alexandro militavit. Ille Cyri Institutionem, hic Alexandri scripsit*, nempe Πῶς Ἀλέξανδρος ἤχθη. *Ille Cyri, hic Alexandri prosequitur laudes. Est autem & stylus utriusque simillimus, nisi quod, ut exemplar ex archetypo, minoris sit æstimandus.* Eundem scilicet intelligit *Onesicritum*. Nihil hic de *Periplo*, sed de *educatione Alexandri*, qualia de *Cyri Institutione* scripserat ante *Onesicritum Xenophon*. Nec aliter sentiendum, ut opinor, de *aliis* hujus ejusdem Navigationis Scriptoribus.

1 *Plutarch.* Alex. 2 *Laert.* L. VI. n. 84.

DISSER-

DISSERTATIO SEPTIMA.

De Scriptis & Ætate *Marciani Heracleotæ*.

§. 1. *Itineraria* collegit *Marcianus*, forte *Occidentalis* atque *Orientalis* Imperii.

COævam ſibi *Geographiam* excoluit, pro virili ſua, noſter ille *Marcianus*. Non quidem *novis*, quas obierit, *Navigationibus*; ſed è deceſſorum *Scriptis*, quæ quidem videbantur *accuratiſſima*. Scripſit ergo *Periodos* & *Periplos*, tam ſcilicet *Itineraria pedeſtria* quam *maritima*, pro exemplo junioris, de quo ſupra egimus, *Scylacis*. Πρώτην περιόδων ſub nomine *Marciani* advocat [1] *Stephanus*. Jam ſane vidimus, Periplos *Scylacis* atque *Arriani* ex multis invicem *junctis* conſtitiſſe Paraplis. Sic & *majora Itineraria* pedeſtria è *breviorum Itinerariorum* nexu conflata eſſe conſtat. Recte tamen illa ita *annexa*, quoties infra eoſdem *terminos* verſarentur, pro *unico* haberi poterant *Itinerario*. Quoties autem *limitibus diverſis* circumſcripta *diverſas* plane, nec ſibi invicem *continuas*, lineas deſcriberent, diverſaſque reſpicerent *cœli* plagas; tum certe rectius *Itineraria*, quam *Itinerarium*, appellanda erant. Hoc enim diſcrepabant invicem *Itineraria* atque *Peripli*: quod orbis tum cogniti *Parapli* & *Peripli* omnes *unicum* totius *Orbis* conficiebant *Periplum*, quà maris *interioris* oras omnes cum oris *Oceani*, ſeu maris *exterioris*, committebant. Non ita ſe res habebat in *Itinerariis*. Nunc enim *parallela* erant *Itineraria*, nunc etiam ſe invicem *interſecabant*, ut proinde nec ad unam *lineam*, nec ad unum *corpus*, referri omnia *Itineraria* potuerint. Recte ergo *plurali* numero *Marciani* Opus illud inſcribebatur. Sed pluſquam πρώτην Περιόδων plane non legimus. Non itaque, ut opinor, intellexit πρώτην Περιόδων. Numerum enim *magnum* proculdubio confeciſſent Περίοδοι, ſi in unum omnes eundemque numerum veniſſent. Erat ergo πρώτη Περιόδων βίβλος, *primus* quidem Operis *Liber*, qui tamen *multa* complectebatur *Itineraria*. Sed cum numerus *auctior* nuſpiam occurrat, ſubit ſuſpicio, Opus univerſum *duorum* tantummodo fuiſſe *Librorum*:

1 *Steph.* Ἀσπίς.

nempe

nempe pro exemplo *Itinerarii* quod vulgo appellatur *Antonini*: ut scilicet *Liber prior* Imperii *Occidentalis* itinera descripserit; *posterior* autem Imperii *Orientalis*. Cœperit prior, ut videtur, ab itineribus à *Roma* Imperii *Occidentalis* Metropoli per vias omnes *publicas*. Sic enim describuntur in prædicto *Antonini* Itinerario, & in Tabulis *Peutingeranis*. Huc itaque retulerim quod habet alibi è nostro itidem *Marciano Stephanus*: Ἀμισσα, πόλις Γερμανίας· Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς διασήμους πόλεις. A *Roma* certe ipsa ad *Amissam*, *Embden* hodiernam, in supremos *Germaniæ* fines pertigit hoc *Itinerarium*. Eodem spectabat & *lemma* illud, quod in hodierno legimus [1] *Marciano*, περὶ τῶν ἀπὸ Ῥώμης πρὸς τὰς ἐπισήμους τῆς οἰκουμένης πόλεις διαστάσεων. Ubi docemur in illo *Itinerario* fuisse *spatia*; seu *stadia* illa fuerint, seu, pro harum partium recepto more, potius *milliaria*. Sed nihil spectabat illud *lemma* ad hodiernum, in quo legitur, *Marciani* Periplum, sed potius ad *Periodos*: & ad *priorem* illum, quem dixi, *Periodorum* Librum. Loquitur ita, fateor, quasi ab *unica* Urbe *Roma* illa ad celebres omnes per οἰκουμένην *Urbes* describerentur *Itineraria*: quasi vero nulla esset Urbs *Roma* alia, quæ *nova* appellabatur, unde similiter essent describenda, nempe *Constantinopoli*. Hoc si verum, ita ante conditam *Constantinopolim* vixerit *Marcianus*. Idque fortasse verius est. De quo tamen quid sit sentiendum magis constabit ex infra dicendis. Sed mirari subit cur in plures *Libros* hæc distributa fuerint *Itineraria*, nisi fuissent quæ ex *ambabus Romis* exordium cepissent. Erant sane, etiam post fundatam *Constantinopolim*, rationes, cur ita loqueretur. Ut *Romanum* Imperium *universum* οἰκουμένη appellabatur, ita postea, ne *majestas Imperii* imminuta videretur, etiam, cum *duo* essent *Imperia*, sub *duabus Romis*, singula pariter Οἰκουμέναι appellabantur. Inde *Concilia* Imperii Orientalis *Oecumenica* appellata videmus, etiam cum nulli adessent ex *Occidente* vel *legati*. Ita certe se res habuit in Concilio *Constantinopolitano* I°. Inde Patriarcha *Constantinopolitanus* ambivit, ut ipse *Oecumenicus* appellaretur, hoc tantum, ut videtur, consilio, ne *nova Roma veteri*, hac etiam ex parte, haberetur *inferior*. Sed nihil est cur dubitemus, quin ex *Itinerariis*, hac etiam distributione Imperii *antiquioribus*, sua multa desumserit *Marcianus*. Egerant enim de hoc Argumento (ut ex *Plinii* Indicibus apparet) jam olim amicus Augusti *Agrippa Vipsanius*, atque ipse etiam *Augustus*, & *Domitius Corbulo*, & *Licinius Mucianus* ter *Consul* amicus *Vespasiani*. His *Roma* certe erat *unica* duntaxat, ad quam *Itineraria* Imperii omnia essent exigenda. Itaque in *horum* Auctorum *Excerptis* ita *Marcianum* loqui consentaneum erat, ut locuti fuerant Auctores, quos ex-

1 *Marcian*. Peripl. p. 34

cerpserat,

cerpserat, cum nihil ille proprium addiderit quod non ex aliis *excerpserit*. *Posteriorem* autem certe (si quis tamen fuerit) *Itinerariorum Librum* ex Auctoribus hausit *Constantinopoli* junioribus, qui similia ex Urbe *illa* in *Provincias* undequaque sitas collegerant *Itineraria*. Alia plane forma advocatur hic idem *Marcianus* à [1] *Stephano* ἐν πρώτῳ Περιόδου. Quasi vero unius ejusdemque Περιόδου duo fuissent λόγοι. Sed nulla erant *Romanorum* in *Æthiopia* illis temporibus *Itineraria*. Et siqua fuissent, Μόσυλον ἀκρωτήριον & ἐμπόριον nemo est quin facile videat Περίπλου potius fuisse, quam Περιόδου. Itaque vix est cur dubitemus, legendum potius πρώτῳ Περίπλῳ. Certe Περίπλου πρώτῳ, ut ibi legitur, advocat alibi in *Æthiopia* idem [2] *Stephanus* ex eodem *Marciano*.

§ 2. Contraxit, supplevitq; Geographiam *Artemidori*.

Sed in *Periplis* potissimum eluxit opera nostri *Marciani*. *Artemidori Ephesii* nomen erat in re *Geographica* celeberrimum. Hujus ergo Libros XI in [3] Epitomen redegit noster, servato Librorum *ordine* atque distinctione, resectis quidem quæ ad rem facerent *Geographicam*; suppleto tamen *Periplo*, quæ ibi deerant, aliunde *translatis*. Sed ex *antiquis* etiam, parisque cum *Artemidoro* fidei, Auctoribus. Cavitque sedulo ne Lectorem lateret quid scripserat *Artemidorus*; quidve *aliunde*, ex aliorum Scriptorum fide, addiderat ipse *Marcianus*. Sed periit Opus illud jamdiu, tam ipsius *Artemidori*, quam ejusdem *Epitome* à *Marciano* elucubrata. Fragmentum, quod occurrit hujus Editionis p. 61, nihil complectitur illius *Epitomes* præter *titulum* ipsum, & quæ sequuntur *lemmata*. Sequens enim *Præfatio* ad Librum 2m spectabat *Peripli* maris *Exterioris*, ut legenti constabit. Frustra ergo quis spectabit hic testimonia veterum ex illa *Artemidori Epitome* à *Stephano* aliove quovis veterum adducta. *Tempus* autem *Artemidori* designavit noster omnium accuratissime *Marcianus*, de quo & nos nonnulla diximus in [4] *Agatharchide*. Hunc *Periplum* primum edidit *Marcianus*. Rescidit autem ex *Artemidoro* Barbarorum civitates *Æthiopicas*. Quod quare fecerit, me fateor non videre. Nam in hac ipsa *Æthiopia*, præ aliis *Græcis* omnibus *Agatharchidem* atque *Artemidorum* à veracitate laudat expertus ipse [5] *Diodorus*. Nisi forte indignas illas *Barbarorum* civitates judicarit, quæ in *Peripli* rationes venirent *universalis*.

1 *Steph.* Μόσυλον. 2 *Stephan.* [illegible] 3 *Marcian.* p. 1, 2, 35, 65. 4 *Diss.* III. §. 5. 5 *Diodor.* L. III.

§. 3. Similiter fecit in *Menippo*, qui *Marciano* ipso non *multo* senior fuisse videtur.

Postea *Menippum* simili exemplo edidit supplevitque *Marcianus*. *Menippus* ille *Pergamenus* tribus Libris Maris *Mediterranei* Periplum complexus est cum narratione *Historica* atque *Geographica*. Sed *Periplum* solum excolendum susceperat *Marcianus*. Viderat proculdubio aliquid in *Menippo Marcianus*, quod desideraverat in *Artemidoro*. Quid tamen illud fuerit, non satis aperte explicavit. Sed *Menippus* ille quando vixerit, nondum Eruditi habent exploratum. Suspicor autem proximum fuisse temporibus *Marciani*, qui *Artemidorum* non ex *antiquis* tantummodo locupletaverit, quod fecit ipse *Marcianus*, sed novis etiam *juniorum* inventis fecerit auctiorem. Certe nec admodum *antiquum* fuisse, nec sibi quoque tamen parem, innuit, ni fallor, ipse *Marcianus*. Recensuerat *Catalogum* Scriptorum, qui hoc eodem ante se *Argumento* fuissent occupati. Subjungit deinde: [1] Μετὰ δὲ τούτων τοὺς πλείστους Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος, καὶ Στράβων γεωγραφίαν ὁμοῦ καὶ περίπλουν συντεθεικότες, Μένιππός τε ὁ Περγαμηνὸς διάπλους γράψας ἀκριβέστερον δοκοῦσι πάντων τῶν προειρημένων τυγχάνειν. Ait ergo hosce *tres* plerisque supra recensitis ætate fuisse *juniores*. Et tamen viceversa innuit, è prædicto numero fuisse saltem aliquem, qui his ipsis fuerit ætate *junior*. Itaque *Marciano* superior fuit, qui fuit horum *trium* ordine postremus. Nec *temere* illos, aut, ut in mentem veniebant, recensuit, ut videtur, *Marcianus*; sed potius pro ordine, qua quisque vixit, *ætatis*. Hoc si verum; ut *senior* erat *Strabone Artemidorus*, ita *Menippo* senior fuerit ipse *Strabo*. Id quod sane verisimillimum est. Esset enim alioqui sane cur miraremur, quod tam accuratum *Geographiæ* artificem *Strabo* nuspiam advocarit. Ita autem illius non meminit *Strabo*, ut ne quidem meminerint *Strabone* juniores, quorum *ætatem* habemus *exploratam*. Non certe uno alterove Sæculo *Straboni* propinqui. Non *Mela*, non *Plinius*, non *Ptolemæus*, non eo ipso loco [2] *Laërtius*, quo sibi cognitos *Menippos* omnes recensuit, *sex* in universum, in his tamen nullum, qualis noster erat, *Geographum*. Non *Pausanias*, non *Athenæus*, non alius quispiam (quod quidem scimus) *Marciano* senior. Certe *Artemidoro* juniorem fuisse aliunde constat. *Hispaniæ* nullas Provincias distribuerat [3] *Artemidorus*, veteres duntaxat duas, quas *ulteriorem citerioremque* appellat *Livius*. *Tres* agnoscit [4] *Marcianus*, *Taraconensem*, *Bœticam*, & *Lusitaniam*. Unde, quæso, hæc præterquam è *Menippo*, cujus vestigia post *Apollodorum* pressit noster *Marcianus*. Sed vero ab *Augusti* dispositione, & à *suis* usque temporibus hanc Provinciarum ternariam partitionem ar-

1 *Marcian.* Peripl. p. 63. 2 *Laert.* L. VI n. 101. 3 *Marcian.* p. 46. 4 *Marcian.* Peripl. p. 58. Steph. Ἰβηρία. *Constantin.* de Admin. Imp. c. 23.

cessi-

ceſſit [1] *Strabo*. Nec refragantur [2] *Tacitus* atque [3] *Dio*. Itaque *Auguſto* juniorem *Menippum* noſtrum non probat hæc *temporis* nota. Porro *Pontorum* duorum *Periplum* idem complexus eſt [4] *Menippus*. Erant ergo, cum ſcriberet *Menippus*, jam duæ *Romanorum* in *Ponti* regione provinciæ: & quidem, ut videtur, *continuæ*, quod ad *ambas* Provincias idem ſpectarit *Periplus*. Nihil ergo cum his Provinciis commune habuit *Pontus Bithynicus*. *Artemidori* tempore nulla erat *Romanorum* in *Ponto Provincia*, nondum debellato *Mithridate*, nedum *Pharnace*, quem è *Ponto* fugavit *Julius*. Hinc ſane manifeſtum eſt, non ſolo *Artemidoro*, ſed *Julio* quoque *Cæſare*, juniorem fuiſſe *Menippum*, cum jam in *binas* tribueretur Provincias *Pontus Mithridatis*. Recenſet *Ptolemæus* tres in illa ipſa *Ponti* Regione Provincias, *Pontum Galaticum*, *Polemoniacum* & *Cappadocium*. Sed quæ demum fuerit illarum *tertia*; aut an *Ptolemæi* demum ætate cœperit, non facile inde intelligimus. Pontum *Polemoniacum* à [5] *Nerone* Provinciam eſſe factam conſentiunt Auctores. Sed *ultima* fuerit trium illa, an *ſecunda*, nondum conſtat. *Tertiam* potius fuiſſe ſuſpicor, quod *Halym veteris Ponti* limitem nullatenus attigerit, ſed *media* inter extremas ſita fuerit. *Neronis* anno XI tribuit *Euſebius*, Æræ proinde noſtræ *Chriſtianæ* LXV. Proinde ante annum *illum* ſcripſerit *Menippus*, niſi poſtea rurſus alterutrius *Ponti*, vel *Galatici* memoria ſublata, ita demum ad *binarium* numerum iterum *Ponti* Provinciæ redactæ fuerint. Quod ſane incredibile non eſt, cum nomina illa adeo raro apud Auctores occurrant. Imo ita rem fuiſſe, ut puto, neceſſe eſt. Vetat enim *Menippi* tam ſera mentio apud *certæ* ætatis Auctores, ne illum adeo antiquum fuiſſe credamus. Vetant & alia, quæ infra proferemus. *Galliam* præterea [6] noſter *quadripartitam* facit, addita reliquis partibus Provincia *Narbonenſi*. *Auguſtum* autem fuiſſe qui *Narbonenſem* Provinciam inſtituerit, docet [7] *Strabo*. Suffragatur *Ethicus*, qui cenſui *Auguſti quadripartitam* illam tribuit, quam ſequitur ipſe, *Galliæ* diſtributionem. Aliter vix eſſet ut in rebus tam antiquis *Ethico* fidem adhiberem. Porro quod *Pontum* & *Propontidem* ſeorſim ab *Europa* atque *Aſia* deſcripſerit *Menippus*; cur factum arbitrabimur, niſi ut à *Patria* ſua *Pergamo* Periplum inciperet? Quod hoc monendum duxerit [8] *Marcianus*; quo, quæſo, retulerimus, niſi ut methodi ſuæ, quæ eadem futura erat cum ea qua præceſſerat *Menippus*, Lectorem ita admoneret? Et ſane conveniunt cum Provinciarum terminis à *Marciano* aſſignatis loca è *Menippo* à *Stephano* memorata. *Harmene Menippo* Κώμη erat Πα-

1 *Strab.* L. III. p. 166. L. XVII. fin. 2 *Tacit.* Ann. IV. 5. 3 *Dio* L. LIII. 4 *Menipp* ap. *Steph.* Ξανθία. 5 *Suet.* Neron. 18 & *Eutrop.* & *Malel.* 6 P. 46. 7 *Strab.* L. VI. p. 177. 8 *Marcian* p. 67, 68.

φλαγονίας. Et hîc illam limitibus *Paphlagoniæ* concludi videmus. *Euarchus Paphlagoniam* & *Cappadociam* terminabat pro ſententia [1] *Menippi*: ut *Paphlagoniam Pontique* duplicem Provinciam ſecrevit idem *Euarchus* pro ſententia *Marciani.* Veteres enim *Cappadociam* ad *Pontum* uſque *Euxinum* porrexiſſe idem monet [2] *Marcianus*: Νυνὶ δὲ μετὰ τὴν Παφλαγονίαν τὰ ἐχόμενα μέχρι τῶν Βαρβαρικῶν ὅρων ἰδίως Πόντος καλεῖται· διῄρηται δὲ εἰς ἐπαρχίας δύο. Poterat fortaſſe quiſpiam ex hoc *Marciani* loco colligere, multo *Marciano* antiquiorem fuiſſe *Menippum*, quod veterum illud nomen *Cappadociæ* uſurparit hoc in loco *Menippus*. Poterat ſane, niſi aliunde conſtaret è tot aliis *Stephani* locis *Ponti*, duorumque *Pontorum*, titulum, quem ſuorum temporum fuiſſe tradit *Marcianus*, etiam *Menippo* ipſi placuiſſe. Hinc enim potius e contra colligitur *coævos* fuiſſe, qui *coævorum ſermonem* ambo uſurparint. Convenit porro quod *Tion* Urbem & fluvium *Billæum* pro communi *Bithyniæ Paphlagoniæque* termino agnoſcant ambo tam *Menippus* quam *Marcianus*. Hoc eo magis obſervandum, quod *Parthenium* limitem ſtatuat [3] *Arrianus*; & lineam à *Cotyoris* poſt *Parthenium* ductam, paulo junior *Arriano Ptolemæus*. Vel inde colligitur *alterius* ambos fuiſſe Sæculi, quam quo vixerint *Arrianus* atque *Ptolemæus*. Ex his ergo, aliiſque omnibus, locis, quibus *Menippum* advocavit *Stephanus*, manifeſtum eſt, idem cum *Menippo* ſentire hodiernum quoque *Marcianum*, etiam in iis quæ erant *Menippo* ſingularia.

§. 4. De *Menippi* ætate alia.

Sed vero jam vidimus in exemplis modo recenſitis Provinciarum illam diſtributionem, illi proximam quam fecit *Auguſtus*, ob oculos habuiſſe *Menippum*, & propterea quoque qui *Menippum* ſequebatur, *Marcianum*. Nec ab illo tempore longe hoc ipſum diſcedit exemplum. Sentit enim cum *Menippo* & *Marciano* de finibus *Bithyniæ* & *Paphlagoniæ*, *Tio* Urbe & fluvio *Billæo*, etiam *Plinius*. En verba: [4] *Oppidum Tium, ab Heraclea triginta octo millibus paſſuum. Fluvius Billis. Ultra quem gens Paphlagonia*, &c. Sic ante *Plinium*, *Claudio* etiam Imperante, [5] Mela: *Tum Tios oppidum, Mileſiorum quidem colonia, ſed jam ſoli gentiſque Paphlagonum.* Sed nulla tum mentio fluminis *Billæi*: & ne quidem apud *Strabonem*. *Teji* quidem meminit *Strabo*, ſed quaſi *obſcuræ* cujuſdam urbeculæ, quæ nihil haberet memoria dignum. Eo autem magis propendet ut Provinciarum limitem Geographus agnoſcat in fluvio *Parthenio*. Sic enim habet, [6] Εἶθ᾽ ὁ Παρθένιος ποταμὸς, &c. Ἐπειτα ἡ Παφλαγονία, καὶ οἱ Ἐνετοί. Ita nondum ſub *Auguſto* obtinuerit limes ille *Menippi*, ſed inter tempora *Strabonis* &

1 *Steph.* Καππαδοκ. 2 *Marcian.* p. 73. 3 *Arr.* Pont. *Eux.* 4 *Plin.* N. H. VI. 1. 2. 5 *Mel.* I. 19, 41. 6 *Strab.* L. II. p. 543.

Melæ,

Melæ, vel etiam *Plinii*. Sed ne quidem ita cum diſpoſitione Provinciarum, quam tradidit *Mela*, conveniet *Menippus*. *Mela* finem *Paphlagoniæ* ibidem facit *Armenen*, quem noſter potius in fluvio ponit *Euarcho*. Cum *Plinio* melius conveniet, in quo pro incognito *Vareto*, *Euarchum* repoſuit *Harduinus*: nec id pro *ſitus* rationibus abſurde. Ideone ſaltem ad *Plinii* ætatem *Menippum* referemus? Diu autem poſt *Plinium* floruit, qui primus *Menippi* meminerit. Nondum video quiſquamne illius meminerit antiquior *Agathemero*. Hæc ſi vera ſit Obſervatio, *poſterioribus* demum fortaſſe temporibus eadem redierit, quæ *olim* fuerat recepta, *Provinciarum* diſtributio, *duabus* Provinciis in *unam* à juniore aliquo *Principe* redactis. Faciles enim ſunt in rebus à Principum *arbitrio* pendentibus id genus vices. Sed jam vidimus in *Scylace* quam ſit ſolenne ut loca, quorum memoria olim intercidiſſet, ita nihilominus recenſeant *juniores*, quaſi *ſua* etiamnum ætate inviolata permanſiſſent: illi præſertim qui non ſibi *explorata* ſcribunt, ſed quæ *fidei* debent *alienæ*. Hoc autem cenſu fuiſſe veriſimillimum eſt tam *Menippum*, quam ipſum quoque *Marcianum*.

§. 5. Opus *Marciani* hic Editum aliud ab ejuſdem *Artemidoro* & *Menippo*. Ætas *Protagoræ*.

Male tamen, ut dixi, prædictas *Artemidori* & *Menippi* Editiones ad hodierna, quæ debemus *Hæſchelio*, *Marciani* noſtri fragmenta retulerunt Viri Eruditi. Nam ad mare (quod *interius* appellavit *Marcianus*) ſpectabat Epitome illa *Artemidori*. Idque, ni fallor, docet ipſe *Marcianus*. De mari illo, quod vocat ipſe καθ' ἡμᾶς, non certe alio quam interiori, ita ſubjungit: [1] Τὸν μὲν ἐν Περίπλῳ τῆς θαλάττης ἐσωτέρας διὰ τῆς ἐπιτομῆς τῶν ια' βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ γεωγράφου σαφῆ κατεστήσαμεν, ὡς προείρηται. *Oceani* autem *Orientalis Occidentaliſque* Periplum ἐμὸν πόνον aſſerit, ut proinde locum ibi nullum habuerit *Artemidorus*. Verba illa, ὡς προείρηται, hinc etiam ſuperiora eſſe explicanda docent, quo loco de eodem egerat (de quo hic etiam loquitur) Argumento. Locus ille mox initio Operis occurrit, quo monuerat, ſe nuper inventorum adjectione effeciſſe, ut in ea parte Geographiæ, quam excoluerat *Artemidorus*, nihil deſideraretur, [2] ὡς μηδὲν ἐνδεῖν πρὸς τελειοτάτην σαφήνειαν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς Γεωγραφίας σπουδάζουσιν. Hic ſententiam finiendam arbitror, & deeſſe deinde verba nonnulla, quibus tranſitum fecerit ad Operis à ſe ſuſcepti conſilium. Proximæ vocis initium fuiſſe à *vocali* facit ſaltem ut ſuſpicemur, ν finalis in præcedentis vocis *fine*. Docet quidem, fateor, etiam extra columnas in *Oceano* navigaſſe *Artemidorum Strabo*: imo & [3] noſter. Sed non aliunde illum quam ab Oceani [4] ἑσπερίου Periplum ſuum inchoaſſe, mox ipſo ſui Ope-

1 P. 6. 2 P. 2. 3 P. 65. 4 P. 1. 5.

ris

ris initio docet *Marcianus*. Hinc etiam colligimus maris fuisse *interioris*. Nam ab *Oceani* ἐκροῇ Periplus cœperit oportet Oceani. Imo [1] alios ab *Artemidoro* Auctores in hoc suo *Oceani* Periplo se imitatum esse monet, *Ptolemæum* scilicet, & in *stadiorum* dimensione *Protagoram*. Utinam de hujus *Protagoræ* etiam ætate constaret. Arbitror autem *Ptolemæo* fuisse recentiorem, qui gradus *Longitudinis Latitudinisque*, quibus intervalla designarit *Ptolemæus*, in *stadia* redegerit. Vix enim illud credibile est à *Ptolemæo* illum discrepasse, cum tanti noster fecerit *Ptolemæum*; cum [2] θειοτάτου καὶ σοφωτάτου; cum magno alioqui *Eratosthene*, ut *annis juniorem*, ita [3] παιδεύσει πρεσβύτερον, appellarit. Et sane in stadiorum calculo universali *Ptolemæum* ipsum ducem agnoscit, cum summam illam universalem duntaxat [4] *Ptolemæus* ipse designasset. Itaque similiter in locorum singulorum *intervallis* non aliter *stadiasmos Protagoræ* sequi potuit, nisi quà cum illa summa *universali* convenirent. Nec admodum antiquum fuisse *Protagoram*, illud, ni fallor, ostendit; quod methodum *stadiasmi* illam observarit, quam censuit [5] *Marcianus* omnium fuisse accuratissimam: ut scilicet maritimos stadiasmos *duplices* ubique exhibuerit; *majorem* alium, ex illis Auctoribus, qui viderentur propius ad excessum accessisse; alium *minorem* ex illis, qui fuissent in supputando modestiores, ut ita mediis quibusdam quasi cancellis vera spatia complecterentur. Cum aliorum *erroribus* ita occurrit, *decessoribus* errantibus *junior* esse vincitur: imo omnibus *spatiorum* Auctoribus, qui *ipsi* navigassent, *junior*, ut sententiarum omnium, quæ fuerint *extremæ*, cognosceret. *Extremis* enim sententiis constant *duplices* illius *stadiasmi*, è quibus *mediam* Lectori ipsi colligendam permittit. Quod porro fecit *Artemidorus*, idem *Menippum* fecisse testatur [6] *Marcianus*, ut *interioris* Maris Periplum tantummodo descripserit. Ut proinde alia fuerit etiam ipsius emendatio à *Marciano* instituta ab hoc, in quo versamur, Opere. Non tamen propterea negaverim, in his etiam, quæ habemus, fragmentis *Marciani Hœschelianis* occurrere nonnulla, quæ è *Menippo* acceperit *Marcianus*. Et quidem plura quam quæ debuerit *Artemidoro*. Sunt etiam in hoc ipso Opere viceversa alia, quæ nec *Ptolemæo* debuerit, nec *Protagoræ*. Agnoscit [7] ipse ἑτέρους παλαιοὺς ἄνδρας, unde excerpserit quæ *Ptolemæus* non suppeditarit, nec *Protagoras*. Vix puto illum propterea παλαιοῖς accensuisse *Ptolemæum* atque *Protagoram*, sed *alios* illis adjunxisse, qui παλαιοὶ merito habendi essent. Potuit denique & in paucis illis, quæ de locis habuit extra columnas *Herculeas* sitis, ipsum quoque sequi *Artemidorum*. Age tamen hæc fragmenta enucleatius expendamus.

1 P. 2, 35, 37, 55. 2 P. 2. 3 P. 6. 4 P. 6. 5 P. 37. 6 P. 65. 7 P. 2, 36.

Itaque

Itaque hunc *Oceani* Periplum (quem nos alium ab *Artemidoro* & *Menippo Marciani* ostendimus) duobus est complexus *Marcianus* omnino Libris. Priori *Oceanum* descripsit *Orientalem* & *Meridionalem*; *Occidentalem* autem posteriori atque *Septentrionalem*: non tamen ita quin & alia immiscuerit *præter* oram *Oceani*. Priori quoque Libro terminos *Europæ* & *Asiæ* & *Libyæ* non illos duntaxat assignat, qui in *Oceano* siti erant, sed in mari etiam *interno*: & quidem cum *stadiorum* intervallis. Ita factum ut *maris* Periplum *utriusque* in hoc Opere descripserit, quo tamen Maris tantum *Exterioris* descriptionem fuerat professus. Addit similiter & *sinus* atque *Insulas* Maris *interioris* pariter ac *exterioris*. Addit denique *maritimarum Provinciarum* terminos, non illos solos qui *mari* prætendebantur, verumetiam illos qui à *mari* longius distabant, & *Provinciis mediterraneis* annectebantur. *Liber secundus*, seu *Periplus secundus* (*utroque* enim titulo illum designat *Marcianus*) primo de *Oceano* agit *Septentrionali*, & quidem ita ut *Septentrionem* versus progrediatur. *Hispaniam*, *Galliam*, *Germaniam* percurrit, & *Sarmatiam Europæam*: ita ut *Provincias* omnes complectatur, tam illas quæ mari *interiori* prætendebantur, quam quæ *Oceano*. Addit & nostras insulas *Britannicas*. Nec eousque ulla est suspicio, quasi quippiam habeant cum prædictis *Artemidori* & *Menippi* Editionibus commune hi Libri, de quibus agimus, *Marciani* de Periplo *Oceani*. Occurrit autem, fateor, p. 61 hujus Editionis Epitomes *Apollodori* fragmentum. Sequuntur *Tituli* Parapli ab *Attæa* ad *Adramyttium*, cum *Urbium* per *terram* intervallis. Deinde ab *Adramyttio* ad *Lectum*, & *Troadis* usque ad *Sigeum*. Sed loco plane importuno. Nec enim in sequentibus quippiam occurrit, quod his titulis respondeat. Quæ enim sequitur *Præfatio* ad secundam illius ejusdem Libri partem spectat, qua de *Oceani Occidentalis* periplo acturus erat *Marcianus*. Hoc satis manifeste docent illius verba illa: [1] Περὶ δὲ τῆς διαφωνίας τῶν σταδίων εἴρηται μὲν μοι ἐν τῷ προτέρῳ βιβλίῳ, ἐν ᾧ τὸν Περίπλουν τοῦ ἑῴου παντὸς ἀκριβῶς πεποιήμεθα. Locus, ad quem nos hoc in loco retulit, occurrit Libro hujus Operis priori p. 3. Postea quæ legimus post verba illa, [2] Διήρηκε δὲ ὁ Μένιππος &c. ad finem usque *Marciani*, aliena videntur omnia ab Argumento Peripli de *Oceano*. Ad oras enim Maris *interioris* spectant universa, nec quicquam habent commune cum *Oceano*. Unius sunt ejusdemque sibi, nec aliunde hausta quam è *Menippo*. Nexum illa habent omnia *invicem*, nullum autem cum *præcedentibus*. Vidimus quidem in superioribus nonnulla immista, quæ maris erant *interioris*. Sed hic *nihil* plane legimus, quod referri

§. 6. Multa *aliena* immista habet hoc Opus *Marciani*. Nonnulla etiam ex ejus *Menippo*.

1 P. 66. 2 P. 67.

possit

possit ad *Oceanum*. Et longe præterea accuratius loca maritima Maris *interioris* cum *spatiis* referuntur quibus invicem distabant, quam in *alieni* Argumenti Opere spectari potuit, quo res illa *obiter* duntaxat, non autem ex professo, tractabatur. Magis ergo eo propendeo, ut hæc omnia à præcedentibus *separanda* sint, & à novo initio inchoanda, quod ad *Menippi* illam, quæ intercidit, pertinuerit Editionem à *Marciano* elaboratam. Supponunt certe in *præcedentibus* sermonem de *Menippo*, qui etiam ipse hic desideratur. Non est ergo quod miremur, si loca Veterum è *Marciano* prolata non ubique respondeant, cum adeo *mutilum* illum hodie habeamus, adeo locis alienis *interpolatum*. Desunt p. 12, quæ dicturus erat de *Æthiopia* κατὰ μέρ☉-. Eo autem redeamus unde discessimus.

§. 7. *Menippus* forte sub *Commodo.*

Itaque cum postrema illa non *Marciani*, sed *Menippi*, fuisse probaverimus; sequitur exinde non de ætate *Marciani*, sed *Menippi*, esse pronunciandum. Age ergo videamus, siquam novam inde *temporis*, quo vixerit, notam elicere possumus. De Ἀβώνου τείχει *Alexandri* Pseudomantis Urbe ita loquitur: [1] τὴν νῦν Ἰωνόπολιν λεγομένην. Et quidem *Alexandri* illius rogatu impetratum, ut nomen illud mutarit, testatur *Lucianus*. Sed *Ionopolim* appellat ipse: rectiusque, ut videtur. Hoc enim consilio fortasse nomen illud *patriæ* impetravit *Alexander*, ut originem ejus ab *Ionibus* arcesseret, qui erant etiam in minori illa *Asia* celeberrimi. Vixit ergo *Menippus* post *Alexandrum*, saltem post novum illud nomen *Ionopolis*. Sed *Aboniteichi* nomine usus est sub finem *Hadriani Arrianus* in Periplo Maris *Euxini*. Etiam sub *Pio* idem nomen in numis observavit præstantissimus [2] *Spanhemius*. Et sub *Marco* potissimum floruisse constat illum impostorem, quo cœpit Auctore nova illa patriæ illius appellatio. Hoc inde manifestum est quod *Oracula* illius memoret *Lucianus* nulla præterquam de rebus, quæ illo Imperante contigerint. *Initio* mox illius Imperii fuisse verisimillimum est infaustum illum exitum [3] *Severiani Galli* in *Armenia*, qui ortum dederit *Bello* in *Parthos*, de quo *triumphos* & *cognomina* utriusque Principis in *numis* legimus. Eodem Imperante *pestis* erat, de qua crassum Pseudoprophetæ errorem deridet [4] *Lucianus*. Sub finem *Marci* Bellum erat in *Marcomanos* ipsum quoque pari falsarii hallucinatione similiter insigne. Etiam tempus designat [5] *Lucianus*, quo hanc gratiam patriæ impetrarit *Alexander*, cum *unicus* esset in *Imperio* Princeps. Hoc nos docent *Luciani* verba. Ait enim postulasse præstigiatorem [6] παρὰ τοῦ Αὐτοκράτορ☉- μετονομασθῆναι τὸ Ἀβώνου

1 *Marcian*. p. 72. 2 *Ez. Spanhem*. de Præst. Numism. 3 *Lucian*. Pseud. p. 764, 765. 4 *Lucian*. ib. p. 769. 5 *Lucian*. ib. p. 775. 6 *Lucian*. ib. p. 782.

τεῖχος

τεῖχος, καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι. *Solus* ergo erat in Imperio *Marcus*, cum hoc *Alexandro* concederet, vel *Alexandri* potius (ut videtur) patrono *Rutiliano*. Certumque adeo est post *novennium*, quo collegam habuit in Imperio *Verum*, elapsum, à *Marco* hoc fuisse impetratum, post annum scilicet Æræ *Christ*. receptæ CLXX. Serius esse potuit, dummodo ante *Marci* saltem *exitum* contigerit. Nec sane longe, ut opinor, à vera *Menippi* ætate aberrabit hæc nota. Sic enim loquitur quasi *nupera* esset, cum scriberet *Menippus*, illa *nominum* mutatio; quasi nondum Ἀβώνου τεῖχος nomen è memoria hominum excidisset. Quod sane scire potuit *Menippus*, *Asianus* ipse, & *Pergamenus*. Non longe itaque, ut puto, aberrabimus, si illum *Commodi* temporibus assignemus.

§. 8. Formæ quibus Marciani Scripta designantur à Stephano.

Placet autem obiter *formas*, quibus prædicta *Marciani* Scripta à *Stephano* advocantur, observare. Cum testis adducitur ipse *Marcianus*, illa ejus Scripta designantur, quæ suo *nomine* ipse insignivit; vel scilicet *Periodi pedestres*, vel *Oceani Peripli*, vel *Itinerarium* ab Urbe *Roma* ad Urbes *insigniores*. Ita scilicet plerunque. Semel enim advocatur [1] *Marcianus* ipse è II° *Epitomarum Artemidori*. Quod sane potuit contingere, quod locum illum, quem forte omiserat *Artemidorus*, [2] *Marcianus* ipse ex alio aliquo, cujus tamen nomen reticuerit, Auctore suppleverit. Hoc enim profitetur ipse *Marcianus*, ita se in alienis Scriptis esse versatum, ut nihilominus constaret quid *ipse* scripsisset Auctor, & quid de suo aliunde suppleverit *Marcianus*. Porro *Menippum* non in *Epitomen* redegit, sed, qua deesse visus est, *auctiorem* fecit. Nec *Periplum* duntaxat *universum*, sed & *partes* Peripli singulas, sub *Peripli* nomine *Stephanus* advocavit, nempe *Periplum* utriusque *Ponti*, *Periplum Paphlagoniæ*, *Periplum Bithyniæ* &c. Minus profecto accurate. Quanquam enim omnes invicem annexæ *Periplum* fecerint, quòd *circuitum* expleverint; *partes* tamen singulæ non explebant, proinde rectius *Parapli* quam *Peripli* appellandæ. Oram enim maritimam *præternavigabant* potius quam *circumnavigabant*.

§. 9. Medius inter Menippum & Marcianum Agathemerus antiquior Constantinopoli.

Jam de *Marciani* agamus ætate. Idque certum est inprimis, *antiquiorem* esse *Stephano* Lexici Geographici Auctore, à quo testis advocatur. Si quidem is sit *Marcianus*, cujus meminit [3] *Synesius*, ut credunt nonnulli, jam nihil esset cur de illius *ætate* ultra dubitaremus. Erat enim ille *senex*, cum scriberet *Synesius*, qui sub *Arcadio* potissimum scripsit floruitque. Suntque, fateor, quæ sententiæ illi faveant, Argumenta. *Marciani* testimonia adduxit *Stephanus*. Idemque fecit

1 *Steph.* Μακέδα. 2 *Marcian*. p. 65, 66. 3 *Synes*. Ep 101 ad *Pylam*.

de *Syneſio*. Inde conficitur, ambos *antiquiores* eſſe *Stephano*. Coævos ſibi *invicem* fuiſſe non conficitur. Erat præterea *Marcianus* ille *Syneſianus* (ut noſtrum appellant MSS.) *Heracleota*. Sed nihil habet *Syneſius* de *Scriptis Marciani*, nedum *Geographicis*. Temere ergo de *ætate Marciani* nihil inde pronunciandum eſt. Aliunde quærendum nunquid *pugnet*, quo minus hoc *Sæculo* vixerit ſcripſeritque *Marcianus*. *Artemidoro* & *Menippo* ſua, quæ de Inſularum ambitu dedit, ſe debere agnoſcit [1] *Agathemerus*. Nec tamen *Marciani* vel *nomen* apud illum legimus, nec quippiam habet unde conſtare poſſit, operamne *Marciani permiſtam* haberent horum Auctorum Textus, quos ipſe uſurpavit *Agathemerus*. Non loquitur de *Epitomis Artemidori*, ut loquitur *Stephanus*, quem poſt *Marcianum* vixiſſe certum eſt; ut loquitur etiam [2] Scholiaſtes *Apollonii*, quem vel hinc *Marciano* recentiorem fuiſſe vincitur. Media ergo inter *Menippum Marcianumque* ætate vixit *Agathemerus*. Proinde ex illius *ætate* illud ſaltem colligendum eſt, quo tempore ne quidem *antiquior* eſſe potuerit *Marcianus*. Quod vero *Agathemeri* ætatem è *Tropici*, [3] vel potius *Syenes*, ab Æquatore diſtantia (quaſi vero ea fuiſſet illius *Sæculi*, quo *ipſe* vixit *Agathemerus*) colligat *Wendelinus*; ſpecioſior illa, ni fallor, quam fortior, Argumentatio eſt. *Ptolemæo* enim ſe accepta illa, quæ habet de *Parallelis*, ipſo mox capitis initio, referre agnoſcit *Agathemerus*. Scio quidem hodiernos utriuſque numeros inter ſe diſcrepare. Diſcrepantiam enim illam *Agathemerus* facit μοιρῶν κγ΄ Ϛ΄΄ δ΄, graduum ſcilicet 23. 45΄. & quidem [4] duobus in locis. *Ptolemæus* μοιρ. κγ΄. Ϛ΄΄ γ΄, nempe grad. 23. 50΄. etiam ipſe [5] *bis*. Sed tam aperta *Agathemeri* profeſſio facit, ut ne dubitare quidem liceat, quin ſit alter ex altero corrigendus. Nec ſane difficilis erit in *tertio* numero error. Eodem enim redibunt, pro calculo ſupputandi *Romano*, ſi δ΄ *quadrantem* deſignarit; γ΄ autem *tres uncias*, quæ revera *quadrantem aſſis* conficiebant. Ergo tempus illius aliunde explorandum eſt. *Ptolemæo* juniorem, quem toties ſequitur, fuiſſe manifeſtum eſt. Inde [6] *Taprobanen Salicam*, non Inſulam *Palæſimundi*, appellat, pro exemplo *Ptolemæi*. Etiam poſt *Severi* tempora vixiſſe colligit *Wendelinus* propter verba ejus de *Albione*, [7] ἐν ᾗ στρατόπεδα ἵδρυται, quæ ille de *Severi* vallo tunc *recens* exſtructo intelligenda eſſe cenſet, ditionis *Romanæ* terminos. Atqui ſi de tali aliquo *vallo* neceſſe eſſet, ut verba illa intelligerentur; erant profecto, etiam ante *Severum*, talia *valla* alia, ad quæ poterant non abſurde referri, tam *Hadriani*, quam etiam *Antonini Pii*. Sed στρατοπέδων ἱδρυμένων nomine *Legionum caſtra* inte-

1 *Agath.* L. I c. 5. 2 Schol. *Apollon.* ad L. III. v. 858. 3 *Agath.* L. I. c. [illegible]
4 *Agath.* L. I. c. 8. L. II. c. 13. 5 *Ptol.* Geogr. L. I. c. 23. p. 24. L. IV. c. 5. p. [illegible]
6 *Agath.* L. II. c. 6, 8. 7 *Agath.* L. II. c. 5.

ligit *ſtativa*, non ad *vallum* certe, ſed in *Urbibus Britanniæ* maxime *opportunis*. Talia tria *Eboraci*, *Ceſtriæ*, & *Iſcæ Damnoniorum*, ſeu *Exoniæ*, numerat ipſe *Ptolemæus*. Itaque non eſt cur, ex hoc ſaltem loco, colligamus eum *multo* juniorem fuiſſe vel ipſo *Ptolemæo*. Tantum abeſt ut *Plethonis* aut *Gazæ* Sæculo admoveri poſſit, ut vir quidam doctus arbitratus eſt. *Maximi* certe, qui *Gratianum* Imperatorem interfecit, Sæculo *juniorem* eſſe non potuiſſe, vel è prædictis colligimus, quæ tum etiamnum erant in *Britannia* noſtra, στρατοπέδοις ἱδρυμένοις. Copias enim *Romanorum* omnes ex hac Inſula detraxit Tyrannus ille *Maximus*. Poſtea, fateor, rogati à *Britannis Romani* miſerunt identidem ſociis *auxilia*. Sic tamen illi, ut re bene geſta mox redierint, nec deinceps caſtra ulla *fixa* hic tenuerint. Anno ergo Æræ noſtræ *Chriſtianæ* 383 (quo *Maximi* opera cecidit *Gratianus*) *antiquior* fuerit oportet *Agathemerus*: imo certe anno ejuſdem Epochæ 330 *antiquior*, quo Urbs *Conſtantinopolitana* dedicata eſt, & novo *Conſtantinopolis* nomine appellata, quam veteri adhuc nomine noſter [1] *Byzantium* appellat. *Græcum* fuiſſe prodit & *lingua*, qua ſcripſit, *Græca*, & *patronus* Operis *Philo* ipſe etiam *Græcus*, & nomen *Græcum Agathemerus*. Etiam *Orientalem* arguit, quod *Gallos* obſervarit, non jam amplius *Galatarum*, ſed [2] *Gallorum*, nomine appellari. Non equidem inepte, pro *loci*, quo vixit ſcripſitque, ſitu, ſi quidem vixerit in *Oriente*, nec longe à *Galatis Aſianis*. *Galatarum* enim nomini magis aſſueverant *Aſiani*, propter finitimos ſibi *Galatas*; non autem incolæ *Occidentalis* Imperii. Erat ergo etiam ipſe inter illos qui ſedem Imperii agnoſcebant *Conſtantinopolim*, ſi quidem *poſtea* vixiſſet quam eo tranſlatum fuiſſet *Imperium*. Cur itaque *veteri*, & quod in *deſuetudinem* abierat, nomine illam appellaret? Memorat porro *Daciam* poſt *Iazygas Metanaſtas* [3] ὁριζομένην τῷ Ἴστρῳ. Ea proculdubio *Tranſdanubiana* erat in *Provinciam* redacta à *Trajano*, ab *Aureliano* autem deſerta & præſidiis nudata. Si quidem ea tum fuiſſet *Romana* Provincia, cum ſcriberet *Agathemerus*, ita vixerit etiam ante *Aurelianum*. Sed nihil habet unde certe colligi poſſit fueritne tum ditionis *Romanæ*. Utcunque tamen ante fundatam *Conſtantinopolim* illum vixiſſe veriſimillimum eſt. Et certe ſpatio aliquo temporis poſt *Ptolemæum*. *Danubium* cenſet *Ptolemæus* uſque ad [4] *Axiopolim Daciæ* finitimam. Non longe fortaſſis ab eo diſcrepavit [5] *Strabo*, qui ad *Cataractas* eum producit quæ per *Dacos* feruntur. *Plinii* locum, qui ab eo loco, quo *Illyricum* alluit *Danubius*, *Iſtri* nomen auſpicatur, mendoſum eſſe ſuſpicor. *Danubii* nomen ad *Vindobonam* tantummodo profert

1 *Agath.* L. II c. ult. 2 *Agath.* L. II. c. 4. 3 *Agath.* L. II. c. 4. 4 *Ptolem.* II. 11. p. 57. III. 8. p. 84. 10. p. 87. 5 *Strab.* L. VII p. 304, 305.

[1] *Agathemerus*. Ex alio certe Auctore quam *Ptolemæo*, utque videtur, *juniore*: forte *Menippo*. Nec enim oras duntaxat maritimas à *Menippo* descriptas fuisse colligimus è fragmentis *Hæschelianis*. Et quidem junior *Ptolemæo* fuit, ut videmus, *Menippus*; ut *Menippo* junior erat *Agathemerus*. Idem *Agathemerus* saltem antiquior *Constantinopoli*, fortassis *Aureliano*. Proinde junior *Agathemero Marcianus* his temporibus *junior* fuerit oportet. *Quanto* junior fuerit, nondum hoc docet Argumentum. Sed plusquam duorum Sæculi spatium intercesserit oportet inter *Menippum* atque *Marcianum*, si idem is fuerit, de quo agimus, *Marcianus* cum illo, cujus meminit *Synesius*. Itaque quam *sero* vixerit *Marcianus*, aliunde explorandum.

§. 10. *Scholiastes Apollonii* junior *Marciano*, quarto saltem Sæculo *exeunte* antiquior.

Porro ex *Artemidori Epitome* testimonium advocat vetustus ille, quem habemus, atque eruditus *Apollonii Rhodii* Scholiastes, quem vel inde discimus recentiorem illo, qui *Epitomen* illam confecit, nostro (inquam) *Marciano*. Sed vero *Scholiastarum* veterum *ætatem* designare difficillimum est, præsertim *Anonymorum*, eorumque maxime qui *aliorum* Commentarios in unum Corpus digesserunt. Solenne his est ut *verba* aliena repræsentent, quæ sint proinde ad *Auctorum* potius, quos collegerant, *ætates*, quam ad suam, referenda. Solenne item *junioribus*, ut novis incertique temporis Observationibus vetustiorum cogitata *interpolarent*. Solenne denique ut *temporis*, quo vixerint, designationem parum necessariam crederent, atque adeo penitus negligerent. Nec otium est inpræsentiarum de his accurate, ut merentur, differendi. Sunt autem sane inter *Scholiastas* illi *vetustiores*, qui in *primarios* Græcæ linguæ Scriptores operam suam contulerunt, & qui *Auctoribus exemplisque* sua confirmarunt. Habent quidem *minorum* gentium Auctores, qui in pretio erant, suos sibi *Scholiastas*. Ita *Lucianus*, *Aristides*, *Philostratus*, *Oppianus*, *Nazianzenus*, *Synesius*, *Libanius* &c. Sed parvæ admodum frugis; sed veterum testimoniis plerunque destitutos; sed rerum, de quibus agunt, admodum plerunque imperitos, quique vel illa ipsa *imperitia* suam *novitatem* prodant, quantumque distarint à *Sæculis* ingeniorum feracissimis. Sed & inter *antiquiores* doctioresque *Scholiastas*, ordo quidam observandus est. Omnium *antiquissimi* sunt, proximique ipsis, quos explicandos susceperant, Auctoribus, qui ex ipsis *fontibus* testimonia arcessunt, non autem ex antiquioribus *Scholiastis*; *juniores* illi qui suum nihil contulerunt præter industriam, dum *aliorum* separata volumina in unum corpus contraxerunt. Hoc autem censu habendus est hic *Apollonii*, quem habemus, quantumvis doctus, *Scholiastes*. Collegit ipse è *Lucillo Tarrhæo*, *Sophocle*, & *Theone*, qui tamen etiam

[1] *Agath.* L. II. c. 4.

etiam *ipſi* ex *antiquioribus* hauſerunt, qui ſcripſerunt in hunc ipſum *Apollonium* ex profeſſo Commentarios. *Tertio* ergo demum gradu diſtat *ipſe* à *primariis* Auctoribus, proinde recentiſſimis ſui ordinis Scriptoribus accenſendus. Is *Theon*, ſi idem fuerit *Alexandrinus*, cujus ſimiles habemus in *Aratum Ptolemæumque* Commentarios; ita collector ipſe, *Theone* junior, poſt *quartum* a *Chriſto* nato Sæculum, quo ſcripſit *Theon exeunte*, floruerit. *Quanto* junior illa quoque Epocha fuerit, ne quidem *ita* conſtabit. Si autem *ipſe* nihil *proprium* attulerit, ita neceſſe erit ut quæ habet omnia *Theone*, eorum, quos collegit, recentiſſimo *antiquiora* ſint. Sic erit *Theoni*, ita tamen ut ante hoc *Theonis* opus ſcripſerit, ſaltem *coævus Marcianus*. Nec quicquam hactenus *pugnabit*, quo minus idem fuerit cum *Marciano Syneſiano*. Sed nec viciſſim quicquam *pugnat*, quo minus fuerit hoc ipſo *Theone*, & coævo *Theoni Syneſio*, multo adhuc *antiquior*.

§ 11. Noſter *Marcianus* antiquior, ut videtur, *Marciano Syneſii*; eoque qui floruit ſub *Valente*.

Supereſt ergo ut ex ipſo demum *Marciano* de *Marciani Sæculo* judicemus. Et quidem *Saxonum* nomen hic legimus. *Inſulam Saxonum* p. 52. Et *gentem Saxonum* p. 53. *Cujus gentis nomen in Græcis pariter ac Latinis Hiſtoriis ignotum* aſſerit *ante Diocleſiani tempora* Cl. *Vindingius*. Recte quidem id fortaſſis ſi ſermo fuiſſet de *Saxonum prædationibus*, aut traductis aliò *coloniis*, quibus poſtea inclaruerunt. Hîc autem in *propriis ſedibus* erant, cum eorum mentionem faceret *Marcianus*, qui ipſe nihil habet quod accipere non potuerit à *Ptolemæo*. Meminit enim etiam [1] *Ptolemæus Inſulæ Saxonum*, & *gentis*; & eodem *ſitu* utramque ſtatuit, quo & noſter *Marcianus*. Plane ergo nihil video quod *Marciani* ætatem multo inferiorem arguat ætate *Ptolemæi*. Nihil plane cur junior credatur *tertio* Æræ noſtræ *Chriſtianæ* Sæculo. Ita ſatis accurate invicem conſentient omnia, ut & junior *Ptolemæo* fuerit *Menippus*, & *Menippo* junior *Agathemerus*, & junior *Agathemero Marcianus*. Vix potuit à *Roma veteri* duntaxat *Itineraria* deſcribere ipſe *Græcus*, & *Romæ novæ* (ſiqua tunc fuiſſet) ſubditus. Vix potuit *Imperii*, quo vixit ipſe, *Metropolim* tam alto premere ſilentio, in Opere *Geographico*, in locis *Conſtantinopoli* adeo vicinis. *Nomen* ejus fateor, *Romanum* eſt: ſed *Græcum* lingua, qua ſcripſit, fuiſſe prodit, & patria *Heraclea Ponti*. *Orientalem* produnt *Epitheta*, quibus ornat *Ptolemæum*, θειοτάτε & σοφωτάτε *Syro Malelæ* admodum familiaria, non item *Græcis Europæis*. Faciunt hæc omnia ne *Conſtantinopoli* junior credi poſſit, cujus mentionem omnem ita devitarit. Hæc ſi vera, *alius* fuerit *Marcianus* noſter à *Marciano Syneſiano*, & ab illo etiam *alius* quem ejus loco reponit Cl. *Vindingius* è *Suida*, qui ſub *Valente* Principe floruerit; ſi tamen is ipſe alius fuerit à *Syneſiano*.

1 *Ptolem.* Geogr. L. II. c. 11. p. 60, 58.

DISSER-

DISSERTATIO OCTAVA.

De Auctore *Anonymo* Peripli *Euxini* Maris.

§. 1. *Scymni Chii Iambos* an noster *confuderit* incertum est.

IN hoc Opere luculentum habemus exemplum *commissorum* inter se *Periplorum*. Nec tamen pro recepto illiusmodi Scriptorum more, ut quo loco *desierat* unus Auctor, inde *incipiant* quæ ex alio Auctore excerpsit Operis universi collector. Hic etiam de locis *iisdem* diversorum, quos excerpsit, Auctorum sententiam *seorsim* refert, quod fecit etiam sæpe *Plinius*. *Scymnum* imprimis excerpsit *Chium*; tum etiam *Arrianum*; & *tertium* denique, qui, post *Arrianum*, *stadia Græcorum* cum *miliaribus* contulerit *Romanorum*, & quidem ipsis plerunque Auctorum, quos excerpsit, *verbis*. *Scymni* certe *Chii verba* tam accurata fide repræsentavit, ut *Iamborum* vestigia etiamnum appareant, ut facile Vir Maximus *Is. Vossius* illos in pristinam formam redegerit. *Verba* enim *Scymni* fere numerat, ne quidem *ordine* verborum admodum mutato. Nescio an *Iamborum* formam in suo, quo est usus, *Scymni* codice *ipse* repererit, aut *Iambice* scripsisse crediderit. Nam in ipso quoque *Scymno* jamdiu versuum *lineas* invicem confudisse Librarios, è Codicibus *Scymni* constat *Hœschelianis*. Nec enim in illis quicquam invenit *Scaliger*, quod *versuum* suspicionem faceret, præter *Scymni* verba se *metro Comico* scribere profitentis, & *metrum* verborum, *sonosque* versibus congruos; ne dicam jam *figuras* à *pedestri* oratione alienas. *Versus* autem, tam in Codice *Palatino* quam *Gallicano*, confuse & permixte exaratos esse ipse agnovit *Hœschelius*. Itaque jam aliquantisper *versibus* confundendis assueverant *Librarii*, præsertim *juniores*, in Operis forma *versibus*, ut credebant, parum *congrui*. Eoque magis est cur hoc de nostro verum fuisse suspicemur, si fuerit adeo, quam volebat Cl. *Vossius*, nuperus. *Veteribus* enim frequentiores erant etiam in re *Geographica versus*, quam ut hoc fallere potuerit *veteres* etiam *Librarios*. Erat enim apud *Græcos* celeberrimus hoc nomine *Dionysius*, apud *Latinos* *Germanicus*

Germanicus & *Festus Avienus*. Itaque num in nostrum hæc suspicio conveniat, à *tempore* potissimum, quo vixit, judicandum est.

§. 2. *Arriano*, quem in multis sequitur noster, proinde junior *Anonymus*.

Etiam *Arrianum* à nostro expilatum esse censuit idem Cl. *Vossius*. Imo *nihil esse quod non ex eorum altero desumserit*, vel *Scymno* scilicet, vel *Arriano*. Non tamen satis, quod volebat, etiam probavit. *Stadia* quidem in suo Maris *Euxini* Periplo dedit *Arrianus*: non item *Romana milia-ria*. Hæc ergo saltem noster aliunde. Ita certe nisi Ῥωμαϊκὰ γράμματα viderit noster quorum ipse meminit [1] *Arrianus*. Illa enim *Romanorum* moribus accommodanda, proinde *miliaribus* potius, quam *stadiis*, designanda erant. Ita ex *utroque* Scripto tam *stadia* discere potuit, quam *miliaria*. Sed incertum est num illa emanarint in *publicum* quæ *Principis* causa, & pro *Romanorum* more *patrio*, lingua proinde etiam *Romana* erant concipienda. Utque emanassent, *Græcus* tamen erat *nostri Peripli* Auctor. Nec solent *Græci*, etiam de rebus *Romanis*, alios, quam *suæ* linguæ Scriptores, advocare. Ut porro major fuisset nostri, quam civium ejus solebat esse, diligentia; non tamen efficiet illa ut *miliaria Romana omnia* accipere potuerit ab *Arriano*. Nec enim de aliis, quam *Provinciæ* suæ, *Arriani* scripta, vel *Romana*, meminisse verisimile est. Alibi *Romanarum literarum* à se scriptarum ne quidem *ipse* meminit *Arrianus*: nec de aliis quam *Provinciæ* suæ negotiis *Præfecturæ* munus exigebat, ut *Principem* certiorem faceret. *Parte* ergo Peripli sui longe *maxima*, quæ erat extra *Pontum Cappadocium*, aliunde *miliaria* hauserit oportet, quam ex *Arriano*. Ne quidem illud certum esse hactenus evictum est, an ea quoque ipsa, quæ habet cum *Arriano* communia, ipsi tamen debuerit *Arriano*. Quæ enim erant extra *Provinciam Arriani*; quæ ne quidem *iter* attigerint, quo in Provinciam ipse *pervenerit*; quæ ne quidem *iter* illud, quo *Hadriano* ipsi iter erat in *Bosporum*, quæ ex *indicibus* proculdubio didicit certissimis: hæc aliunde *Arrianum* ipsum, quam è decessorum *Scriptis*, didicisse verisimile non est. Et quidem ad partem Maris *Euxini* reliquam spectant potissimum quæ hic communia legimus cum *Arriano*. Hæc ergo nostrum *Arriano* debuisse necesse non est, cum ex *Arriani Auctoribus* eadem haurire potuerit, quod ipse fecit *Arrianus*. Habet præterea noster multa quoque loca, quæ frustra quis quæsierit in *Arriano*. Hæc ergo quomodo potuit accipere ab *Arriano*, quæ ne quidem ipse complexus fuerat *Arrianus*?

1 *Arrian*. Peripl. Mar. *Euxin*. p. 6, 10.

Neutiquam

§. 3. Periplus *Euxini* Maris ab *Arriano* scriptus non est (ut Cl. *Vossio* videbatur) *mutilus*.

Neutiquam sane si talis olim fuerit *Periplus Arriani*, qualem nunc habemus. Censuit autem Vir præstantissimus hodiernum, quem habemus, *Periplum Epitomen* esse tantummodo, minimamque partem eorum complecti, quæ ipse scripserit *Arrianus*. Hoc inde colligit, quod ex *Arriano* multa suo ad *Dionysium* Commentario profert *Eustathius*, quæ tamen nullo legimus illius *Periplo*. Sed vero *Periplum Arriani* nullum ibi, quod meminerim, saltem de *nomine*, appellat *Eustathius*. Quæ autem habet omnia, ea istiusmodi sunt, ut in *nullo* fortasse *Periplo*, sed in *Historiis* (quas *multas* illum scripsisse supra probavimus) ea scribere potuerit *Arrianus*. Hucusque ergo nihil est, quo vel *Arriano* ipso *junior* noster fuisse vincatur. Vincunt autem certe nostri Auctoris illa de *Halmydesso* verba: [1] Τούτου δὲ χωρίου μνήμην ποιεῖ Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος. Hæc enim *Auctorum*, quorum fidem secutus est *Arrianus*, verba non sunt, sed ipsius potius *Arriani*, in propria etiam *Persona* loquentis, quem *Xenophontem Socraticum* propterea *seniorem* vocasse probavimus, quod *junioris Xenophontis* ipse nomen affectarit. Hinc ergo certum est *Arriano* juniorem fuisse nostrum Anonymum, & proinde verisimilius erit, quæ habet ipse cum *Arriano* communia, ea illum ab *Arriano* potius sumsisse, quam ab *Auctoribus Arriani*.

§. 4. *Romana*, quæ adhibet noster, *miliaria* à *veterum Romanorum miliarium* forma plane *aliena*.

Alteri autem, & recentiori, quam fuerit vel *Arrianus*, Auctori debuit noster quæ habet omnia de *Romanis* sui temporis *miliaribus*, quæ cum *stadiis septenis* componit & *dimidio*. *Major* enim *miliaris* modus receptus est apud *Veteres*, & florente Republica, *stadiorum octonorum*. Hic enim certe modus respondebat examussim proportioni antiquissimæ pedis *Græci* atque *Romani*: qua scilicet pedes *Græci* DC *stadium* conficiebant, iidemque pedibus *Romanis* DCXXV pares erant, passibusque CXXV. Sic enim futurum erat ut *stadia* istiusmodi *octona passus* implerent *Romanos mille*. Et quidem modum hunc Auctorum esse accuratissimorum, & sibi invicem maxime consentientium, docet, adversus *Lipsium*, Vir Geographiæ veteris peritissimus [2] *Philippus Cluverius*. Facit autem ne de eo dubitare liceat *Strabo*, qui hunc modum observatum esse testatur in via *Egnatia*, lapidibusque illius viæ miliaribus ab *Apollonia* ad *Macedoniam*. Erat enim via illa [3] βεβηματισμένη κατὰ μίλιον, ut docet ibidem *Strabo*. Βηματισμὸς ille pedum designatio erat, teste *Hesychio*. Quis autem dubitet *stadii Græci* mensuram fuisse accuratissimam in ipsa *Græcia*, & *Romani* etiam *miliaris* in via *militari*

1 Peripl. Anonym. Mar. *Euxin.* p. 15. 2 *Cluver.* Germ. Antiq. Procem. L. I.
3 *Strab.* L. VII. p. 322.

Romana? Alium dedit modum *Polybius*, & majorem, monente ibidem *Strabone*. Sed ante *Caji Gracchi* Tribunatum, qui anno demum *Varroniano* DCXXXI° primus vias *publicas* per *Italiam* lapidibus defignavit, ut in ejus vita tradit *Plutarchus*. Aliquot nimirum annis poftquam Hiftoriæ fuæ manum ultimam impofuerat *Polybius*. Cæterum ab illis ufque *Caji Gracchi* temporibus nullus dubitandi locus eft, quin idem fuerit ubique *miliaris Romani* modus in viis publicis militaribus, nec alius proinde ab eo quem in *Egnatia* via defcripfit *Strabo*. Imo modum illum *Polybianum* non alium fuiffe revera ab hoc omnium *receptiffimo* mox oftendemus. Idem præterea colligitur ex *Itinerariorum Latinorum miliaribus*, fi conferantur cum *Græcorum ftadiafmis* in iifdem locorum intervallis. *Veteris* ergo *Romæ* non alium fuiffe *miliaris* modum eft fane verifimillimum. Nec alium agnofcunt ab illo ufque *Gracchi* Sæculo Scriptores *Romani* etiam juniores. Certe *Columella*, *Plinius*, & *Gellius*, pro *hoc* miliaris modo, *ftadium* CXXV *paffuum* faciunt.

§. 5. *Miliaria* illa è *Græcorum juniorum ratiociniis* nata. Et quo demum *progreffu*.

Græcis, fateor, alius placuit *miliaris Romani* modus, idem cum eo quem fequitur noftri Auctor *Peripli*, *feptenorum* cum *dimidio ftadiorum*. Ita *Suidas*, qui *receptum* quoque *miliaris* modum fuis mifcet collectaneis. Ex illo ergo ne quidem id colligere licet, quæ fuerit vel *Sæculo fuo*, vel *Auctoris*, quem excerpfit, receptiffima fententia. Sed *unicum* illum *minoris miliaris* modum agnofcit *Photius*, quafi nullus alius fuiffet, ubi vixit *Photius* in *oriente* exploratus. Sic enim habent illius verba, non tamen (quod fciam) in *Bibliotheca*, ut volebat [1] *Cluverius*, fed in *Lexico* MS°: Στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ μιλίου λεγομένου. Ἑπτὰ γὰρ ἥμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Itaque *ante* ætatem *Photii* obfoleviffe verifimile eft *antiquioris miliaris* ufum, fiquis tamen unquam fuerit in *Oriente*. Nam, ut è *noftro* conftat Peripli Auctore, non folum *Conftantinopoli*, fed in locis *Conftantinopoli vicinis* (quæ tamen *Romanis* olim non paruerint) hic idem obtinuit *miliaris Romani* modus. Ego rem totam (fi quidem *conjecturæ* venia fit) ita habuiffe fufpicor. Primus antiquiffimufque miliaris modus is erat, quem dixi. Ut fcilicet *ftadium* pedes *Græcos* complecteretur DC, *Latinos* DCXXV. Hi *pedes octies* multiplicati facient in *miliari* pedes *Græcos* 4800, *Latinos* 5000. Detracti è *pedibus Romanis pedes Græci* reliquos facient *pedes* 200, qui *Græcis tertiam* ftadii *partem* explebant accuratiffime. Inde factum, ut præter *octonos ftadios*, *tertiam præterea* ftadii *partem* miliari Romano tribuerint *Polybius* & *Eratofthenes*. Sic enim de *Polybio* teftatur [2] *Strabo*, de *Eratofthene* autem *Julianus* Archi-

1 *Cluver.* Germ. Antiq. L. I Prooem. 2 *Strab.* L. VII. p. 322.

tectus apud *Harmenopolum*. Nam post Bellum cum *Pyrrho* pacem inibant cum *Ptolemæo Philadelpho Romani*. Inde evenit ut *Eratostheni* aliquatenus innotuerit *miliare Romanum*. Non tamen propterea *diversus* erat modus *miliaris Romani* etiam *antiquioribus* illis *Eratosthenis* temporibus & *Polybii*. *Octonos* enim in *miliari Romano stadios* supponit utraque illa supputatio, è cujus discrepantia nati *pedes* illi 200, quos pro *tertia* stadii *parte* habebant *Eratosthenes* atque *Polybius*. Propterea scilicet redundare pedes illos in *Romano miliari* censebant, quod is *pedum* numerus redundarit in *octo stadiis*, si pro modo *pedis Romani* metirentur. Nec interim cogitabant *minorem* fuisse *pedis* mensuram, qua factum ut *major* pedum numerus apud *Romanos* idem conficeret, quod *minor* conficiebat apud *Græcos*; nec *minoris formæ* pedes *Romanos* 200 tantundem valere quod 200 *pedes Græcos*, qui stadii *Græci tertiam* partem revera conficiebant. Contra vidit *Plutarchus* hosce *ducentos pedes*, si pro calculo *Græco* (qui *major* erat) supputentur, *deficere* potius, quam *redundare* apud *Romanos*: quod scilicet pedes *Romani* 4800 *pedes Græcos* 4800 non *æquarent*, nisi alii præterea pedes 200 *adderentur*; pro modo scilicet *Romano*. Proinde *octo stadiis* minorem censuit modum *miliaris Romani*. Ipse, licet in alterum extremum *erravit* quam *Polybius*, pari tamen *erroris* usus est *occasione*, quod nec ipse *pedum Græcorum Romanorumque* discrimen observarit. *Pedes* enim *Romanos* numeravit *Græco* tamen pedum *numero*, ut in *miliari integro* à justa *stadiorum octo* mensura deficerent. Inde autem *juniorum* errorem natum crediderim, *minorem* miliaris *Romani* quam *octo stadiorum* mensuram statuentium. His nempe, ut opinor, gradibus. Qui primi observabant *pedes Romanos* 4800 à justo *pedum Græcorum* 4800 modo, qui *mille passus* explebant, deficere; illos necesse erat, ut plusquam *tertia* stadii *parte contractiora miliaria* fecerint, quam fecerint decessores *Græci*, qui partem *tertiam stadii* ultra *stadios octonos* ad *miliaria Romana* explenda necessariam fecissent. Erat enim & *pars* illa *stadii* detruncanda, & *pars* illa præterea quæ *deerat* ad *stadia octona* absolvenda. *Defectum* illum si *parem* ipsi cum decessorum *excessu* statuissent, sic *partibus* stadii *tertiis duabus breviora* fecissent *miliaria*. Sed nihil erat necesse ut ita facerent. Nec enim *pedes Romani* 200 ad *tertiam* stadii *partem* assurgebant. Erant enim pares *Græcis pedibus* tantummodo 180. *Duplicentur* ergo. *Pedes*, conficient duntaxat 360. Sed in *miliari Romano* non alios *pedes* censeri oportere manifestum erat, quam *Romanos*. Pars autem *dimidia stadii Romani pedes* complectebatur *Romanos* 312 ½. Supererunt *pedes* 47 ½, qui certe *negligendi* erant pro more, quem sequitur noster,

supputandi

ſupputandi per partes *aſſis Romani*. Pars enim *aſſis* minima, *uncia*, ſeu XII^a, ſi vel *Græco* exemplo cenſeatur, *pedes* explet 50; ſi *Romano*, *pedes* 52 & *duodecimam* præterea pedis *partem*. Sic *ſtadii* parte *dimidia breviora* fecerint *miliaria*, quam feciſſent *Veteres*, qui *ſtadia* 8 $\frac{1}{3}$ pro modo habuerant *Romani miliaris*. Cum autem paulatim hic *veterum error* è memoria hominum intercidiſſet, modus autem *Romanorum* exploratiſſimus is eſſet ut *ſtadia integra octona* ſingulis *miliaribus* aſſignarentur; proclive erat ut emendationem illam *miliari Romano* ſuis *temporibus* recepto accommodarent *juniores Græci*, & proinde *ſtadia* illa octona *dimidio ſtadio* mutilarent. Hoc ego ad *Græcos* retulerim *Conſtantinopolitanos*. *Græcam* enim hujus erroris originem produnt hujus *miliaris* Auctores, non alii, ut opinor, quam *Græci* omnes. Produnt ipſi *errores* non aliunde nati quam è *Græcorum* veterum *ratiociniis* de rebus *Romanis*, & proinde ſibi parum *exploratis*. Alioqui fateor, ne quidem *Græcis* penitus ignota fuiſſe *Romanorum miliaria*, poſtquam etiam ipſi in *Romanorum* ditionem conceſſiſſent. Hoc ex ipſo diſcimus Evangelio S. *Matth*. V. 41. Nam & in publicis Imperii *Rationariis*, & in publicis metatorum *Itinerariis*, jam aſſueverant *Romanorum miliaribus* etiam *Provinciæ*: ſed proculdubio veris *octonorumque ſtadiorum*. Novus autem ille falſuſque *miliaris* modus vix potuit ab aliis eſſe præterquam à *Græcis*; & à *Græcis*, ut puto, *Conſtantinopolitanæ* ditionis.

Novæ enim *Romæ* nomen ſibi vendicabat *Conſtantinopolis*. Urbiſque *Romanæ* etiam *jura* omnia: *Imperatorem* proprium, proprium ſibi *Conſulem*, proprium *Senatum*, proprium ſibi pariter (pro *Romæ* exemplo) *Urbis Præfectum*. Inde *Romanos* ſe, Urbiſque Præfecturam *Romaniam* appellabant. *Occidentalis Romæ* incolas ne quidem *Romanorum*, ſed *Latinorum* duntaxat nomine dignabantur. Proinde & *mores* etiam *Romanos* affectabant, quo magis *Romani* viderentur. In his etiam hunc, de quo agimus, *miliarium*: verum ita plane ut decuit *Græcæ* ſtirpis Civitatem. *Linguam* enim retinebant etiamnum Urbis *Byzantinæ*, & cum *lingua*, gentis ſuæ etiam *errores*. Sed formam *miliaris* publicam *mutare* antea non poterant quam *Imperii* poteſtate potirentur. Nec in eam, quam hic obſervatam legimus, mutaturi erant Principes, qui in *Roma veteri* Imperii ſedem poſſidebant. Nempe *Romanarum* conſuetudinum peritiores quam ut à primæva *Romani miliaris* forma tantopere *aberrarent*. Itaque poſt tempora *Conſtantini* neceſſe eſt noſtrum hunc vixiſſe Scriptorem, ſi quidem noſtra illa procedant ratiocinia: niſi forte hanc eandem *miliaris* formam in *Orientem* introduxerint,

§. 6. Et quidem, ut videtur, *Conſtantinopolitanorum*. Sed paulo ante *nomen* ipſum *Conſtantinopolis*.

non *Constantinopolitani*, sed *Nicomedienses*, cum *Imperii* etiam *Augustei*, & quidem *primarii*, sedem in *Nicomedia* poneret *Diocletianus*. Sic potuit noster tum scripsisse dum *Byzantii* nomen adhuc retineret, quæ postea *Constantinopolis* appellata est. Et sane *Byzantii* appellationem adhibet etiam ipse, nulla mutatæ vel levissima significatione. Quod sane esset cur in Urbe tam *insigni* merito miraremur, si post *Imperii* sedem eo translatam ipse vixisset. Ea potissimum de causa, quod in aliis Urbibus obscurioribus, *sui* tamen *Sæculi*, pariter ac *antiqua*, nomina sedulo observarit. Cur itaque hoc idem non observaret in Urbe omnium *præcipua*? Est ergo hæc Auctoris nostri ætas potius fortassis anteferenda. Vel forte potius illius, cujus fidem est secutus, ut mox ostendemus.

§. 7. Proinde hujus Peripli Auctor esse non potuit *Alypius*, cujus meminit *Julianus* Apostata.

Pugnabit autem illa, quo minus verum esse possit, quod sum aliquando suspicatus, ut nostri Operis Auctor fuerit *Alypius Cæsarii* frater, de quo ita *Julianus* Apostata Epist. XXX. Ἤδη μὲν ἐτύγχανον ἀνειμένος τῆς νόσου, τὴν Γεωγραφίαν ὅτε ἀπέστειλας· οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν. Ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν ἔμπροσθεν βέλτιον, καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ, προσθεὶς τοὺς ἰάμβους, οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλειον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητήν· ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς ὕμνοις ἁρμόττειν. Quod equidem Opere quasi *Musivo* variegatum fuerit hoc *Alypii* Opus *Geographicum*, alternis, oratione *soluta* & *Iambis* tessellatum, in eo sane similis erat nostræ illa etiam *Alypii* Geographia. Sed ab *ipso* fuisse videntur *Alypio Iambi* illi, quorum nomine *Alypium* tantis ornat præconiis infelix Imperator. Nihil enim ad *Alypii* laudes fecissent *Iambi alieni*. Et πινάκιον complectebatur *Alypii* Geographia, *tabellam* nempe *Geographicam* cum *Diagrammatibus*, quæ *Technicæ* potius *Geographiæ* erant, quam *Historicæ*; & in *Tabulis* præcipue locum, ut videtur, habebant. Noster totus *Historicus* est, nec quicquam habet quo Geographiæ *artificium* excoleretur. Non obstat ergo quo minus *hæc* vera fuerit Auctoris ætas.

§. 8. Locorum *eorundem* nomina diversis *linguis* poterant sibi invicem fuisse *coæva*.

Sed non esse admodum *antiquum* nostrum illud credidit Cl. *Vossius* evincere, quod *antiquis nominibus recentiores subdiderit appellationes*. Sed nullo *testimonio* confirmavit hac (quam dedimus) ætate *appellationem* aliquam Auctori *coævam* fuisse *recentiorem*. Nonnullæ certe poterant admodum fuisse *antiquæ*, ipsisque receptissimis apud *Græcos* nominibus coævæ. [1] *Theodosium* ait *Taurica* dialecto vel *Alanica*, Ἀρδάυδα appellatum, quod idem valet ac si *Græce* diceretur Ἑπτάθεος. *Antiquum*

[1] Peripl. Mar. Euxin. p. 5.

quum illud fuiſſe nomen, etiam *Alanicum*, exinde conſtat quod à *Gentilium* Deorum *ſeptenario* aliquo, forte *Planetarum*, emanarit. Inde etiam quod in confinio illam *Boſporianorum Taurorumque* ſitam fuiſſe teſtetur [1] *Strabo*. Recte ergo *Taurica* dialecto nomen illi fuerit aſſignandum, etiam à prima Urbis *origine*, quo *vicinis* innotuerit. Et aliud à *Græco*, ut erat vicinorum *lingua* etiam *alia*. Sic enim hodieque reperimus in Provinciis multarum linguarum etiam locorum eorundem multa eſſe *nomina*. Ita in *Flandria* nomina *Belgica* ſunt atque *Gallica*. Et in *Wallia*, nomina pariter *Anglica* & *Britannica*, quorum unum alteri non ſuccedit, ſed ſimul ambo apud ſuæ linguæ participes uſurpantur. Sic etiam Urbem, quam cives ipſi *Olbiam*, finitimi [2] *Boryſthenem* appellarunt, etiam à temporibus [3] *Herodoti*. Eadem, ni fallor, cauſa eſt *Boryſthenis* fluvii, quem noſter *Danaprin* ſuo tempore appellatum eſſe ſcribit, *Jornandes Danubium* vocatum eſſe teſtatur, in qua voce *Danapris* veſtigia agnoſcit ipſe *Voſſius*. Itaque jam diu ante *Jornandem* innotuerat nomine illo *Boryſthenes*: nec quicquam habet quo, ſuo etiam tempore, nomen illud *novum* fuiſſe innuat. Idem addit *Jornandes*, à quibus *Boryſthenes* ita fuerit appellatus. Nempe ab *accolis*. Proinde etiamnum apud *Peregrinos Boryſthenis* nomen notius fuiſſe, ni fallor, indicat. Ita eodem tempore *fluvius*, qui *Græcis Boryſthenes*, idem *Danapris* apud *accolas* audiebat. Erat enim ſane *Græcum* nomen *Boryſthenes*, ut è vocis *fine* manifeſtum eſt. Proinde ipſa Urbs *Olbia*, eadem à *Græcis Boryſthenes* vocata, teſtibus hoc ipſo noſtri Peripli [4] Auctore & [5] *Herodoto*. Quomodo ita ni vox fuiſſet *Græca Boryſthenes*? Hoc ſi verum, potuit nomen *Danapris* lingua *accolarum* decantato apud *Græcos* nomini vel *coævum* fuiſſe, vel etiam fortaſſis *antiquius*. Nec enim eſt quod dubitemus quin *nomen* fluvius *antea* habuerit apud *accolas*, quam *Græcis* ipſis innoteſceret. Sunt porro apud noſtrum varia locorum *eorundem* nomina, quæ *antiqua* omnia fuiſſe *veteres* agnoſcunt. Ita *portus* idem *Athenæon* & *Scythotaurorum*: ita *Tauricum* vel *Symbulon*: ita Urbs *Cydæa* & *Cytæ*: ita *Caræ* & *Careæ*: ita & in vetuſtiſſimis nominibus *Dionyſopolis*, quæ noſter hic recenſuit, pro more ſuo, accurate.

Sed de portu Δάφνης τῆς μαινομένης, addit noſter, τὸν νῦν λεγόμενον Σωσθένιον. Hoc exemplis illis accenſet Cl. *Voſſius*, è quibus collegit noſtrum non *admodum* fuiſſe *antiquum*. Sed quo demum *tempore* nomen portus ille novum *Soſthenis* acceperit, de hoc nihil obſervavit Vir celeberrimus.

§. 9. *Daphne Soſthenii* ad diſcrimen *Daphnes Antiochenæ*: antiquior ipſa *Daphne Sergii* ſuburbio *Conſtantinopolis*.

1 *Strab.* L. VII. p. 309. 2 *Steph.* Βορυσθένης. 3 *Herodot.* L. IV. c. 17. 4 Anonym. Peripl. Mar. Euxin. p. 8. 5 *Herodot.* L. IV. c. 17.

berrimus. Sed μαινομένης Δάφνης nomine *portum* illum ſimpliciter deſignavit *Arrianus*, quaſi aliud nullum, quo tum appellaretur, haberet exploratum. Vel inde mihi ſuſpecta eſt emendatio Cl. [1] *Harduini*, qua *Plinio* ipſi *Soſthenis* hujus mentionem inſeruit, *Plinio*, ut opinor, incogniti. *A Boſporo* (inquit [2] *Plinius*) *ſinus Caſthenes*. Vet. Cod. *Leoſthenes*. Reponit *Harduinus Soſthenes*. Sed cujus nomen ignoravit *Arrianus*, non eſt quod credamus *Plinio* fuiſſe exploratum. Utcunque tamen alienus eſt hic *Plinii* locus à *portu Soſthenis*. De *ſinu* loquitur *Plinius*; noſter de *portu*. Et in *Aſiæ* ora ponit noſter *portum*, quem *Soſtheni* tribuit. *Plinius Caſthenem* ſuum in ora *Europæa*. Utcunque tamen *Soſthenii* etiam hujus meminit *Nicephorus* Patriarcha ad ann. Ær. *Chriſt.* DCCXVII. Inde Σωσθένειον in noſtro etiam reponendum, uti etiam est *Leontio* [3] Scholaſtico. Itaque ante annum illum 717 jam ita receptum eſt recentius illud *Soſthenii* nomen, ut antiquius Δάφνης μαινομένης in deſuetudinem abierit. Adhuc aliquanto erat, ni fallor, *antiquius*. Nam præter hunc *Daphnes portum*, qui ad *dextram* erat navigantibus in *Euxinum*, & propterea in ora *Aſiana*; erat & alia ad *ſiniſtram Daphne ſuburbium* in ora *Europæa*, ὃ λέγεται Σέργιον, inquit [4] *Stephanus*. Facile intelligimus quam neceſſarium fuerit ambas illas *Daphnas* in ejuſdem *Boſpori Thracii* oris ambabus ſitas invicem diſtinguere. Quod factum arbitramur duobus hiſce cognominibus *virorum*, ut videtur, excultorum, *Sergii* & *Soſthenii*. Erat autem noſtra quæ *Soſthenii* nomen accepit, multo, quam altera fuerit, *antiquior*. Noſtra temporum etiam *Mythicorum*. Alterius mentio nulla, quod ſciam, apud *Veteres*. Imo ne quidem eſſe potuit *ſuburbii*. Urbis nimirum vel *Byzantinæ*, vel *Conſtantinopolitanæ*. Potius, exiſtimo, *Conſtantinopolitanæ*. *Sergii* opus illud fuiſſe Opus indicat, ut puto, nomen Σέργιον. Tantundem enim valet ac ἔργον Σεργίου (niſi forte potius ſcribendum Σεργίειον) ut *Soſthenis* etiam opus appellabatur Σωσθένειον. *Delicias* autem & *amœnitates* præcipue quærebant *Veteres* in *Suburbanis* laxius habitatis, & proinde loca *receſſibus* idonea facilius ſuppeditantibus, *lucis* nimirum, *porticibus*, *piſcinis*, *gymnaſiis*, atque *ambulacris*. Hoc ipſo *voluptatis* nomine neſcio quicquamne fuerit *celebrius* (dicam an *infamius*?) *Daphne Antiochena*, cujus exemplo *Sergium* exiſtimo hoc ſuum *ſuburbanum* condidiſſe, & propterea *Daphnen* appellaſſe. Hominem nimirum, ut ex ipſo conſtat nomine, *Romanum*. Proinde *Conſtantinopolis* civem, quæ hoc ipſo *novæ Romæ* nomine gloriabatur. Non autem *Byzantii*, cum Urbs illa à *Severo* exciſa *Perintho* deinceps (quæ eadem *Heraclea* erat) ſubjiceretur, ut ægre admodum deinceps vel *Civitatis*

1 *Harduin.* Adn. ad *Plin.* Tom. I. p. 811. 2 *Plin* N. H. IV. 11. 3 Antholog. *Græc.* L. IV. c. 25. 4 *Steph.* Δάφνη. Et ex eo *Euſtath.* ad *Dionyſ.* verſ. 816.

illuſtris,

illustris, nedum *Romanæ*, dignitatem tueretur. Itaque si ad hujus *Daphnes* discrimen, alia illa *Daphne Asiana Sosthenii* nomen acceperit; ita recentius fuerit Urbe *Constantinopolitana* nomen quoque *Sosthenii*, quod non ferunt nostræ rationes. Fieri tamen potest ut ad *Antiochenæ Daphnes* discrimen *portus* ille *Sosthenii* nomen acceperit. Sic omnia respondebunt satis accurate. Erat enim *Sosthenis* illa *Daphne* multo antiquior *Antiochena*, ut recentioribus suis temporibus nomen *Sosthenii* accipere potuerit, cum jam celebris esset *Daphne* etiam *Antiochena*, ut ab ea internosceretur. Et vicissim illa *Antiochena Daphne* antiquior suburbio *Constantinopolitano*: imo ipso *Diocletiani* Imperio, cui *propinquum* Nos fecimus hujus Peripli Auctorem. Hoc certum est ipsum quoque illum *Sergium* suburbani *Constantinopolitani* Auctorem *antiquiorem* fuisse *Sergio* illo, cujus meminit, *Justiniani* M. Imperio exeunte, [1] *Agathias*. *Sergii* enim, qui *suburbanum* condidit, meminit ipse *Stephanus*, cujus Epitomator ipse *Hermolaus* floruit sub *Justiniano*.

§. 10. *Aulæi teichi* novum nomen *Thera* post *Arrianum*, sed ante tabulas *Peutingerianas*. *Apollonia* nomen ad *Marcianum Heracleotam*. Eadem *Sozopolis* tempore forte *Constantini*.

Αὐλαίου τεῖχος τὸ λεγόμενον Θήρας χωρίον. Ita noster. Et quidem Αὐλαίου τεῖχος in suo quoque Maris *Euxini* Periplo meminit etiam *Arrianus*: eousque, ut videtur, *veteri* adhuc nomine designari soliti. Et *Theras* mentionem in Tabulis *Peutingerianis* occurrere recte observavit Maximus *Vossius*. Medio ergo tempore inter *Arrianum* Auctoremque Tabularum *Peutingerianarum* nova illa obtinuit appellatio, quæ potuit adeo satis fuisse *antiqua*. Superest tandem *Apollonia*, cujus coævum sibi nomen *Sozopolin* memorat Anonymus. Sub *Apolloniæ* nomine de hac Urbe loquuntur *Scylax*, *Strabo*, *Mela*, *Plinius*, *Arrianus*, *Marcianus* etiam *Heracleota*: imo ipse quoque *Stephanus*, quo loco numerat cognomines *Apollonias*. Nec tamen inde constat, an illo quoque *Stephani* Sæculo nomen illa mutarit *Apollonia*. Auctorem enim, tum alibi sæpissime, tum hoc præsertim in loco, excerpsit *Stephanus*, qui ex professo in unum collegerat corpus *Urbes* sibi invicem *cognomines*: utilissimo sane consilio, ut vitarentur errores in Historia frequentissimi pariter ac facillimi, cum propter nominis similitudinem ipsæ confunduntur: eodemque consilio quo etiam illi usi sunt, qui *viros* pariter *cognomines* recensebant, quos excerpsit *Laërtius*. Satis enim erat, quocunque demum Sæculo vixisset Auctor, si vel *olim* nomen *Urbs* habuisset de quo agebat, ut reliquis ejusdem nominis *Urbibus* accenseretur. Utcunque tamen, post tempora saltem *Marciani*, nomen vetus Urbs illa, de qua agimus, retinuit *Apolloniæ*. *Sozopolin*

1 *Agath.* L. IV. p. 141.

illam

illam eſſe Geographo *Nubienſi*, uti etiam noſtro Sæculo, obſervavit ipſe *Voſſius*. Eſt autem forma illa *vocis* quidem *Græcæ*, pro Barbarorum autem juniorum pronunciatione in *Barbaricam* degenerantis. Cum nempe *lingua* etiam *Græca*, propter *Barbarorum* incurſiones, in illis quoque partibus jam non eſſet amplius vernacula. Itaque cum ſcriberet etiam *Nubienſis*, jam *Græci* nominis uſum corruperant vicini, *Græcæque* linguæ imperiti, *Barbari*: *Græcis* nimirum *pulſis*, vel in *Barbarorum* mores diutina conſuetudine deficientibus. Atqui *Græcorum* erat nomen illius Urbis etiam poſterius *Sozopolis*, etiamnum ſua *lingua* ſuiſque moribus utentium. Itaque ut *Marciano Heracleota* recentius, ſic multo tamen antiquius Geographo *Nubienſi*. Illius nominis Urbem legimus in *Pamphylia* [1] temporibus etiam Imperii *Græco-Romani* recentiſſimis. Si *conjecturis* ex *Hiſtoria* petitis augurari liceat, vix crediderim diu poſt *Marcianum* ſui juris in illa *Euxini* Maris ora fuiſſe *Græcos*. Nam à temporibus *Claudii* (qui ſucceſſit *Gallieno*) *ſecundi*, moleſti erant in omni illa ora *Scythæ*, aliique *Barbari*. Ita quidem ut vel *Romani* Imperii fines ægre admodum tuerentur Principes illius Sæculi bellicoſiſſimi. Multa geſſit in *illos*, atque admodum præclara, ipſe *Claudius*. Et tamen *Daciam*, quæ illis obnoxia erat, *Tranſdanubianam*, quaſi quæ defendi non poſſit, dimiſit *Aurelianus*, *Princeps Invictiſſimus & Victorioſiſſimus*. [2] Sic enim illum, nec immerito, appellant cippi. Inde factum ut *Illyricum* Provinciam fecerit *Diocletianus Cæſaream*, & quidem *Cæſaris* bellicoſiſſimi, cui fuerit *ad ripam Danubii cum gentibus barbaris luctandum*. [3] Sic enim loquitur *Lactantius*. Sed & [4] *Conſtantinum* ipſum exercuerint his iiſdem partibus *Sauromatæ* & *Gothi*. Qui non illos modo, verumetiam [5] *Scythas* ipſos volentes in ſuam ditionem recepit. Tum ergo liberum erat *Græcis*, in ſuas ſedes reſtitutis, *Apolloniam* alio deinceps, ſed *Græco* etiam & ipſo, *Sozopolis* nomine deſignare. *Omine* certe auſpicatiſſimo, ut *Servatori* potius quam *Apollini* beneficium illud referrent acceptum. Et ſane *novi*, quaſi è poſtliminio, *initii* novum illud fuiſſe videtur *Græcorum*, in eadem civitate, nomen. Tum etiam commodiſſime *Romanorum miliarium* modum (qualis in hoc Opere ſupponitur) in his etiam *Scytharum* & Ponti *Euxini* oris ſtatuerimus, cum hujus oræ incolæ univerſi Imperium agnoſcerent *Romanum*. Nec ſane tempus magis congruum, ut puto, reperiemus. Nondum enim *nomen* forte mutaverat *Byzantium*. Hanc *Conſtantini* victoriam ad annum *Imperii* XXII^m retulit *Theophanes*,

1 *Nicet. Choniat.* Joann. Comnen. p. 10. Et in Alex. p. 169. 2 *Gruter.* CCLXXVI. 4. 3 *Lactant.* de Mort. Perſecutor. c. 18. 4 *Euſeb.* L. IV. Vit. Conſtantin. c. 5, 6. *Socrat.* L. I. c. 14. *Theodoret.* L. I. Eccl. Hiſt. c. 8. 5 *Euſeb.* L. I. Vit. Conſtantin. c. 4. & alii.

&

& ex eo *Cedrenus*: forte ex ipsis *Eusebii Græcis*. Ad ann. *Constantini* XXV victoriam eandem refert *Latinus Eusebius*, Interprete S. *Hieronymo*. Et tamen *pontem lapideum*, quo *Danubium* trajecerit, ad ann. Imperii XXIII statuit Auctor Chronici *Paschalis*. Et quidem illo ipso anno his ipsis partibus fuisse *Constantinum* è *Codice* colligitur *Theodosiano*. Acceditque proxime ad sententiam *Theophanis* & *Cedreni*. Hæc si vera sint, ita Urbis *Constantinopolitanæ* saltem *Encæniis*, quibus nomen mutavit, antiquiora fuissent illa, de quibus agimus, *Constantini* gesta in *Barbaros*. Non me quidem fugit, ne quidem ipsis *Constantinopolitanis*, constare suæ Urbis *origines*. Nempe, ut videtur, quod Epocham *Urbis* suæ, post multos demum, quam conderetur, annos numerare cœperint. Est autem receptissima illa, apud optimos Chronologos sententia, quæ Urbis jam Conditæ *dedicationem* statuit *Symmacho* & *Gallicano* Coss. anno Ær. *Christ.* 330, cum in *feriam* II^m, *Indictionemque* III^m incideret *dies* Urbis *Natalis Maji* XI, Auctore Chronici *Paschalis* & *Idatio*. Sic fuerit Belli in Barbaros *initium* initio *Dedicatæ Urbis* antiquior. Conveniet enim *Dedicatio* illa anno *Constantini* XXIV°. Sed sequenti anno *Constantini* XXV victoriam in *Gothos* ponit *Eusebius*. *Servorum* autem *Sarmatarum* rebellionem, qua effectum est ut in ditionem *Romanorum* venirent *Scythæ*, facit idem adhuc *triennio* recentiorem. Apponit enim anno *Constantini* XXVIII, qui exibat anno Æræ nostræ *Christianæ* 334, eodemque anno ponit etiam *Idatius*. Et quidem ita loquuntur plerique, ut victoriarum illarum saltem *finem* faciant Urbe *Constantinopolitana* recentiorem. Hoc si tempore scripserit noster, erit sane cur miremur nullam hic occurrere mentionem novi nominis Urbis *Constantinopolitanæ*.

§. 11. Potuit hic noster *Byzantii* nomen usurpare, etiam postquam condita esset *Constantinopolis*.

Alioqui autem tam *recenti* tantarum victoriarum memoria, erat sane opportunissimum, ut *nova* harum civitatum *nomina*, quæ *novæ* illæ *victoriæ* patefecissent, Auctor nostri Peripli *Græcus* civibus suis *Græcis* ipse similiter aperiret. Erat enim, ut videtur, ipse hujus Expeditionis *comes*, vel forte à comitibus *accepit*, quæ hic cum aliis communicanda censuit. Ab illis certe qui *regionem* ipsi obierant, nisi *ipse* hoc idem fecerit. Inde *linguarum* hujus regionis vernacularum peritia, *Alanicæ* atque *Tauricæ*, quam raram admodum legimus in hujus Sæculi Scriptoribus. Inde & *nomina* locorum *barbara* à *Græcis* admodum diversa, quæ fuerant in usu *exterorum* receptissima. Hæc enim *nomina* linguarum *parum celebrium* ægre fere quispiam præterquam in *vicinia* audierit. Ita nomina locorum *Wallica* rarus est in *Anglia Walliæ* non *finitima* qui habeat explorata. Huic ergo tempori optime conveniunt Auctoris nostri, quæ occurrunt,

sunt, ut opinor, *temporis* notæ. Nihil habet certe quo tam *serus* esse vincatur, quam volebat celeberrimus *Vossius*. Ne quidem *loci* nomen, cujus *origo* recentiori Sæculo certo asseri possit, in eo reperimus. Hoc unum tamen, ut dixi, obstat, quod *Byzantii* nomen, non *Constantinopolis*, in Urbe *Regia* usurparit. Non quidem quasi *nomen* illud à *prima* novæ Urbis *fundatione*, saltem ab *Encœniis*, non fuerit assignatum. Cognominem enim ipsi *Constantino* fuisse, ipse, qui tum vixit, testatur [1] *Eusebius*. Et multa *Constantini* Edicta legimus *Constantinopoli* signata in *Codicibus*. Sed *Græcis* fortasse magis placuit nomen Urbis antiquum *Byzantium*. Et certum est nomen ipsum *Byzantii* satis esse frequens apud *recentiores* etiam *Sophistas*, Historiæ *Byzantinæ* Scriptores. Dedita enim opera sermonem *Sæculi* non *sui* usurpant illi antiquorum æmuli. Λέξεις præcipue *veteris* florentisque *Græciæ* adhibent quibus tot suppetebant purioris ævi *Lexica*. Sic observavi ipse in *Luciano* λέξεων veterum superstitiosissimo cultore raro Magistratus *Romanos* vocibus coævæ *Luciano Græciæ* designari, ὑπατικοῦ, Ἀνθυπάτου, sed *veteris Græciæ*, quæ *Romanos* dominos nondum agnoverat, ἁρμοστοῦ, στρατηγοῦ &c. Similiter fecit in Rectoribus Ecclesiæ *Christianæ*, quos nec ipsos nominibus denotavit *Græcis Ecclesiasticis*, sed *Græciæ* illius quæ *Christi* vel *nomen* ipsum nondum audiverat. Erat porro in *recentioribus* Græciæ Scriptoribus *affectatio* illa, potius quam *æmulatio*, *Græciæ antiquioris*, insignissima. Μηδισμὸν appellabant antiqui *Rhetores*, siquis *Persis* faveret *antiquæ Græciæ* universæ hostibus infensissimis: nec immerito, quod *Cyrus* maternum genus à *Medis* deduxerat, & *Reges* proinde *Cyro oriundi*. Eandemque *vocem* usurpant *Græci* etiam *juniores* de *Persis*, qui *tertio* demum Æræ *Christianæ* Sæculo *Parthorum* successionem interruperunt, nihil quicquam habentibus cum *Medis*, vel cum ipso etiam *Cyro*, commune. Inde *Persarum Turcarumque* nomen confundit *Nicetes Choniates*. Et *mensium* etiam nomina *Attica* adhibent *Constantinopolitani juniores*, cum tamen certum esset *Constantinopoli*, quæ *nova* erat *Roma*, non alios fuisse in *vulgari* usu *menses*, quam *Romanos*. Inde tanta illa *juniorum* dissensio, cum menses *Atticos* committunt cum *Romanis*, quod, ne quidem apud juniorum Sæculorum Eruditos in confesso esset, quis mensis *Atticus vetus* cui mensi *Constantinopolitano recentiori* responderet. Hos ergo nihil est cur miremur si nomen Barbarum *Constantinopolis* neglexerint *Græciæ veteris* Vocabulariis prorsus incognitum. Magis autem est cur miremur idem facere *nostrum*, qui professione *Geographus* est. His enim à *vulgo* potius, quam à *Veteribus*, norma capienda erat. Illud ergo loci nomen magis probandum, non quod à *Classicis*

1 *Euseb.* Vit. Constant. L. III. c. 47

Auctoribus,

Auctoribus, ſed quod à *vulgo*, magis uſurpatum erat. Sic enim fieret, ut de quo loco ageretur, Lectores facilius intelligerent. Procedit autem hæc ratio pariter in *Hiſtoria* ac in *Geographia*, ſi quidem *perſpicuitatem* magis, quam veterum ſuperſtitioſam *imitationem*, Auctores illi ob oculos habuiſſent. Et tamen *Hiſtoricos* illam neglexiſſe conſtat. Procedit quidem. Eo tamen magis in noſtro procedere videbitur, quod *mutatorum nominum* ipſe tam cautum ſe præbuerit monitorem. Nec porro fieri potuit, ut Urbis *Conſtantinopolitanæ* novum nomen eum *latere* potuerit, qui ſub ditione ſcripſerit Imperii *Orientalis*, poſt Urbem illam denuo à *Conſtantino* reſtauratam. Non potuit ſane. Quid ſi autem ſua hæc noſter *vetuſtiori* Auctori accepta retulerit, qui tum vixerit, cum in *Nicomedia* ſedem Imperii *Auguſtei* ſtatuiſſet *Diocletianus*, & tamen antea quam nomen mutaſſet *Byzantium*? Sic potuit Urbem eo potius nomine, quod in *Auctore*, cujus fidem eſt ſecutus, repererat, appellare; quam novo illo quod *ſuo* demum *Sæculo* notius erat receptiuſque. Cur autem ſaltem novi nominis Lectorem hic non monuit, ut in *Boryſthene*, portu *Daphnes*, *Aulæotiche*, *Apollonia*? Potuit in cauſa eſſe novi hujus nominis ipſa *celebritas*, major certe quam ut Lectorem illius ignarum ſupponere poſſet. Eoque major, quo novi nominis originem Auctor *propius* attigiſſet. Tum enim non potuit (ne quidem apud *vulgus*) nomen *vetus* obſoleviſſe *Byzantii*. Ita ne quidem *indocto* Lectori obſcurum fuiſſet, quæ eſſet Urbs, quam in Auctore ſuo *Byzantium* appellatam repererat. Eandem etiam fuiſſe, quæ tum *Conſtantinopolis* nomine veniebat vulgo, id quoque tum notius eſſe potuit quam ut de eo Lector fuerit monendus. Longe autem abeſt, ut eadem fuerit *earum Urbium* cauſa quarum *mutata nomina* noſter obſervavit. Illæ enim, quantumvis ſtirpe *Græcæ*, commercium tamen, ante *Conſtantinum*, vel *nullum* habebant cum *Græcis*, vel *rarum* admodum & ignobile. Ut facile proinde neſcirent *Græci* nuperas, ſi quæ unquam contingerent, in illis Civitatibus, rerum converſiones. Præſertim cum rari admodum fuerint apud illos domeſtici *Hiſtorici*, nec *exteris* nota *monumenta*, his maxime, de quibus agimus, *temporibus*. Sic facile neſciri poterant hæ *nominum mutationes*, dum *alienæ* eſſent Urbes illæ ab Imperio *Romano*. Neſciri non poterant in Urbe *Orientalis* Imperii *primaria*. Hanc ergo *ætatem* huic Scripto commodiſſime aſſignabimus, qua nec in *oblivionem* venire potuerit nomen antiquum *Byzantii*, nec viciſſim *Græcos* latere potuerit novum nomen *Conſtantinopolis*.

ERRATA. Pag. 80. pro δίξι lege διτάξι. Pag. 126. pro *Romuaorum* lege *Romanorum*.

OPUSCULA HOC VOLUMINE COMPREHENSA.

I. *Hannonis periplus.*
II. *Scylacis periplus.*
III. *Agatharchides de Mari Rubro.*
IV. *Arriani periplus Ponti Euxini.*
V. *Periplus Maris Erythræi eidem vulgo adscriptus.*
VI. *Nearchi Paraplus ex Arriani Indicis.*
VII. *Marciani Heracleotæ periplus, cum fragmentis Artemidori & Menippi.*
VIII. *Anonymi periplus Maris Euxini.*

Sequentia Volumina complectentur

I. *Ephori fragmentum, hucusque ineditum, penes Cl. Dodwellum.*
II. *Dicæarchum de Statu Græciæ.*
III. *Ejusdem fragmentum de Monte Pelio, è Muséo Cl. Joannis Alberti Fabricii.*
IV. *Isidorum Characenum de Mansionibus Parthicis, Hœschelianâ Editione longe auctiorem, descriptum è MS Codice Bibliothecæ Regiæ Parisiis, ac à laudato Fabricio ad nos transmissum.*
V. *Dionysium Byzantium (si ad manus nostras tempestive satis pervenerit) de Thracio Bosporo.*
VI. *Agathemeri Hypotyposin Geographiæ.*
VII. *Plutarchum de Fluminibus.*
VIII. *Strabonis Epitomen.*
IX. *Monumentum Adulitanum, Editis auctius.*
X. *Anonymum à Gothofredo editum.*
XI. *Cosmæ Monachi Typographiam Christianitatis.*
XII. *Nicephori Blemmidæ Commentarios in Dionysii Periegesin, è Manuscripto Bodlejano.*
XIII. *Ptolemæi Longitudines & Latitudines Urbium, ex Theonis Codice in Bibliotheca Bodlejana.*
XIV. *Gemisti Plethonis* Ἀνέκδοτα *quædam, ex eadem Bibliotheca.*
Quibus & alia id genus addentur, si qua nobis ab eruditis harum literarum Cultoribus fuerint suppeditata.

HAN-

ΑΝΝΩΝΟΣ
ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

HANNONIS
CARTHAGINIENSIUM
REGIS
PERIPLUS.

Interprete Conrado Gesnero.

TE

ΛΕγε
τ

Επ
ϑέας ὁ
δοξὸς

Ha
oftium
fed co
grand
femin
fua fp
conti
lit, &

H
ad fi

F
nicis

TESTIMONIA & JUDICIA DE HANNONE.

Aristoteles in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.

Λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι· τὰ μὲν, διὰ παντός· τὰ δὲ, νυκτῶν μόνον· ὡς Ἄννωνος Περίπλους ἱστορεῖ.

Athenæus in Deipnosophista, lib. 3.

Εἰ μὲν τι τούτων Ἴβας ἱστορεῖ,
——————————— χαιρέτω
Λιβυκοῖσι βίβλοις, ταῖσί τ' Ἄννωνος πλάναις.

Marcianus Heracleota in Epitome Artemidori & Menippi.

Ἔτι καὶ Ἀπελλᾶς ὁ Κυρηναῖος, καὶ Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης, καὶ Φιλέας ὁ Ἀθηναῖος, καὶ Ἀνδροσθένης ὁ Ἰάσιος, καὶ Κλέων ὁ Σικελιώτης, Εὔδοξός τε ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος.

Pomponius Mela, lib. 3. c. 9.

Hanno Carthaginienſis exploratum miſſus à ſuis, cum per Oceani oſtium exiſſet, magnam partem ejus circumvectus, non ſe mari, ſed commeatu defeciſſe, memoratu retulerat. *Et mox*: Super eos grandis littoris flexus grandem inſulam includit, in qua tantum feminas eſſe narrant, toto corpore hirſutas, & ſine coitu marium ſua ſponte fœcundas: adeo aſperis efferiſque moribus, ut quædam contineri ne reluctentur vix vinculis poſſint. Hoc Hanno retulit, & quia detracta occiſis coria pertulerat, fides habita eſt.

Plinius in Hiſt. Nat. lib. 2. c. 67.

Hanno, Carthaginis potentia florente, circumvectus à Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit ſcripto.

Idem, lib. 5. c. 1.

Fuêre & Hannonis Carthaginienſium ducis commentarii, Punicis rebus florentiſſimis explorare ambitum Africæ juſſi: quem

ſecuti plerique è Græcis noſtriſque, & alia quidem fabuloſa, & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla, nec veſtigium exſtat.

Idem, lib. 5. c. 36.

Penetravit in eas (Gorgadum inſulas) Hanno Pœnorum Imperator, prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evaſiſſe: duarumque Gorgonum cutes argumenti & miraculi gratia in Junonis templo poſuit, ſpectatas uſque ad Carthaginem captam.

Julius Solinus, ſub finem cap. 56.

Prodidit Xenophon Lampſacenus Hannonem Pœnorum regem in eas (Gorgadum inſulas) permeaviſſe, repertaſque ibi feminas aliti pernicitate, atque ex omnibus quæ apparuerant, duas captas tam hirto atque aſpero corpore, ut ad argumentum ſpectandæ rei duarum cutes miraculi gratia inter donaria Junonis ſuſpenderit: quæ duravere uſque in tempora excidii Carthaginienſis.

Iſaacus Voſſius in Obſervationibus ad Melam, p. 302.

Quod Ariſtides & alii nonnulli è veteribus, & multi è recentibus fabuloſam exiſtimant hanc Hannonis narrationem, in eo plurimum illos fefellit ratio. Dignum eſt enim hoc monumentum quod cum cura illuſtretur, non tantum veritatis ergo, ſed & gratia antiquitatis, cum id omnibus Græcorum monumentis longe ſit vetuſtius. *Hac de re plura in Præfatione.*

ΑΝΝΩΝΟΣ

ΑΝΝΩΝΟΣ
ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ [1]ΒΑΣΙΛΕΩΣ
[2] ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

Τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας Λιβυκῶν τῆς γῆς μερῶν, ὃν καὶ ἀνέθηκεν ἐν τῷ τοῦ [3] Κρόνου τεμένει, δηλοῦντα τάδε.

HANNONIS
CARTHAGINIENSIUM REGIS
PERIPLUS

Partium Libycarum ultra columnas Herculeas, quem in æde Saturni dedicavit, ſequentia detegentem.

ΕΔΟΞΕΝ Καρχηδονίοις, Ἄννωνα πλεῖν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων, καὶ πόλεις κτίζειν [4] Λιβυφοινίκων. καὶ ἔπλευσεν, πεντηκοντόρους ἑξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν, καὶ σῖτα, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν. ὡς δ' [5] ἀναχθέντες, τὰς στήλας παρημείψαμεν, καὶ ἔξω πλοῦν δυοῖν ἡμερῶν ἐπλεύσαμεν, ἐκτίσαμεν πρώ-

PLACUIT Carthaginienſibus ut Hanno navigaret extra Columnas Herculis, & urbes Libyphœnicum conderet. Navigavit igitur & claſſem navium ſexaginta, quarum ſingulæ remis quinquaginta agebantur, ſecum abduxit. Iis magnus hominum numerus, virorum & mulierum ad triginta millia, & annona & apparatus varius vehebantur. Poſtquam autem ſolvimus, & extra columnas biduum navigando conſumſimus, pri-

1 Plinius l. 5. c. 1. eum ducem Carthaginienſium dixit, alibi imperatorem. *Geſnerus.* 2 *Ἀνάγνωσις* rectius appellari exiſtimat *Voſſius.* 3 Templum, in quo deſcriptio hæc dedicata erat, Junonis fuiſſe, tradunt Plinius & Solinus. 4 Libyphœnices, quaſi ex Phœnicibus advenis, indigeniſque Afris mixti. Vide Plinium in Nat. Hiſt. l. 5. c. 4. & Stephanum in voce *Βύζαντες.* 5 *Ἀνάγεσθαι* non modo ſolvere, ſed etiam in altum evehi interpretantur. *Geſner.*

mam

mam à nobis conditam civitatem Thymiaterium nominavimus: huic ampla planicies ſubjecta erat: inde ad occaſum provecti (rurſus) ad Soloentem Libyæ Promontorium arboribus opacum convenimus, ubi condito Neptuni delubro, rurſus ad orientem dimidii diei navigatione converſi, in ſtagnum non procul à mari diſtans, multis & magnis arundinibus refertum pervenimus: in quo elephanti & aliæ feræ permultæ paſcebantur. Tum hoc ſtagno ad iter diei præterito, civitates maritimas condidimus, quarum hæc ſunt nomina: Caricus murus, Gytte, Acra, Meliſſa & Arambys. Inde ſolutis navibus ad Lixum flumen magnum appulimus, quod è Libya fluit. Juxta id Nomades (i. e. paſtorales homines) Lixitæ ſua pecora paſcebant: quibuſcum amicitiâ initâ aliquamdiu manſimus. Supra hos terram incolebant Æthiopes inhoſpitales, quorum regio feris referta eſt, & montibus magnis intercepta, è quibus Lixum profluere ajunt: &

τὴν πόλιν, ἥντινα ὠνομάσαμεν [1] Θυμιατήριον· πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν· κἄπειτα πρὸς [2] ἑσπέραν ἀναχθέντες, ἐπὶ [3] Σολόεντα Λιβυκὸν ἀκρωτήριον, λάσιον δένδρεσι συνήλθομεν, ἔνθα [4] Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρυσάμενοι, πάλιν ἐπέβημεν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ἡμέρας ἥμισυ, ἄχρι ἐκομίσθημεν εἰς λίμνην οὐ πόῤῥω τῆς θαλάττης κειμένην, καλάμου μεστὴν πολλοῦ καὶ μεγάλου. ἐνῆσαν δὲ καὶ ἐλέφαντες, καὶ τἄλλα θηρία νεμόμενα πάμπολλα. τήν τε λίμνην παραλλάξαντες ὅσον ἡμέρας πλοῦν, [5] κατῳκήσαμεν πόλεις πρὸς τῇ θαλάττῃ καλουμένας, [6] Καρικόν τε τεῖχος, καὶ Γύττην, καὶ Ἄκραν, καὶ [7] Μέλιτταν, καὶ Ἀράμβυν. κἀκεῖθεν δ' ἀναχθέντες, ἤλθομεν ἐπὶ μέγαν [8] ποταμὸν Λίξον, ἀπὸ τῆς Λιβύης ῥέοντα. παρὰ δ' αὐτὸν, Νομάδες ἄνθρωποι Λιξῖται, βοσκήματ' ἔνεμον, παρ' οἷς ἐμείναμεν ἄχρι τινὸς, φίλοι γενόμενοι. Τούτων δὲ καθ' ὕπερθεν, Αἰθίοπες ᾤκουν ἄξενοι, γῆν νεμόμενοι θηριώδη διειλημμένην ὄρεσι μεγάλοις, ἐξ ὧν ῥεῖν φασὶ τὸν Λίξον.

1 Stephano Θυμιατηρία & Scylaci Θυμιατηρίας dicitur. forſan mendoſe pro Θυμιατηρία. 2 Atqui mihi videtur ambientibus Africam omnis poſt columnas navigatio converti, vel ad meridiem, vel ad occaſum, & poſtremo ad aquilonem. 3 Vide notas ad Scylacem, p. 53. 4 Libyæ hæc regio (ut inquit Scylax) tota eſt celeberrima & ſacerrima. In ſummitate vero promontorii Soloentis eſt ara magna, Vindictæ & Neptuno conſecrata. 5 Malim κατεσκευάσαμεν. à verbo κατασκευάζω, quod κτίζειν ſignificat. nam Hanno (ut veriſimillimum eſt) non habitatores civitatibus immiſit, ſed primus urbes eas in hac regione condidit. *Geſner.* 6 Urbs eſt Libyæ ad ſiniſtram columnarum Herculis, ut Ephorus ſcribit. Veriſimile autem eſt ad hunc locum Cares perveniſſe, qui etiam Carico in Memphide nomen dederunt. *Idem.* 7 Hujus Hecatæus meminit, teſte Stephano. 8 De Lixo urbe & fluvio vide Scylacem, p. 53.

ἐπὶ

περὶ δὲ τὰ ὄρη, κατοικεῖν ἀνθρώπους [1]ἀλλοιομόρφους Τρωγλοδύτας· οὓς ταχυτέρους ἵππων ἐν δρόμοις ἔφραζον οἱ Λιξῖται. λαβόντες δὲ παρ' αὐτῶν ἑρμηνέας, παρεπλέομεν τὴν ἐρήμην πρὸς μεσημβρίαν, δύο ἡμέρας. ἐκεῖθεν δὲ πάλιν πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, ἡμέρας δρόμον. ἔνθα εὕρομεν ἐν μυχῷ τινος κόλπου, νῆσον μικρὰν, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε· ἣν [2]κατῳκήσαμεν, Κέρνην ὀνομάσαντες. ἐτεκμαιρόμεθα δ' αὐτὴν ἐκ [3]τοῦ περίπλου, κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος. [4]ἐῴκει γὰρ ὁ πλοῦς, ἔκ τε Καρχηδόνος ἐπὶ στήλας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Κέρνην. τοὐντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα, διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης. εἶχεν δὲ νήσους ἡ λίμνη τρεῖς, μείζους τῆς Κέρνης. ἀφ' ὧν ἡμερήσιον πλοῦν κατανύσαντες, εἰς τὸν μυχὸν τῆς λίμνης ἤλθομεν. ὑπὲρ ἣν ὄρη μέγιστα ὑπερέτεινεν, [5]μετὰ ἀνθρώπων ἀγρίων, δέρματα θήρεια ἐνημμένων, οἳ πέτροις βάλλοντες, [6]ἀπήραξαν ἡμᾶς, κωλύοντες ἐκβῆναι. ἐκεῖθεν πλέοντες, εἰς ἕτερον ἤλθομεν ποταμὸν μέγαν καὶ πλατὺν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων. ὅθεν δὴ πάλιν ἀποστρέψαντες, εἰς Κέρνην ἐπανήλθομεν. ἐκεῖθεν δὲ, ἐπὶ [7]μεσημβρίας

montes illos inhabitari à Troglodytis peregrinæ formæ hominibus: quos vel equis cursu perniciores Lixitæ nobis esse narrabant. Acceptis deinde interpretibus à Lixitis, oram desertam ad meridiem bidui itinere legebamus: inde ad orientem unius diei cursu navigavimus, & in sinus cujusdam recessu insulam parvam deprehendimus, stadiorum quinque ambitu: in qua habitatores reliquimus, & Cernen nominavimus. Eam, inita navigationis ratione recta, Carthagini oppositam esse conjiciebamus. Navigatio enim à Carthagine ad Columnas, & à Columnis ad Cernen respondebat. Hinc venimus in stagnum, magno flumine trajecto, quod Chretes appellatur. Id stagnum insulas tres amplectebatur, majores quam Cerne. ab iis navigatione diei interiorem stagni recessum attigimus: ibi stagno montes maximi imminebant, silvestribus hominibus inhabitati, pelles ferinas indutis, qui lapidum conjectu nos repulsos egressu prohibuerunt. Exinde navigando ad alium amnem, magnum latumque, crocodilis & equis fluviatilibus plenum devenimus. Tum retrogressi Cernen repetivimus: & ab ea meridiem

1 Plinius his in locis collocat Ægipanas semiferos & Blemmyas & Satyros &c. Vide Nat. Hist. l. 5. c. 8. & lib. 6. c. 30. 2 Rursus lege κατῳκίσαμεν. *Gesner.* 3 Vide *Annott.* 4 Similis erat navigatio, pro æqualis. *Idem.* 5 Legendum omnino *μεστὰ ἀνθρώπων. Gesner.* 6 Verbum est rarum, ab *ἀπαράσσειν, cum impetu & fragore deturbare. Idem.* 7 Superius πρὸς μεσημβρίαν dixit. Scite tamen multitudinis numero ponit. Sic Plato in Epinomide *δυσμὰς καὶ ἀνατολάς. Idem.*

versus per duodecim dies oram prætervecti, (quam universam Æthiopes tenebant: pavidi & aspectus nostri impatientes, lingua autem nostris etiam interpretibus Lixitis incognita utebantur,) ultimo tandem (hoc est duodecimo) die ad magnos & sylvosos montes appulimus. Sylvæ constabant arboribus, quarum lignum odoratum & varium erat. His montibus bidui navigatione circuitis in immensum maris hiatum incidimus: ad cujus alteram partem continenti adjunctam, campus patebat: è quo noctu ignes ex omnibus locis per intervalla emicare cernebamus, alios majores, alios minores. Illic aquati, antrorsum per dies quinque juxta litus perreximus, donec sinum ingentem, quem interpretes Hesperum Ceras (id est, Vesperi cornu) vocabant, contigimus. In eo insula erat magna: & in ipsa insula lacus marinus: in quo rursus insula alia. In hanc progressi, interdiu aliud præter sylvam nihil videbamus, noctu vero ignes multos ardentes: & voces tibiarum, sonos cymbalorum, ictus tympanorum, & clamo-

ἐπλεύσαμεν [1] δώδεκα ἡμέρας, τὴν γῆν παραλεγόμενοι. ἣν πᾶσαν κατῴκουν Αἰθίοπες, φεύγοντες ἡμᾶς, καὶ οὐχ ὑπομένοντες. ἀσύνετα δ' ἐφθέγγοντο, καὶ τοῖς μεθ' ἡμῶν Λιξίταις. τῇ δ' οὖν τελευταίᾳ ἡμέρᾳ, προσωρμίσθημεν ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν. ἦν δὲ τὰ τῶν δένδρων ξύλα εὐώδη τε καὶ ποικίλα. περιπλεύσαντες δὲ ταῦτα ἡμέρας δύο, γινόμεθα ἐν [2] θαλάττης χάσματι ἀμετρήτῳ. ἧς ἐπὶ θάτερα πρὸς τῇ γῇ, πεδίον ἦν, ὅθεν νυκτὸς ἀφεωρῶμεν, πῦρ ἀναφερόμενον πανταχόθεν κατ' [3] ἀποστάσεις· τὸ μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον. ὑδρευσάμενοι δ' ἐκεῖθεν, ἐπλέομεν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμέρας πέντε παρὰ γῆν, ἄχρι ἤλθομεν εἰς μέγαν κόλπον, ὃν ἔφασαν οἱ ἑρμηνέες καλεῖσθαι, [4] Ἑσπέρου Κέρας. ἐν δὲ τούτῳ, νῆσος ἦν μεγάλη, καὶ ἐν τῇ νήσῳ, [5] λίμνη θαλασσώδης. ἐν δὲ ταύτῃ νῆσος ἑτέρα. εἰς ἣν ἀποβάντες, ἡμέρας μὲν, οὐδὲν ἀφεωρῶμεν, ὅτι μὴ ὕλην· νυκτὸς δὲ, πυρά τε πολλὰ καιόμενα, [6] καὶ φωνὴν αὐλῶν ἠκούομεν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον, καὶ

1 In nostris tabulis non tantum spatii videtur his littoribus tribui. 2 Maris opinor hiatum immensum vocat, spatium ipsum maris, superatis illis montibus, longe lateque vastum apparens. *Gesner.* 3 Ἀποστάσεις pro διαστήμασι accipio. *Idem.* 4 Hujus promontorii meminit Mela, lib. 3. c. 9. ut & Plinius in Hist. Nat. l. 6. c. 31. Est vero Ἑσπέρου Κέρας promontorium illud famosum quod *Viride* appellatur. Valde ideo hallucinatur Salmasius, [& qui eum sequitur, Harduinus, ad Plin. lib. 6. p. 745.] cum hoc negat, ac *Caput Palmarum* interpretatur: eo enim usque non progressus est Hanno. *Vossius ad Melam*, p. 309. 5 Lacus salsus, aut magnus forte specie maris. *Gesner.* 6 Hæc & hujusmodi de monte Atlante scribit Plinius in Historia Naturali, lib. 5. cap. 1.

κραυγῆς

κραυγὴν μυρίαν. φόβος οὖν ἔλαβεν ἡμᾶς, καὶ οἱ μάντεις ἐκέλευον ἐκλείπειν τὴν νῆσον. ταχὺ δ' ἐκπλεύσαντες, παρημειβόμεθα χώραν διάπυρον Θυμιαμάτων. μεστοὶ δ' ἀπ' αὐτῆς πυρώδεις ῥύακες, ἐνέβαλλον εἰς τὴν θάλατταν. ἡ γῆ δ' ὑπὸ θέρμης, ἄβατος ἦν. ταχὺ οὖν κἀκεῖθεν φοβηθέντες ἀπεπλεύσαμεν. τέτταρας δ' ἡμέρας φερόμενοι, νυκτὸς τὴν γῆν ἀφεωρῶμεν, φλογὸς μεστήν. ἐν μέσῳ δ' ἦν [1] ἠλίβατόν τι πῦρ, τῶν ἄλλων μεῖζον, ἁπτόμενον ὡς ἐδόκει τῶν ἄστρων· τοῦτο δ' ἡμέρας, ὄρος ἐφαίνετο μέγιστον, [2] Θεῶν ὄχημα καλούμενον. τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν, πυρώδεις ῥύακας παραπλεύσαντες, ἀφικόμεθα εἰς κόλπον, Νότου Κέρας λεγόμενον. ἐν δὲ τῷ μυχῷ, [3] νῆσος ἦν, ἐοικυῖα τῇ πρώτῃ, λίμνην ἔχουσα. καὶ ἐν ταύτῃ, νῆσος ἦν ἑτέρα, μεστὴ ἀνθρώπων ἀγρίων. [4] πολὺ δὲ πλείους ἦσαν γυναῖκες, [5] δασεῖαι τοῖς σώμασι. ἃς οἱ ἑρμηνέες, ἐκάλουν [6] Γορίλλας. διώκοντες δὲ, ἄν-

rem innumerum audiebamus. Quamobrem territi, cum vates quoque insulam deserere nos juberent, celeriter (è sinu illo) evecti, Thymiamatum regionem ignitam legebamus: à qua torrentes ignei in mare exundabant. Nimium ejus terræ æstum, calcantium vestigia non ferebant. Itaque ab hoc etiam loco ocius recessimus: & quatridui navigatione provecti, noctu terram flammis plenam videbamus. Apparebat autem in medio excelsus quidam & cæteris major ignis, ipsis, ut videbatur, astris contiguus: erat is, ut interdiu cernebamus, mons maximus, Theon Ochema dictus. Inde triduana navigatione, igneis torrentibus præteritis, sinum offendimus Notu Ceras (id est, Austri Cornu) nomine. In cujus intimo recessu insula erat similis prædictæ, quæ & lacum similiter cum alia insula, hominum natione sylvestri frequentata, continebat. Erant autem multò plures viris mulieres, corporibus hirsutæ: quas interpretes nostri Gorillas vocabant. Nos

1 Ἠλίβατος Poëtis excelsum significat, per syncopen pro ἠλιτόβατος, ἀπὸ τοῦ ἠλιτεῖν, ὅ ἐστιν ἀποτυχεῖν τῆς βάσεως. Minus probantur qui adspirant, tanquam vocabulo ab ἥλιος & βαίνω composito. *Gesner*. 2 Θεῶν ὄχημα, id est, *Deorum vehiculum*, ab altitudine ita dictum. Hic mons pars ejus esse videtur, qui *Deuchiu* appellatur in nostris tabulis, nomine etiam vicino quasi *Theuochiu*: à quo non multum distat, qui *Jovu mons* dicitur. *Idem*. 3 Hæc quidem insula terminus fuit navigationum Hannonis. Ex descriptione vero ejus manifestè apparet eandem esse, atque sit illa, quæ hodie *Palmifera*, ab aliis vero *S. Anna* insula appellatur. *Vossius* ad Melam, pag. 305. 4 Non rectè Hannoni adfingit Mela, insulam hanc habitari à feminis solis: cum utriusque sexus homines in ea insula fuisse scribat, quamvis multo plures feminas 5 Dari integros populos toto corpore hirtos, satis ostendunt cum alia loca, tum præcipue terræ illæ supra Japoniam sitæ. *Voss.* 6 Forsan Γοργίδες ab interpretibus Lixitis vocabantur

persequendo virum capere ullum nequivimus: omnes enim per præcipitia, quæ facile scandebant, & lapides in nos conjiciebant, evaserunt. Feminas tamen cepimus tres, quas, cum mordendo & lacerando abducturis reniterentur, occidimus, & pelles eis detractas in Carthaginem retulimus. Neque enim ultra navigavimus, cum annona deficeret.

δρας μὲν, συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν. ἀλλὰ πάντες μὲν ἐξέφυγον, [1] κρημνοβάται ὄντες, καὶ τοῖς [2] μετρίοις ἀμυνόμενοι. γυναῖκας δὲ τρεῖς, αἳ δάκνουσαί τε καὶ σπαράττουσαι τοὺς ἄγοντας, οὐκ ἤθελον ἕπεσθαι. ἀποκτείναντες μέντοι αὐτὰς, ἐξεδείραμεν, καὶ τὰς δορὰς ἐκομίσαμεν εἰς Καρχηδόνα. οὐ γὰρ ἔτι ἐπλεύσαμεν προσωτέρω, τῶν σιτίων ἡμᾶς ἐπιλιπόντων.

1 Eosdem ἠλιβάτας dixeris. *Gesner.*

2 Repono πέτροις, sicut & supra legitur. *Idem.*

FINIS.

ΤΕΛΟΣ.

ΣΚΥΛΑΚΟΣ

ΤΟΥ ΚΑΡΥΑΝΔΕΩΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

SCYLACIS CARYANDENSIS

PERIPLUS.

Interprete Iſaaco Voſſio.

Σ

ἀγνο
Τὰ
θρό
μαί
ἀκε
αἰτί
ἀθλ
περ
κένα
κέντ
ἀγνο
λογί
πλε
λόμ
ευρ
λέα,
ἂν
πλε
Αλε
Σκύ

Σ

ἐκπ
λαο
λύσ

AUCTOR INCERTUS
DE SCYLACE.

ΣΚΥΛΑΞ ὁ Καρυανδεὺς ἀρχαιότατος μὲν ἐστιν ἀνὴρ 12
τῶν δὲ πλείστων ἐπὶ μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, καὶ
τῆς ἔνδον Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης πέρα, τῶν πολλῶν
ἀγνοουμένων, περίπλους τῆς οἰκουμένης ἀναγράψαι προείλετο.
Τὰ μὲν γὰρ τῆς ἑώας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν δῆλα τοῖς ἀν-
θρώποις πάντα κατέστησε· τὰ δὲ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν, ἡ Ῥω-
μαίων ἀνδρεία πολέμῳ τούτων κρατήσασα. Τῆς μὲν οὖν
ἀκριβοῦς γνώσεως τῶν τόπων ἁπάντων διὰ τὰς εἰρημένας
αἰτίας οὐκ ἴσχυσεν ἐφικέσθαι. Μέρη δὲ πλεῖστα καλῶς καὶ
ἀληθῶς περιέπλευσεν, ὥσπερ τὸν Ἰόνιον, ἤτοι Ἀδρίαν κόλπον, καὶ
προσέτι γε τὴν Ἀττικήν, καὶ τὴν Πελοπόννησον πᾶσαν, μετὰ τῶν ἐνοι-
κούντων ἐθνῶν· ἔτι μὲν ἕτερα μέρη τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν προσοι-
κούντων αὐτῇ, σαφῶς παραστήσας. Δοκεῖ δέ πως καὶ αὐτὸς τῆς
ἀγνοίας τῶν πλείστων τόπων τὴν βραχυλογίαν, ὥσπερ ἀπο-
λογίαν τινά, πεποιῆσθαι, δι' ὀλίγων σφόδρα χωρίων τὰ
πλεῖστα τοὺς ἐντυγχάνοντας ἢ ἅμα ζητεῖν τινὶ εἰδέναι βου-
λόμενος. Τῆς δὲ ἀρχαιότητος τοῦ ἀνδρὸς ἐναργὲς γνώ-
ρισμα, τὸ μήτε Ἀλέξανδρον εἰδέναι τῶν Μακεδόνων βασι-
λέα, μήτε τὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκείνου τοῦ χρόνου· | ὥστε οὐκ 13
ἄν τις ἁμάρτοι θαύματος ἄξιον ἡγούμενος τὸν ἄνδρα τῶν
πλείστων ἐφικέσθαι δυνηθέντα. Αἴλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ
Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησίν, ὅτι Δαρείῳ προσεφώνησε
Σκύλαξ τὸ φρόντισμα.

SUIDAS.

ΣΚΥΛΑΞ Καρυανδεύς, (πόλις δέ ἐστι τῆς Καρίας πλησίον Ἁλικαρνασσοῦ τὰ Κάρυανδα) Μαθηματικὸς καὶ Μουσικός. Ἔγραψε περίπλουν τῶν ἐντὸς καὶ ἐκτὸς τῶν Ἡρακλέους στηλῶν· τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλείδην τὸν Μυλασσῶν βασιλέα· γῆς περίοδον· ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν.

TESTI-

TESTIMONIA VETERUM DE SCYLACE.

Herodotus Melpomene.

ΤΗΣ δὲ Ἀσίης τὰ πολλὰ ὑπὸ Δαρείου ἐξευρέθη· ὃς βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμόν, ὃς κροκοδείλους δεύτερος οὗτος ποταμῶν πάντων παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι, τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, πέμπει πλοίοισι ἄλλους τε τοῖσι ἐπίστευε τὴν ἀληθηΐην ἐρέειν, καὶ δὴ καὶ Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα. Οἱ δὲ ὁρμηθέντες ἐκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυϊκῆς γῆς, ἔπλεον κατὰ ποταμὸν πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐς θάλασσαν· διὰ θαλάσσης δὲ πρὸς ἑσπέρην πλέοντες, τριηκοστῷ μηνὶ ἀπικνέονται ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ὅθεν ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς τοὺς Φοίνικας, τοὺς πρότερον εἶπα, ἀπέστειλε περιπλώειν Λιβύην.

Aristoteles Polit. lib. 7. cap. 14.

Ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν, οὐδέ ἐστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησι Σκύλαξ εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

Strabo lib. 13.

Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται τῆς Τρῳάδος.

Idem lib. 14.

Εἶθ' εὐθὺς ἡ Μύνδος λιμένα ἔχουσα, καὶ μετὰ ταύτην Βαργυλία καὶ αὕτη πόλις. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρύανδα λίμνη καὶ νῆσος ὁμώνυμος ταύτῃ, ἣν ᾤκουν Καρυανδεῖς. Ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς.

Harpocration.

ΥΠΟ ΓΗΝ ΟΙΚΟΥΝΤΕΣ, λέγοι ἂν τοὺς ὑπὸ Σκύλακος ἐν τῷ περίπλῳ λεγομένους Τρωγλοδύτας, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἡσιόδου ἐν τρίτῳ καταλόγου Κατουδαίους ὀνομαζομένους. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας. *Idem occurrit apud Suidam*, *in* ΥΠΟ ΓΗΝ ΟΙΚΟΥΝΤΕΣ

Marcianus

Marcianus Heracleota in Epitome Artemidori & Menippi.

Οἱ μὲν μερῶν τινῶν, οἱ δὲ τῆς ἐντὸς πάσης θαλάσσης, οἱ δὲ τῆς ἐκτὸς περίπλουν ἀναγράψαντες. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς, καὶ Βοτθαῖος. Οὗτοι δὲ ἑκάτεροι διὰ τῶν ἡμερονυκτίων, οὐ διὰ τῶν σταδίων, τὰ διαστήματα τῆς θαλάσσης ἐδήλωσαν. *Sic puto legendum.*

Philostratus in vita Apollonii Tyanei lib. 3. cap. 14.

Σκιάποδας δὲ ἀνθρώπους, ἢ Μακροκεφάλους, ἢ ὁπόσα Σκύλακος συγγραφαὶ περὶ τούτων ᾄδουσιν, οὔτε ἀλλοσέ ποι βιοτεύειν τῆς γῆς, οὔτε μὴν ἐν Ινδοῖς.

Stephanus in voce Καρύανδα.

Καρύανδα πόλις καὶ λίμνη ὁμώνυμος, πλησίον Μύνδου, καὶ Κῶ. Εκαταῖος Καρύανδαν αὐτήν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Καρυανδεύς· ὡς Αλαβανδεύς. Εντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος.

Scholiastes ad lib. 1. Apollonii Argonauticôn.

Κίος πόλις Μυσίας, ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὡς ἱστορεῖ Αριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ. Κατῴκησαν δὲ αὐτὴν πρῶτον Μυσοὶ, ἔπειτα Κᾶρες, τρίτον Μιλήσιοι· καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν οὕτως ὀνομαζόμενος τὴν Μυσίαν παραῤῥέων, οὗ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς· παραῤῥεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν ὁ ποταμὸς οὗτος.

Idem ad lib. 4. Apollonii.

Τοὺς Νεσαίους Σκύλαξ φησὶν ἔθνος Ιλλυρικόν. Απὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν κόλπον Μάνιον. *Sic legendum.*

Constantinus Porphyrogenneta in Themate Armeniaco.

Οὔτε γὰρ Στράβων ὁ Γεωγράφος τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη, καίτοι Καππαδόκης ὢν τὸ γένος, ἐξ Αμασείας τῆς πόλεως· οὔτε Μένιππος, ὁ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραψάμενος· οὔτε μὴν Σκύλαξ ὁ Καρυανδινός· οὔτε ἄλλος τις τῶν ἱστορίαν γεγραφότων.

Joannes Tzetzes Chiliade VII.

Καρυανδέως Σκύλακος ὑπάρχει τι βιβλίον
Περὶ τῶν Ινδικὴν γράφον ἀνθρώπους πεφυκέναι,

Οὕσπερ

Οὕσπερ φασὶ Σκιάποδας, καίγε τοὺς Ὠτολίκνους,
Ὧν οἱ Σκιάποδες πλατεῖς ἔχουσιν ἄγαν πόδας,
Καιρῷ τῆς μεσημβρίας δὲ πρὸς γῆν καταπεσόντες,
Τοὺς πόδας ἀνατείναντες, σκιὰν αὐτοῖς ποιοῦσι·
Μεγάλα δ᾽ οἱ Ὠτόλικνοι τὰ ὦτα κεκτημένοι,
Ὁμοίως σκέπουσιν αὐτοὺς τρόπῳ τῶν σκιαδείων.
Ὁ Σκύλαξ οὗτος γράφει δὲ, καὶ ἕτερα μυρία
Περί γε Μονοφθάλμων τε, καὶ τῶν Ενοπικτόντων
Καὶ Ἐκτραπέλων ἄλλων τε μυρίων θεαμάτων.
Ταῦτα φησὶ δ᾽ ὡς ἀληθῆ μηδὲ τῶν ἐψευσμένων.
Ἐγὼ τῇ ἀπειρίᾳ δὲ ταῦτα ψευδῆ νομίζω.

Rufus Feſtus Avienus in ora maritima,

——————Multa rerum junximus
Ex plurimorum ſumta commentariis.
Hecatæus iſtic quippe erat Mileſius,
Hellanicuſque Lesbius, Phileas quoque
Athenienſis, Caryandæus Scylax,
Pauſimachus ille, priſca quem genuit Samos;
Quin & Damaſtes nobili natus Sige. *&c.* *Sic lege.*

Idem alibi.

Sed ad columnas quicquid interfunditur
Undæ æſtuantis, ſtadia ſeptem vix ait
Damaſtes eſſe. Caryandæus Scylax
Tantum patere, quantus æſtus Boſphori eſt.

ΣΚΥΛΑ-

ΣΚΥΛΑΚΟΣ τοῦ ΚΑΡΥΑΝΔΕΟΣ

Περίπλους τῆς θαλάσσης τῆς οἰκουμένης Εὐρώπης, καὶ Ἀσίας, καὶ Λιβύης, καὶ ὅσα καὶ ὁποῖα ἔθνη ἕκαστα, ἑξῆς καὶ χῶραι, καὶ λιμένες, καὶ ποταμοί, καὶ ὅσα μήκη τῶν πλῶν, καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι, καθότι ἑκάστη κεῖται τῆς ἠπείρου.

SCYLACIS CARYANDENSIS

Periplus maris habitabilis Europæ, Aſiæ, Libyæque; item quæ, & quales gentes quæque; deinceps regiones, portus, & fluvii, & quantæ navigationum longitudines; item ſeptem inſulæ habitatæ, prout quæque adjacet continenti.

ΕΥΡΩΠΗ.

Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ μέχρι Αἰθιόπων τῶν μεγάλων. Εἰσὶ δὲ ἀλλήλων καταντιπρὺ αἱ Ἡράκλειαι στῆλαι, καὶ ἀπέχουσιν ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας. Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπόρεια πολλὰ Καρχηδονίων, καὶ πηλὸς, καὶ πλημμυρίδες, καὶ πελάγη.

ΙΒΗΡΕΣ.

Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι Ἴβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἴβηρ· καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπεισι δύο αἷς ὄνομα Γάδειρα. Τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν. Εἶτα ἐμπόρειον,[1] πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόρειον· εἰσὶ δὲ οὗτοι Μασσαλιωτῶν ἄποικοι. Παράπλους τῆς Ἰβηρίας ζ' ἡμερῶν, καὶ ζ' νυκτῶν.

EUROPA.

INCIPIAM autem ab Herculeis columnis, quæ ſunt in Europa, uſque ad Herculeas columnas, quæ in Libya ſunt, & uſque Æthiopas magnos. Sunt vero invicem ex adverſo Herculeæ columnæ, diſtantque inter ſe diei itinere. Ultra Herculis columnas, quæ ſunt in Europa, multa ſunt Carthaginienſium emporia, & cœnum, & æſtus, & pelagi.

IBERI.

Europæ primi ſunt Iberi, Iberiæ gens, fluviuſque Iberus: & inſulæ ibi ſunt binæ, quibus nomen Gades. Harum una urbem habet, quæ diei itinere ab Herculeis columnis abeſt. Deinde emporium, urbs Græca, cui nomen Emporium. Sunt autem hi Maſſilienſium coloni. Præternavigatio Iberiæ eſt VII dierum, & VII noctium.

1 Omnino ſcribendum eſt. Εἶτα ἐμπόρειον, πόλις Ἑλληνίς. non enim in Gadibus Emporiæ. *Voſſ.* Straboni & Polybio Ἐμπόριον dicitur, & Hiſpaniæ adſcribitur.

LIGURES, & IBERI.

Post Iberos sequuntur Ligures, & Iberi mixti, usque Rhodanum fluvium. Præternavigatio Ligurum ab Emporio, usque Rhodanum fluvium, duorum dierum, & unius noctis.

ΛΙΓΥΕΣ, καὶ ΙΒΗΡΕΣ.

Απὸ δὲ Ἰβήρων ἔχονται Λίγυες, καὶ Ἴβηρες μιγάδες, μέχρι ποταμοῦ Ροδανοῦ. [1] Παράπλους ἀπὸ Λίγυος ἐμποείου | μέχρι Ροδανοῦ ποταμοῦ δύο ἡμερῶν, καὶ μιᾶς νυκτός.

LIGURES.

Post Rhodanum fluvium sunt Ligures, usque ad Arnum. In ista regione est urbs Græca Massilia, cum portu. *** Massiliensium hæ sunt coloniæ. Præternavigatio vero hujus à Rhodano fluvio usque ad Arnum est dierum IV, & noctium IV. Ab Herculeis autem columnis usque ad Arnum, omnis hic tractus portus habet commodos.

ΛΙΓΥΕΣ.

Απὸ Ροδανοῦ ποταμοῦ ἔχονται Λίγυες μέχρι [2] Αντίου. Εν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλις ἐστὶν Ελληνὶς [3] Μασσαλία, καὶ λιμήν. Αποικοι αὗται Μασσαλίας εἰσίν· παράπλους δ' ἐστὶ ταύτης ἀπὸ Ροδανοῦ ποταμοῦ μέχρι Αντίου ἡμερῶν δ', καὶ νυκτῶν δ'. Απὸ δὲ Ηρακλείων στηλῶν μέχρι Αντίου ἡ χώρα πᾶσα αὕτη εὐλίμενος.

TYRRHENI.

Post Arnum Tyrrhenorum est gens, usque ad urbem Romam. Præternavigatio dierum IV, & noctium IV.

ΤΥΡΡΗΝΟΙ.

Απὸ δ' Αντίου Τυῤῥηνοὶ ἔθνος μέχρι Ρώμης πόλεως. Παράπλους ἡμερῶν δ', καὶ νυκτῶν δ'.

CORSICA.

Ex adverso autem Tyrrheniæ sita est insula Corsica. Navigatio vero à Tyrrhenia in Corsicam est diei unius, ac dimidiæ. Et insula in medio hujus navigationis habitata, cui nomen Æthalia, aliæque complures desertæ insulæ.

ΚΥΡΝΟΣ.

Κατὰ δὲ Τυῤῥηνίαν κεῖται νῆσος Κύρνος. Εστι δὲ ἀπὸ Τυῤῥηνίας ὁ πλοῦς εἰς Κύρνον ἡμέρας καὶ ἡμίσεως. Καὶ νῆσος ἐν μέσῳ τοῦ πλοῦ τούτου οἰκουμένη, ᾗ ὄνομα Αἰθαλία, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἔρημοι νῆσοι.

SARDINIA.

A Corsica insula in Sardiniam est tertiæ diei partis navigatio.

ΣΑΡΔΩ.

Απὸ δὲ Κύρνου νήσου εἰς Σαρδὼ νῆσον πλοῦς ἡμέρας τρίτον μέρος.

1 Locus mendosus. Scribendum arbitror, παράπλους Λιγύων ἀπὸ Εμπορίου μέχρι Ροδανοῦ ποταμοῦ. *Voss.* 2 Vocabulum Αντίον nullo pacto hîc subsistere potest; quando nihil eo nomine in omni antiquitate reperitur, nisi quòd oppidum fuit & colonia Romana in litore Latino. Scribo igitur ubique μέχρι Αρνου & ἀπὸ Αρνου. *Cluver.* in Ital. Antiq. l. 1. c. 8. 3 Defectus est & in hoc loco: siquidem Scylax oppida haud dubiè commemoravit, quæ Marcianus ac Strabo, Ταυρόεντιον, Ολβίαν, Αντίπολιν; & postea subjunxit, ἄποικοι αὗται Μασσαλίας εἰσίν. *Cluverius*, loco jam citato.

Kai

Καὶ νῆσος ἐρήμη ἐν τῷ μεταξύ. Ἀπὸ Σαρδοῦς δὲ εἰς Λιβύην, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. Εἰς δὲ Σικελίαν ἀπὸ Σαρδοῦς πλοῦς ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν εἰς τὴν Κύρνον ἐξετραπόμην.

ΛΑΤΙΝΟΙ.

Τυῤῥηνίας ἔχονται Λατῖνοι μέχρι τοῦ Κιρκαίου. Καὶ τὸ τοῦ Ἐλπήνορος μνῆμα ἐστὶ Λατίνων. Λατίνων παράπλους ἡμέρας καὶ νυκτός.

[1] ΟΛΣΟΙ.

Λατίνων δὲ ἔχονται Ολσοί. Ολσῶν δὲ παράπλους ἡμέρας μιᾶς.

ΚΑΜΠΑΝΟΙ.

Ολσῶν δὲ ἔχονται Καμπανοί· καὶ εἰσὶ πόλεις Ἑλληνίδες αὗται ἐν τῇ Καμπανίᾳ, Κύμη, Νεάπολις. Κατὰ ταῦτα ἐστὶ Πιθηκοῦσσα νῆσος καὶ πόλις Ἑλληνίς. Παράπλους δὲ τῆς Καμπανίας ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς.

ΣΑΥΝΙΤΑΙ.

Καμπανῶν δὲ ἔχονται Σαυνῖται· καὶ παράπλους ἐστὶ Σαυνιτῶν ἡμέρας ἥμισυ.

ΛΕΥΚΑΝΟΙ.

Λευκανοὶ Σαυνιτῶν ἔχονται μέχρι Θουρίας. [2] Ο πλοῦς δέ ἐστι παρὰ Λευκανίαν ἡμερῶν ϛʹ καὶ νυκτῶν ϛʹ. Η δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτή. [3] Εν ταύτῃ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε,

Et in medio eſt inſula deſerta. A Sardinia vero in Libyam diei noctiſque eſt navigatio. In Siciliam vero à Sardinia iter duorum dierum noctiſque. Sed redeo rurſum ad continentem, unde ad Corſicam digreſſus eram.

LATINI.

Poſt Tyrrheniam ſequuntur Latini, uſque ad Circæum. Etiam Elpenoris tumulus eſt Latinorum. Præternavigatio autem Latinorum diei noctiſque eſt.

VOLSCI.

Poſt Latinos ſequuntur Volſci. Volſcorum vero præternavigatio diei unius.

CAMPANI.

Poſt Volſcos ſunt Campani. Et hæ Græcæ urbes ſunt in Campania; Cyme, & Neapolis. Hîc eſt Pithecuſa inſula cum urbe Græca. Præternavigatio vero Campaniæ eſt diei unius.

SAMNITES.

Campanis contigui ſunt Samnites. Samnitum vero præternavigatio eſt diei dimidiati.

LUCANI.

Samnites ſequuntur Lucani uſque ad Thurios. Præternavigatio vero Lucaniæ eſt dierum VI, & noctium VI. Eſt autem Lucania peninſula. In ea ſunt hæ urbes Græcæ, Poſidonia,

1 Lege Ολσκοί, ut monuit *Cluver.* in Ital. Antiq. l. 3. c. 7. ut & mox Ολσκοὶ & Ολσκῶν. 2 Ο πλοῦς &c. uſque ad ἐν ταύτῃ, omittenda eſſe cenſet *Cluver.* in Ital. Antiq. l. 4. c. 14. 3 Sic legit *Cluverius*: Εν αὐτῇ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε, Ποσειδωνία, καὶ Ἔλεα Θουρίων ἀποικία, Πανδοσία Πλαταιέων, Τερίνα, Ιππώνιον, Μέδμα &c. Vide *Ital. Antiq.* l. 4. c. 14.

& Elea Thuriorum colonia, Pandosia Platæensium, Terina, Hipponium, Medma, Rhegium promontorium, & urbs.

SICILIA.

Ex adverso Rhegii est Sicilia insula, duodecim ab Europa stadiis divisa; à Rhegio nimirum in Pelorum. In Sicilia autem gentes Barbaræ sunt hæ; Elymi, Sicani, Siculi, Phœnices, Trojani. Hi quidem Barbari; habitant vero & Græci. Promontorium Siciliæ est Pelorus. A Peloro urbes Græcanicæ hæ sunt. Messana cum portu, Tauromenium, Naxus, Catana, Leontini. Ad Leontinos vero per Teriam flumen sursum navigando XX stadia. Symæthus amnis, & urbs Megaris, & portus Xiphonius. Megaridem autem sequitur urbs Syracusæ, cum duobus portubus. Horum unus intra murum, alter vero extra. Post hanc vero urbs Helorus, & Pachynus promontorium. Post Pachynum autem sunt hæ urbes Græcæ; Camarina, Gela, Agrigentum, Selinûs, Lilybæum promontorium. Post Lilybæum est urbs Græca Himera. Est autem Sicilia triangularis, ac quodque ejus latus est stadiorum circiter clɔ clɔ D. Circa Hi-

Ποσειδῶ, Ιαι, καὶ Ελεαὰ Θυρίων ἀποικία, Πανδοσία, Πλαταιεῖς, Τερίνα, Ιππώνιον, Μέσα, Ρήγιον ἀκρωτήριον, καὶ πόλις.

ΣΙΚΕΛΙΑ.

Κατὰ δὲ Ρήγιον ἐστὶ Σικελία νῆσος [1] ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἀπέχουσα στάδια ιβ', ἐς Πελωριάδα ἀπὸ Ρηγίου. Εν δὲ Σικελίᾳ ἔθνη βάρβαρα τάδε ἐστίν· [2] Ελυνοι, Σικανοὶ, Σικελοὶ, [3] Θοίνικες, Τρῶες. Οὗτοι μὲν Βάρβαροι, οἰκοῦσι δὲ καὶ Ελληνες. Ακρωτήριον δὲ Σικελίας Πελωριάς. Πόλεις δὲ εἰσὶν ἀπὸ Πελωριάδος Ελληνίδες αἵδε· Μεσσήνη καὶ λιμὴν, Ταυρομένιον, Νάξος, Κατάνη, Λεοντῖνοι. Εἰς τοὺς Λεοντίνους δὲ [4] κατὰ τὸν Τηρίαν ποταμὸν ἀνάπλους κ' σταδίων. Σύμαιθος ποταμὸς, καὶ πόλις Μεγαρεὶς, καὶ λιμὴν Ξιφώνειος. Εχομένη δὲ πόλις Μεγαρεὶς ἐστὶ Συράκουσαι, καὶ λιμένες ἐν αὐτῇ δύο. Τούτων ὁ ἕτερος ἐντὸς τείχους, ὁ δ' ἄλλος ἔξω. Μετὰ δὲ ταύτην πόλις Ελωρον, καὶ Πάχυνος ἀκρωτήριον. Απὸ Παχύνου δὲ πόλεις Ελληνίδες αἵδε· Καμάρινα, Γέλα, Ακράγας, Σελινοῦς, Λιλύβαιον ἀκρωτήριον. Απὸ δὲ Λιλυβαίου πόλις ἐστὶν Ελληνὶς Ιμέρα. Εστι δὲ ἡ Σικελία τρίγωνος· [5] τὸ δὲ κῶλον ἕκαστον αὐτῆς ἐστὶ μάλιστα στάδια ᾳφ'.

1 Forsan rectius, ἀπὸ τῆς ἠπείρου. *Cluver.* in Sicil. antiq. l. 1. c. 5. Verum insulæ non pro parte Europæ censentur à pluribus Geographis, sed adjacere dicuntur. Sic & infra Scylax de Creta, ἐγγυτάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης. *Voss.* 2 Lege Ελυμοι. *Voss.* 3 Φοίνικες malit *Hæschel.* 4 Sic emendat hunc locum *Cluverius*, κατὰ Τηρίαν ποταμὸν ἀνάπλους μ'. σταδίων & mox, ἐχομένη δὲ Μεγαρίδος πόλις ἐστὶ Συράκουσαι. Vide Sicil. Antiq. p. 125 & 127. 5 Τὸ δὲ κῶλον ἕκαστον αὐτῆς ἐστὶ μάλιστα στάδια βφ'. *Salmasius* in Exercit. Plin. c. 5. p. 95.

[1] Κατὰ πέραν πόλιν Λιπάρα νῆσος ἐστὶ, καὶ πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι, καὶ λιμήν. Ἔστι δὲ ἀπὸ Μυλῶν ἐπὶ Λιπάραν νῆσον πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. Ἀπὸ γὰρ Ῥηγίου πόλεις εἰσὶν αἵδε· Λοκροὶ, Καυλωνία, Κρότων, Λακίνιον ἱερὸν Ἥρας, καὶ νῆσος [2] Καλυψοῦς, ἐν ᾗ Ὀδυσσεὺς ᾤκει παρὰ Καλυψοῖ, καὶ [3] ποταμὸς Κρᾶθις, καὶ Σύβαρις, καὶ Τυρία πόλις. Οὗτοι ἐν τῇ Λευκανίᾳ Ἕλληνες.

ΙΑΠΥΓΕΣ.

Μετὰ δὲ τὴν Λευκανίαν, Ἰάπυγες [4] μίσον ἔθνος μέχρι Ἀρίονος ὄρους τοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τῷ Ἀδρίᾳ. Παράπλους παρὰ τὴν Ἰαπυγίαν ς' ἡμερῶν, καὶ ς' νυκτῶν. Ἐν δὲ τῇ Ἰαπυγίᾳ οἰκοῦσιν Ἕλληνες, καὶ πόλεις εἰσὶν αἵδε· Ἡράκλειον, Μεταπόντιον, Τάρας, καὶ λιμὴν Ὑδροῦς, ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀδρίου, ἢ τῷ τοῦ Ἰονίου κόλπου στόματι.

ΔΑΥΝΙΤΑΙ.

Μετὰ δὲ Ἰάπυγας ἀπὸ Ἀρίονος [5] ὄρους Δαυνῖται ἔθνος ἐστίν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει γλῶσσαι, ἤτοι στόματα τάδε· Λατέρνιοι, Ὀπικοὶ, Κραμόνες, [6] Βορεοντῖνοι, Πευκετιεῖς, διήκοντες ἀπὸ τοῦ Τυρσηνικοῦ πελάγους εἰς τὴν Ἀδρίαν. Παράπλους τῆς Δαυνίτιδος χώρας ἡμερῶν δύο, καὶ νυκτῶν.

meram urbem Lipara insula est, & urbs Græca Mylæ cum portu. A Mylis in Liparam insulam diei dimidiati est navigatio. Sed redeo rursum ad continentem, unde diverteram. Post Rhegium urbes hæ; Locri, Caulonia, Croton, Lacinium fanum Junonis, & Calypsus insula, in qua Ulysses habitabat apud Calypso, & fluvius Crathis, & Sybaris, & urbs Thurium. Hi in Lucania Græci.

IAPYGES.

Post Lucaniam est Iapygum gens, usque ad Arionem montem, qui est in sinu Adriatico. Præternavigatio Iapygiæ est dierum VI, & noctium VI. In Iapygia vero habitant Græci, urbesque in ea sunt hæ; Heraclea, Metapontum, Tarentum, & Hydruntum portus in ipso Adriatici, sive Ionii sinus ore.

DAUNITÆ.

Post Iapyges, & Arionem montem, Daunitarum gens est In hac gente linguæ sive ora hæc sunt; Laternii ,Osci, Cramones, Ferentani, Peucetiique, qui pertingunt à Tyrrheno mari Adriam usque. Præternavigatio vero regionis Dauniorum est dierum, noctiumque duarum.

1 Puto legendum κατ' Ἱμέραν πόλιν &c. Voss. 2 Forsan Καλυψοῦς. Voss. 3 Ποταμοὶ & mox Θυρία legit Cluver. in Ital. Antiq. p. 4. c. 14. 4 Μέσον vult Hæscel. ἐστὶν legit Cluver. in Ital. Antiq. l. 2. c. 4. & l. 4. c. 14. 5 Vocabulum ὄρους ex conjectura Hæschelii admisit Voss. 6 Φρεντανοὶ, Πευκετιεῖς, διήκοντες ἀπὸ τοῦ Τυρσηνικοῦ κ. τ. λ. παράπλους δὲ τῆς &c. Cluver. in Ital. Antiq. l. 2. c. 4.

UM-

UMBRI.

Post Daunitas est Umbrorum gens. Et in ea est Ancon urbs. Hæc gens Diomedem colit, à quo beneficiis affecta fuit, & ejus ibi est fanum. Prænavigatio autem Umbriæ est duorum dierum & unius noctis.

TYRRHENI.

Post Umbros Tyrrheni sequuntur: pertingunt autem & hi ab mari Tyrrheno Adriam usque: urbsque in iis est Græca, cum amne: & navigatio ad hanc urbem juxta fluvium est stadiorum xx. Extendit vero sese Tyrrhenia ab mari extero, usque ad sinum Adriaticum; ab urbe Pisa usque Spinam urbem; quod est trium dierum iter.

CELTÆ.

Post Tyrrhenos est Celtarum gens; qui relicti sunt in expeditione ad angustias usque Adriam. Et istic est intimus sinus Adriatici recessus.

VENETI.

Post Celtas Venetorum est natio, & fluvius Eridanus in iis. Unde ad eos à Spina urbe diei unius est navigatio.

HISTRI.

Post Venetos sunt Histri, & fluvius Ister. Hic fluvius, quem-

ΟΜΒΡΙΚΟΙ.

Μετὰ δὲ Δαυνίτας ἔθνος ἐστὶ Ομβρικοί· καὶ πόλις ἐν αὐτῷ Ἀγκὼν ἐστί. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος τιμᾷ Διομήδην εὐεργετηθὲν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ἱερὸν ἐστὶν αὐτοῦ. Παράπλους δὲ τῆς Ομβρικῆς ἐστὶν ἡμερῶν δύο, καὶ νυκτός.

ΤΥΡΡΗΝΟΙ.

[1] Μετὰ δὲ τὸ Ομβρικὸν Τυῤῥηνοί· διήκουσι δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πελάγους ἔξωθεν εἰς τὸν Δαυνίαν διήκοντες· [2] καὶ πόλις ἐν αὐτῇ Ἑλληνὶς, καὶ ποταμός· καὶ ἀνάπλους εἰς τὴν πόλιν κατὰ ποταμὸν ὡς κ' σταδίων. Καὶ Τυῤῥηνία ἐστὶν διήκουσα ἀπὸ τῆς ἔξωθεν θαλάττης ἕως εἰς τὸν Ἀδρίαν κόλπον· [3] ἀπὸ πόλεων πόλεως· καὶ ἐστὶν ὁδὸς ἡμερῶν τριῶν.

ΚΕΛΤΟΙ.

Μετὰ δὲ Τυῤῥηνοὺς εἰσὶ Κελτοὶ ἔθνος, ἀπολειφθέντες τῆς στρατείας ἐπὶ στενῶν μέχρι Ἀδρίου· ἐνταῦθα δὲ ἐστὶν ὁ μυχὸς τοῦ Ἀδρίου κόλπου.

ΕΝΕΤΟΙ.

Μετὰ δὲ Κελτοὺς Ἐνετοί εἰσι ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἠριδανὸς ἐν αὐτοῖς. Ἐντεῦθεν δὲ παράπλους ἐστὶν [4] ἐπ' αὐτῆς ἀπὸ Πίσης πόλεως ἡμέρας μιᾶς.

ΙΣΤΡΟΙ.

Μετὰ δὲ Ἐνετοὺς εἰσὶν ἔθνος Ἰστροι, καὶ ποταμὸς Ἴστρος. Οὗτος ὁ ποτα-

1 *Μετὰ δὲ τοὺς Ομβρικοὺς Τυῤῥηνοί εἰσιν ἔθνος, ἀπὸ τοῦ Τ. π. ἔ. εἰς τὸν Ἀδρίαν διήκοντες*, legit *Cluver.* in Ital. Antiq. l. 1. c. 17. scribe, *μετὰ δὲ τὸ Ο. Τ. διήκουσι δὲ οὗτοι ἀπὸ τοῦ Τ. π. ἔ. εἰς τὸν Ἀδρίαν διήκοντες.* Sic enim loquuntur Græci, *διήκοντες διήκουσι.* Ita & in Periplo Ponti Euxini, *παρήκει διήκουσα*, aliaque hujusmodi. *Voss.* 2 *Ἐν αὐτοῖς Voss. Καὶ πόλις ἐν αὐτοῖς Ἑλληνὶς Σπίνη, καὶ ποταμὸς* legit *Cluver.* in Ital. Antiq. l. 1. c. 17. 3 *Ἀπὸ πόλεως Πίσης μέχρι Σπίνης πόλεως. Cluver.* loco jam citato. 4 *Ἐπ' αὐτῆς ἀπὸ Σπίνης* &c. *Cluver.* ibid.

μὶς

ὡς ἢ εἰς τ Πόντον ἐκβάλλει [1] ἐνδεκαμείως εἰς Αἴγυπτον. Παράπλους δὲ τ Ιςριανῶν χώρας ἡμέρας καὶ νυκτός.

ΛΙΒΥΡΝΟΙ.

Μετὰ δὲ Ιςρυς Λιβυρνοί εἰσιν ἔθνος. Εν δὲ τούτῳ τῷ ἔθνει πόλεις εἰσὶ παρὰ θάλατλαν [2] Λιάς, Ιδασσα, Ατιενίτης, Δυύρτα, [3] Αλυψοί, Ολσοί, Πεδῆται, Ημίονοι. Οὗτοι γυναικοκρατοῦνται, καὶ εἰσὶν αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐλευθέρων· μίσγονται δὲ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις, καὶ τοῖς πλησιοχώροις ἀνδράσι. Κατὰ ταύτην τ χώραν αἵδε νῆσοι εἰσίν, ὧν ἔχω εἰπεῖν τὰ ὀνόματα· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἀνώνυμοι πολλαί, [4] ἐισεις νῆσος, ςαδίων τι. πλάτος δὲ ρκ'. Κλείτρει Λιτρία, Μεντορίδες· αὗται δὲ αἱ νῆσοι εἰσὶ μεγάλαι, Καταρβάτης ποταμός. Παράπλους τ Λιβυρνίδος χώρας ἡμερῶν δύο.

ΙΛΛΥΡΙΟΙ.

Μετὰ δὲ Λιβυρνὲς εἰσὶν Ιλλύριοι ἔθνος, καὶ παροικοῦσιν οἱ Ιλλύριοι παρὰ θάλατλαν μέχρι [5] Χλωνίας τ κατὰ Κέρκυραν τ Αλκινόυ νῆσον. Καὶ πόλις ἐςὶν Ελληνὶς ἐνταῦθα, ᾗ ὄνομα Ηράκλεια, καὶ λιμήν. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ Λωτοφάγοι καλέμενοι, βάρβαροι οἵδε, Ιεραςάμναι, Βυλινοί, Υλλινοί· [6] Βυλινῶν Λινοτέρμονες, Υλλοι· ὗτοι

LIBURNI.

admodum & Nilus in Ægypto, per ſeptem oſtia in Pontum delabitur. Præternavigatio autem Hiſtrianorum regionis eſt diei noctiſque.

Poſt Hiſtros Liburnorum gens eſt. Ea in gente maritimæ civitates ſunt; Lias, Idaſſa, Attienites, Dyyrta, Halupſi, Olſi, Pedetæ, Hemioni. Hi muliebri imperio ſubjecti ſunt, liberorumque ſunt virorum uxores: coeunt autem cum ſuis ſervis, vicinarumque regionum viris. Huic regioni hæ adjacent inſulæ, quarum poſſum recenſere nomina: ſunt vero & aliæ complures ibi ſine nomine, Iſtris inſula ſtadiorum CCCX, latitudine CXX. Clitri, Litria, Mentorides, hæ ſunt magnæ inſulæ; inde Catarbates fluvius. Præternavigatio Liburnorum regionis eſt dierum duorum.

ILLYRII.

Liburnos ſequitur Illyriorum gens, habitantque Illyrii ad mare uſque Chaoniam, quæ eſt ex adverſo Corcyræ, Alcinoi inſulæ. Eſtque ibi urbs Græca, cui nomen Heraclea, cum portu. Sunt & qui Lotophagi dicuntur; barbari hi; Hieraſtamnæ, Bulini, Hyllini. Bulinorum vicini ſunt Hylli.

1 Ita edidit *Hæſchelius*. Ενδεκαμείως *Codd. MSS.* quod nihil juvat. Forte legendum ὕδερ ὁ ποταμὸς καὶ εἰς τ Πόντον ἐκβάλλει πενταςόμως, ὡς Νεῖλος κατ' Αἴγυπτον. *Voſſ.* 2 Forte Ιάς. nam in *Stephano*, Ιὰς Ιλλυρίας μέρος, οἱ οἰκῦντες Ιάται. *Voſſ.* 3 Αυψοὶ malit *Voſſ.* 4 Hæc & quæ ſequuntur ſunt mendoſa. *Voſſ.* 5 Legendum Χαονίας, ut teſtantur ſequentia, μετὰ δὲ Ιλλυρίυς Χάονες &c. Vide *Palmerii* Græc. Antiq. p. 74. 6 Locus corruptiſſimus. Ego ſic caſtigabam, Βυλινοῖς ἐγχιτέρμονες Υλλοι. *Voſſ.*

Dicunt

Dicunt vero hi, Hyllum, Herculis filium, illic habitasse. Sunt autem Barbari. Incolunt peninsulam paulo minorem Peloponneso. Huic peninsulæ contermini sunt Bulini. Bulini vero sunt gens Illyriorum. Præternavigatio regionis Bulinorum ad sinum Nestæum, est longæ diei.

NESTÆI.

A Nesto autem urbe navigatio est sinuosa. Vocatur Manius universus hic sinus. Præternavigatio vero ejus est diei unius. Hoc in sinu hæ sunt insulæ; Proteras, Cratiæ, Olynta. Hæ stadiis duobus à se invicem distant, sive paulo plus, prope Pharum & Issam. Istic enim est nova Pharus, insula Græca, & Issa insula; & hæ quidem Græcorum urbes. Antequam vero ad Naronem fluvium perveniatur, magna admodum regionis hujus pars in mare excurrit. Et insula maritimæ huic regioni propinqua est, cui nomen Melita. Vicina huic est & alia insula, cui nomen Corcyra nigra. Et plurimum abest promontorio suo hæc insula ab maritima istac regione. Altero vero promontorio pertingit ad Naronem fluvium: à Melita abest stadiis xx: à maritima regione, stadiis VIII.

δέ φασιν Ὕλλον τὸν Ἡρακλέους αὐτοῦ κα- οικῆσαι· εἰσὶ δὲ Βάρβαροι. Κατοικ- σι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πε- λοποννήσου ¹ ἀπὸ παρασόνιον ὁ- ταύτην παροικοῦσι. Βουλινοὶ δ' εἰ- ἔθνος Ἰλλυρικόν. Παράπλους δὲ ἐ- τῆς Βουλινῶν χώρας ἡμέρας μακρᾶς ἐ- ² Νεστὸν κόλπον.

ΝΕΣΤΟΙ.

Ἀπὸ δὲ Νεστοῦ πλοῦς ἐστὶ κολπ- δης. Καλεῖται δὲ Μάνιος ἅπας - τος ὁ κόλπος. Παράπλους δὲ ἐσ- ἡμέρας μιᾶς. Εἰσὶ δὲ ἐν τούτῳ - ³ τόπῳ νῆσοι, Προτερὰς, ⁴ Κρατει- Ὀλυῦντα. Αὗται δὲ ἀπ' ἀλλή- ἀπέχουσι στάδια β', ἢ ὀλίγῳ πλεί- κατὰ Φάρον καὶ Ἴσσαν. ἐνταῦθα γ- ἐστὶ νέος Φάρος, νῆσος Ἑλληνὶ- καὶ Ἴσσα νῆσος· καὶ ⁵ πόλεις Ἑλλη- δες αὗται. Πρὶν ἐπὶ τὸν Νάρωνα π- ταμὸν παραπλεῦσαι, πολλὴ χ- ἀνήκει σφόδρα εἰς θάλασσαν. καὶ ν- σος τῆς παραλίας χώρας ἐγγὺς, ᾗ ὄ- μα Μελίτη. καὶ ἑτέρα νῆσος ἐγγ- ταύτης, ᾗ ὄνομα Κέρκυρα ἡ μέλ- να· καὶ ⁶ ἐκρέχει περὶ τὸ ἀκρωτήρ- νῆσος αὕτη τῆς παραλίας χώρας σφό- δρα. Τῷ δὲ ἑτέρῳ ἀκρωτηρίῳ κα- κει ἐπὶ τὸν Νάρωνα ποταμόν. Ἀ- δὲ τῆς Μελίτης ἀπέχει στάδια κ- τῆς δὲ παραλίας χώρας ἀπέχει σ- δια η'.

1 Vide *Annott.* 2 Νεσταῖον. & mox ΝΕΣΤΑΙΟΙ. *Voss.* 3 Κόλπῳ pro τό- reponendum censent *Salmasius* & *Voss.* 4 Puto easdem esse quas Plinius Cr- teas appellat. *Voß.* 5 Scylax hîc insulas πόλεις appellat: sed de eo inferi- dicemus. *Voß.* 6 Forsan ἐκτρέχει. *Hæschel.* sed certissima est Cl. Salmasii lecti- ἀπέχει. *Voß.*

MA-

MANIOI.

Ἀπὸ δὲ [1] Νεςῶν ἐςὶν ὁ Νάρων ποταμός· ὁ δὲ εἴσπλυς εἰς τὸν Νάρωνα ἐςὶν οὐ ςενός. Εἰσπλεῖ δὲ εἰς αὐτὸν καὶ τριήρης, καὶ πλοῖα εἰς τὸ ἄνω ἐμπόριον ἀπέχον ἀπὸ θαλάσσης ςάδια π΄. Οὗτοι δὲ εἰσὶν [2] Ἰλλύριοι ἔθνος Μανιοί. Λίμνη δέ ἐστι τὸ εἴσω τοῦ Ἐμπορείου μεγάλη, καὶ ἀνήκει ἡ λίμνη εἰς Αὐταριάτας ἔθνος Ἰλλυρικόν. Καὶ νῆσος ἐν τῇ λίμνῃ ἔνεςι ςαδίων ρκ΄· ἡ δὲ νῆσος αὕτη ἐςὶν εὐγέωργος σφόδρα. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς λίμνης ὁ Νάρων ποταμὸς ἀπῤῥεῖ. Καὶ ἀπὸ τοῦ Νάρωνος ἐπὶ τὸν [3] Ἀρίωνα ποταμὸν ἡμέρας ἐςὶ πλοῦς. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ· καὶ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας οἱ λίθοι εἰσὶν ἐνταῦθα, καὶ ἱερὸν, ἄπωθεν τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀρίωνος ποταμοῦ εἰς [4] Βουθόην ὁ πλοῦς, [5] καὶ τὸ ἐμπόριον.

MANII.

Post Nestæos est Naro fluvius. Navigatio autem in Naronem non est angusta. Siquidem in eum invehuntur triremes, aliaque navigia ad Emporium, quod sursum situm, abest à mari stadiis LXXX. Manii autem hi Illyriorum est gens. Supra id Emporium vastus est lacus, qui pertingit usque ad Autariatas, gentem Illyricam. Et insula in hoc lacu est stadiorum CXX. cujus agri ad colendum perquam commodi sunt. Ab hoc lacu Naro fluvius profluit. A Narone ad Drilonem fluvium diei navigatio est. A Drilone vero fluvio diei dimidiati navigatio est: ac Cadmi, & Harmoniæ, ibi sunt lapides, & fanum, procul Drilone fluvio. A Drilone autem fluvio navigatur Buth ën, & Rhizonem Emporium.

ΕΓΧΕΛΕΙΣ.

Ἰλλυριῶν ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς ἐχόμενοι τοῦ [6] Ῥιζοῦντος. Ἐκ Βουθόης δὲ εἰς Ἐπίδαμνον, πόλιν Ἑλληνίδα, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ὁδὸς δὲ τριῶν ἡμερῶν.

ENCHELEI.

Post Rhizonem sunt Enchelei, Illyriorum gens. Ex Buthoë autem in Epidamnum, urbem Græcam, navigatio est diei noctisque; iter vero trium dierum.

1 Hic quoque pro Νεςῶν lege Νεςαίων, ut supra. *Voss.* 2 Lege Ἰλλυριοὶ cum Cl. Salmasio. *Voss.* 3 Nusquam exstat id nomen. Scribe itaque Δρίλωνα: & sic quoque postea ubique. *Voss.* Vide etiam Palmerii Græciam antiq. l. 1. c. 35. p. 105. 4 Puto scribendum esse, εἰς Βουθόην ὁ πλοῦς καὶ Ῥίζονα τὸ ἐμπόριον. De Butua versus est Sophoclis: Βουθοίην Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἱκέσθαι. Apud Ptolemæum scribitur Βουλύα, pro Βουθύα sive Βουτύα. *Voss.* 5 Forsan, καὶ Ῥίζονα τὸ ἐμπόριον. *Voss.* 6 Ῥιζοῦς Thessaliæ urbs: sed ea nihil ad hanc. Puto itaque legendum ἐχόμενοι τοῦ Ῥίζονος. *Voss.*

ILLYRII.

Ad Oedantium est Illyriorum gens, in qua Epidamnus urbs, & fluvius urbem præterfluit, cui nomen Palamnus. Ex Epidamno autem in Apolloniam, urbem Græcam, duorum dierum via. Apollonia vero abest à mari stadiis L, & fluvius Æas urbem præterlabitur. Ab Apollonia autem ad Amantiam sunt stadia CCCXX. Et Æas fluvius, à Pindo monte delapsus, Apolloniam præterfluit. Ab Orico, civitate Oriciæ, quæ intra sinum Ionium sita est, ad mare stadia sunt LXXX: ad Amantiam vero stadia LX. Omnibus contermini in locis mediterraneis Atintanes, supra Oriciam, & Cariam, usque Hedoniam in Castidis regione esse dicuntur. Deinceps est campus appellatus Erythia. Istuc Geryonem venisse fama est, bovesque pavisse. Prope sunt montes Ceraunii in Epiro, & insula ibi parva est, cui nomen Sason. Hinc in Oricum navigatio est tertiæ diei partis.

ORICII.

Oricii inhabitant Amantiæ regionem: Amantini vero sunt Illyrii. A Bulinis huc usque extenduntur Illyrii. Os vero

ΙΛΛΥΡΙΟΙ.

[1] Κατ' ἀντίον δέ ἐστιν τὸ Ἰλλυρικὸν ἔθνος, ἐν ᾧ ἡ Ἐπίδαμνός ἐστι, καὶ ποταμὸς παρὰ τὴν πόλιν παραῤῥεῖ, ᾧ ὄνομα [2] Πάλαμνος. Ἐκ δὲ Ἐπιδάμνου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν Ἑλληνίδα ὁδὸς ἡμερῶν δύο. Ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀπέχει στάδια ν', [3] καὶ ποταμὸς Δίας παραῤῥεῖ τὴν πόλιν. [4] Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν ἐστὶ στάδια τκ'. Καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ. Πρὸς Ὠρείκου εἴσω μᾶλλον εἰς τὸν Ἰόνιον τῆς Ὠρεικίας καθήκει εἰς θάλατταν στάδια π'· τῆς Ἀμαντίας στάδια ξ'. Ἅπασιν ὅμοροι ἐν μεσογείᾳ [5] Ἀγίνταντες ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας, [6] καὶ Καρίας, μέχρι Ἡδωνίας ἐν τῇ Κάστιδι χώρᾳ εἶναι λέγονται δὲ διὸ ὄνομα Ἐρυθεία. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν, καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν. Κατὰ ταῦτα ἐστὶ τὰ Κεραύνια ὄρη ἐν τῇ Ἠπείρῳ, καὶ νῆσος παρὰ ταῦτα ἐστὶ μικρὰ, ᾗ ὄνομα Σασών. Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρεικὸν πόλιν ἐστὶ παράπλους ἡμέρας τρίτον μέρος.

[7] ΩΡΙΚΟΙ.

Οἱ δὲ Ὠρεικοὶ κατοικοῦσιν τῆς Ἀμαντίας χώραν· οἱ δὲ [8] Ἀμαντιεῖς εἰσὶν μέχρι ἐνταῦθα Ἰλλύριοι ἀπὸ Βουλινῶν. [9] Τὸ δὲ στόμα τοῦ Ὠρι-

1 Κατ' Οἰδάντιον ex emendatione Salmasii. 2 Suspecta lectio: puto tamen eundem esse ac illum, qui Ptolemæo est Πανύασις. *Voss.* 3 Lege, καὶ ποταμὸς Αἴας &c. *Voss.* 4 Vide *Annott.* 5 Lege Ἀτιντᾶνες ex Strabone, Polybio, Stephano, Lycophrone, aliisque. *Voss.* 6 Consule *Annott.* 7 Hîc & in versu sequenti scribe Ὠρεικοί. *Voss.* Vide Palmerii Græc. Antiq. l. 1. c. 31. p. 170. 8 Locus suspectus. *Voss.* 9 Quisnam sit iste sinus Oneus nusquam invenio. Novi quidem Oneos gentem Illyricam: sed quid hi ad rem? tu, si emendatum velis locum, rescribe τὸ δὲ στόμα τοῦ Ἰονίου &c. quam lectionem sequentia satis confirmant. *Voss.*

κόλπι

κόλπου ἐστὶν ἀπὸ Κεραυνίων ὀρῶν μέχρι ἄκρας Ἰαπυγίας. Ἐπὶ δὲ Ὑδρόεντα πόλιν ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ ἀπὸ τῶν Κεραυνίων στάδια τοῦ διάπλου ὡς φʹ ἐστι τὸ στόμα τοῦ κόλπου. Τὰ δὲ ἐντὸς ὁ Ἰόνιος. Λιμένες εἰσὶ πολλοὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ· τὸ δὲ αὐτὸ Ἀδρίας ἐστὶ, καὶ Ἰόνιος.

Ionii finus eft à Cerauniis montibus ufque Iapygiæ promontorium. Ad urbem autem Hydruntem in Iapygia à Cerauniis, ftadiis navigationis quafi D patet os hujus finus. Intus eft finus Ionius. Portus vero funt in Adria multi : & idem eft Adriaticus, ac Ionius finus.

ΧΑΟΝΕΣ.

Μετὰ δὲ Ἰλλυριοὺς Χάονες. Ἡ δὲ Χαονία ἐστὶν εὐλίμενος· οἰκοῦσι δὲ [1] κατὰ κώμας οἱ Χάονες. Παράπλους δ' ἐστι Χαονίας ἥμισυ ἡμέρας.

CHAONES.

Poft Illyrios funt Chaones. Chaonia vero portus habet commodos, & habitant vicatim. Præternavigatio Chaoniæ eft diei dimidiati.

ΚΟΡΚΥΡΑ.

[2] Κατὰ δὲ Χαονίαν νῆσος ἐστὶ Κόρκυρα, καὶ πόλις Ἑλληνὶς [3] ἐν ταύτῃ, λιμένας ἔχουσα τρεῖς κατὰ τὴν πόλιν. Τούτων ὁ εἷς κάλλιστος. Ἐπιβάλλει δὲ ἡ Κόρκυρα καὶ ἐπὶ τὴν Θεσπρωτίαν πλέον, ἢ ἐπὶ τὴν Χαονίαν. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

CORCYRA.

Circa Chaoniam Corcyra infula eft, & urbs Græca in ea cum tribus portubus propinquis. Ex his unus eft pulcherrimus. Vergit autem Corcyra magis ad Thefprotiam, quam ad Chaoniam. Sed rurfum ad continentem me confero, unde digreffus eram.

ΘΕΣΠΡΩΤΟΙ.

Μετὰ δὲ Χαονίαν Θεσπρωτοί εἰσιν ἔθνος. Οἰκοῦσι δὲ καὶ οὗτοι κατὰ κώμας· ἐστι δὲ καὶ αὕτη εὐλίμενος. Ἐνταῦθα ἐστὶ λιμὴν, ᾧ ὄνομα [4] Ἐλαία. Εἰς τοῦτον τὸν λιμένα ποταμὸς ἐξίησιν Ἀχέρων, καὶ λίμνη Ἀχερουσία, ἐξ ἧς ὁ Ἀχέρων ῥεῖ ποταμός. Παράπλους δὲ τῆς Θεσπρωτίας ἥμισυ ἡμέρας.

THESPROTII.

Poft Chaoniam fequuntur Thefproti. Habitant & hi vicatim; bonofque etiam portus habet hæc regio. Portus iftic, cui nomen Elæa. In hunc Acheron fluvius exoneratur, palufque Acherufia, unde Acheron amnis fluit. Præternavigatio Thefprotiæ eft diei dimidiati.

ΚΑΣΣΩΠΟΙ.

Μετὰ δὲ Θεσπρωτίαν [5] Κασσωπία

CASSOPI.

Poft Thefprotiam fequitur

1 Hinc licet conjicere, nullas in ea regione fuiffe urbes, quod fortaffe tempore Scylacis verum erat. Sed poftea, ut ex Ptolemæo & aliis conftat, pluribus urbibus habitata fuit. *Palmer.* in Gr. Antiq. l. 2. c. 2. p. 234. 2 De pofitu infulæ Corcyræ vide *Palmer.* Gr. Antiq. l. 2. c. 10. p. 354. 3 *Ἐν αὐτῇ Cod. Hervu.* 4 Lege Ἐλαία. *Voff.* Vide *Annott.* 5 Utrumque dicitur & Κασσωπία & Κασσιωπία. *Voff.*

Cassopia. Habitant & hi vicatim. Pertingunt vero usque ad sinum Anactorium. Præternavigatio Cassoporum regionis est diei dimidiati. Sinus autem Anactorius, ab alveo usque ad intimum recessum ejus, paulo minor est stadiis cxx. Os vero est stadiorum iv latitudine.

MOLOSSI.

Post Cassopiam sequitur Molossorum gens, qui & ipsi pagatim habitant. Pertingunt ii hoc loco, quamvis exiguo spatio, usque ad mare: maxima enim ex parte mediterranei sunt. Præternavigatio Molossiæ est stadiorum XL.

AMBRACIA.

Post Molossiam Ambracia est, Græca civitas. Abest hæc à mari stadiis LXXX. Habet vero ad mare murum, & portum pulcherrimum. Hinc Græcia contigua esse incipit, usque flumen Peneum, & Homolium Magnesiæ civitatem, quæ est ad fluvium. Præternavigatio Ambraciæ est stadiorum cxx.

ACARNANIA.

Ambraciam Acarnaniæ re-

ἐστὶν ἔθνος. Οἰκοῦσι δὲ καὶ οὗτοι κατὰ κώμας. Παροικοῦσι δὲ οὗτοι ἕως εἰς τὸν [1] Ανακτορικὸν κόλπον. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Κασσωπῶν χώρας ἡμισυ ἡμέρας. Μικρῷ δὲ ἐλάττων ὁ Ανακτορικὸς κόλπος ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος ἕως εἰς τὸν μυχὸν [2] σταδίων ρκ'. Τὸ δὲ στόμα εὖρος στάδια δ'.

ΜΟΛΟΤΤΟΙ.

Μετὰ δὲ Κασσωπίαν Μολοττοί εἰσιν ἔθνος. Οἰκοῦσι δὲ οὗτοι κατὰ κώμας· καθήκουσι δὲ κατὰ μικρὸν ἐνταῦθα [3] ἐπὶ τὴν θάλατταν, εἰς μεσόγειαν δὲ πολλή. Παράπλους δ' ἐστὶ τῆς Μολοττίας χώρας στάδια μ'.

ΑΜΒΡΑΚΙΑ.

Μετὰ δὲ Μολοττίαν Αμβρακία πόλις Ελληνίς. Απέχει δὲ αὕτη ἀπὸ θαλάττης στάδια π'. Εστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττης τεῖχος, καὶ [4] λιμὴν κάλλιστος. Εντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ελλὰς συνεχὴς εἶναι μέχρι Πηνειοῦ ποταμοῦ, καὶ Ομολίου Μαγνητικῆς πόλεως, ἥ ἐστι παρὰ τὸν ποταμόν. Παράπλους δὲ τῆς Αμβρακίας στάδια ρκ'.

ΑΚΑΡΝΑΝΙΑ.

Μετὰ δὲ Αμβρακίαν Ακαρνανία

1 Solus est Scylax, qui eum sinum ita appellaverit. Thucydidi, & omnibus aliis Αμπρακικὸς dicitur: nec credendum est Caryandensi contra Atheniensem. *Palmer.* in Gr. Antiq. l. 2. c. 4. p. 263. 2 Longitudinem à mari habet trecentorum stadiorum, ex mente Polybii, l. 4. cujus mihi potior videtur auctoritas, qui Græcus fuit ex Achaia, Epiro vicina. *Palmer.* in Gr. antiq. l. 2. c. 7. p. 316. 3 Scylacis auctoritati minime adsentiendum esse existimat *Palmer.* in Gr. antiq. l. 2. c. 8. p. 322. 4 De eo portu cum Scylace consentit Strabo. Sed videtur pugnare Lucanus, qui l. 5. dixit: *Oraque maligni Ambraciæ portus.* Quod dissidium ut solvatur, intelligo illum Ambraciæ portum magnum & securum fuisse, sed difficilis accessus & maligni. *Palmer.* in Gr. antiq. l. 2. c. 7. p. 315.

ἐστὶ

1 *Al.* ἐπιλαβοῦσα. 2 *Al.* ἀλίσκονται. 3 Paulo aliter rem narrat *Diod. Sic.* l. 3. p. 174. 4 *Diodor.* Ταύρων ἀκρωτηρίων. 5 *Al.* μεταλαμβάνει. 6 *Diodor.* κατὰ πρὸς ὥραν δευτέραν, ad alterum vertentis anni tempus. 7 Ἔτι δὲ καταρρεῖται τὰς πηγὰς, *Steph.* 8 Ψεβαίων, *Steph.* Ψεβὼ memoratur *Straboni* & *Stephano* 9 Ἀνιστορήτων, *Steph.*

κριῶν ἰδέας ἐχόντων. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε, ἡ μὲν θάλαττα, βαθεῖά τε καὶ [1] πλώιμος· κήτη δὲ ἔχει τηλικαῦτα, ὥστε ἀγωνιᾶν τὸν [2] ἰδόντα. οὐ μήν τοιγε διαπεφώνηκεν οὐδεὶς, πλὴν τῶν περιπεπλωκότων [3] ἀκουσίως τῆς λογίας, διὰ τὴν τῶν εἰρημένων ἄγνοιαν. καὶ γὰρ οὐδὲ διώκειν δύναται θρασύτερον τοὺς πλέοντας, τῶν ὀμμάτων ταῖς θινείοις ἀμαυρουμένων, ὅταν ἐκ τῆς θαλάττης τὰ πρόσωπα ἀναφήνωσιν.

Ὅτι τοῦ [4] Φοινικῶνος τὰ μὲν ἄνωθεν ὁρώμενα, πέτραις ὕψεσι ποικίλαις κατέχεται· καὶ τοῖς δὲ πρὸς θάλασσαν δίηκουσιν ἠιὼν ὑπόκειται στενή τε καὶ μακρά. τῇ δὲ εἰρημένῃ παραλίᾳ συνάπτει μὲν τόπος, ὃν προσηγόρευσαν [5] Νῆσσαν, ἀπὸ τῆς τῶν ζώων πολυπληθείας. αὕτη δὲ ἡ Νῆσσα κεῖται μὲν ἐγγὺς ἀκρωτηρίου καθ' ὑπερβολὴν ὑλώδους, διατείνει δὲ ἐπ' εὐθείας θεωρουμένη πρός τε τὴν Πέτραν καλουμένην καὶ τὴν Παλαιστίνην. εἰς ἣν Γερραῖοι καὶ [6] Μιναῖοι, καὶ πάντες οἱ πλησίον ἔχοντες τὰς οἰκήσεις Ἄραβες, τόν τε λιβανωτὸν, ὥς λόγος, καὶ τὰ φορτία τὰ πρὸς εὐωδίαν ἀνήκοντα, ἀπὸ τῆς χώρας τῆς ἄνω κατάγουσιν.

Ὅτι μετὰ τὸν καλούμενον [7] Λαιανίτην κόλπον, ὃν Ἄραβες περιοικοῦσιν,

frequentantur. Mare exinde profundum est & navigabile, ubi tantæ vastitatis sunt cete, ut horrorem incutiant videnti. Nautas tamen haud vexant, nisi si qui inviti in vertices incurrunt imperitia locorum. Non enim consectari possunt audacius navigantes, cum obtusa oculorum sit acies è mari eminentibus.

Phœniconis illic superiora, quæ oculis se offerunt, obtinentur à petris celsitudine variis. Porrectis autem ad mare littus subjectum est angustum & longum. Mare illud attingit locus, quem Nessam (Anaten) ab animalis hujus multitudine nuncupant.. Jacet hæc juxta promontorium apprime sylvosum, & si directe spectetur; ad Petram (hujus nominis locum) & Palæstinam usque expanditur. In hanc Gerrhæi & Minæi, & omnes in propinquo Arabes, thus (ut ferunt) & rerum fragrantium sarcinas è superiori provincia deportant.

Post Læanitem (ut vocant) sinum, quem circumhabitant Ara-

1 Πλώϊμος, *Steph.* 2 Ὁρῶντα, *Cod. Max. Margunii.* 3 Ἀκυστίας, M. M. Ἀκυστίας αὐτοὺς τῆς λοφίας, in arrectas dorsi pinnas. *Diodor.* 4 Puto illam esse Φοινικῶνα quam ab antiquo incoluisse Saracenos refert *Procopius*: Vide *Diodorum*, l. 3. p. 175. *Salmasii* Exercit. Plin. p. 346. *Bocharti* Geogr. sacr. l. 2. c. 22 & *Holsten.* ad Ortel. p. 152. 5 Nessam memorat *Plinius* l. 6. p. 729. Sed diversam esse ab hac existimat *Cl. Harduinus*: cum oppidum sit mediterraneum; à quo ipsa forte ora nomen acceperit. 6 *Al.* [illegible]. Vide *Diod. Sic.* l. 3. p. 176. & *Berkelium* ad *Steph.* voce Μιναῖοι. 7 Aliis κόλπος Ελανίτης dicitur. Vide *Salmasii* Exercit. Plin. p. 345.

bes, Bythemanenſium terra exſiſtit, ſpacioſa & plana, totaque irrigua & profunda. Gramine tantum, & medica, atque loto ad viri ſtaturam aſſurgente, omnis ei fructus definitur, nec præterea quicquam agricolatur. Ideoque multæ in ea cameli agreſtes, multæ cervorum & dorcadum catervæ, multi etiam ovium greges, & infinita mulorum atque boum armenta. His autem ſortis beatæ commodis infortunium hoc annexum eſt, ut leonum luporumque & pardalium copiam tellus producat. Quod igitur regioni felicitatem efficit, habitatoribus cauſa eſt infelicitatis.

A proximis inde littoribus ſinus eſt, ad regionis illius interiora devergens, qui profunditate ad minimum D ſtadiorum deprehenditur. Intra complexum hujus qui habitant, Batmizomanenſium habent nomen, beſtiarum terreſtrium venatores. Hanc terram tres ſequuntur inſulæ, pluribus obviæ portubus. Prima Iſidi ſacra: altera Succaba: tertia Salydo nominatur. Deſertæ omnes, & olivis umbroſæ: non ejuſmodi quales apud nos, ſed quales natura loci patitur.

Poſt expoſitas jam inſulas, littus patet lapidoſum & ma-

ἡ [1] Βυθημανέων ἐστὶ γῆ, πολλή τε καὶ πεδιάς, καὶ πᾶσα κατάρρυτος καὶ βαθεῖα· ἀγρώστει δὲ μόνον καὶ μηδικῇ καὶ λωτῷ βάθος ἀνδρομήκεις ἔχοντι πᾶς ὁ καρπὸς αὐτῇ περιγράφεται· ἕτερον γὰρ γεωργεῖ οὐδέν. διὸ πολλαὶ μὲν ἐν αὐτῇ ἄγριαι κάμηλοι, πολλαὶ δὲ ἐλάφων καὶ δορκάδων ἀγέλαι, συχναὶ δὲ ποίμναι προβάτων, καὶ ἀμύθητος ἀριθμὸς ἡμιόνων καὶ βοῶν. τούτοις δὲ τοῖς [2] εὐκληρήμασιν ἀντικείμενον παραπέπλεκται κακόν· λεόντων γὰρ καὶ λύκων καὶ παρδάλεων συναναφέρει πλῆθος ἡ γῆ, ὡς εἶναι τὸ τῆς χώρας ἐπίτευγμα τοῖς οἰκηταῖς αἴτιον ἀτυχίας.

Ἀπὸ δὲ τῶν ἐφεξῆς αἰγιαλῶν κόλπος ἐστί, νενευκὼς μὲν εἰς τὸν μυχὸν τῆς χώρας, οὐκ ἔλαττον δὲ σταδίων πεντακοσίων ὑποδείκνυσι τὸ βάθος. οἱ δὲ τὴν ἐντὸς τοῦ κόλπου κατοικοῦντες, καλοῦνται μὲν [3] Βατμιζομανεῖς εἰσὶ δὲ κυνηγοὶ τῶν [4] τε χερσαίων ζώων. τὴν δ᾽ εἰρημένην χώραν νῆσοι τρεῖς ἐκδέχονται, λιμένας ποιοῦσαι πλείους· ὧν τὴν πρώτην, Ἴσιδος ἱερὰν ὠνόμασαν· τὴν δὲ δευτέραν, [5] Σουκαβύαν· τὴν δὲ τρίτην, Σαλυδώ. ἐρήμους δὲ πάσας καὶ συσκίους ἐλαίαις, οὐ τῶν παρ᾽ ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις φυομένων.

Μετὰ δὲ τὰς νήσους τὰς ἐκκειμένας ἐστὶν ἰδεῖν αἰγιαλὸν λιθώδη καὶ

1 Βυθημανέων, *Steph.* Θημανέων malit *Bochartus*, lib. 3. de Animal. ſacr. c. 12. p. 825. 2 *Al.* ἐγκλήμασιν. 3 Βατμιζομανεῖς, (non Βυθημανεῖς ut exiſtimavit *Rhodomannus*) iidem ſunt, qui *Diodoro* dicuntur Κιζομανεῖς, in margine Βιζομανεῖς. Vide lib. 3. pag. 177. 4 Deeſt τε, *Steph.* 5 *Al.* Σούκαβαν & Σούκκαβαν.

μακρὸν

μερόν. ἡ δὲ χώρα, [1] Θαμουδηνῶν Ἀράβων· ὁ δὲ παρὰ ταύτην παράπλους, [2] ἐπὶ σταδίους τῶν χιλίων πλείους, ἁπάντων χαλεπώτατος. [3] οὐ γάρ ἐστιν οὐ λιμὴν εὔορμος, οὐ σάλος ἐπ' ἀγκύρας, οὐ κόλπος [4] ἐπισκεπής, οὐ χηλῆς ἐντύπωμα, ἀναγκαία καταφυγὴ τῶν [5] ναυτιλλομένων δεχόμενον. μετὰ ταῦτα δὲ οὐκ εὐθὺς ἐφεξῆς, ἀλλὰ μεθ' ἕτερά τινα, ἐστὶν αἰγιαλὸς εἰς ὑπερβολὴν κάθυδρος ἐκλεινόμενος, καὶ προσηγορευμένον [6] Λαιμονὄρος, ἀμύθητον μὲν ἀναφαῖνον τὸ περιμέτρου μέγεθος, παντοίας δὲ ὕλης δρυμοῖς διεζωσμένον.

gnum. Terra eſt Arabum Thamudinorum, propter quam navigantibus iter eſt, ultra CIↃ ſtadia, omnium moleſtiſſimum. Non enim portus ibi eſt, acceſſui & ſtationi commodus; non ſolum ancoris opportunum; non portus ad protectionem; non ungulæ veſtigium, quo ceu neceſſario nauta perfugio recipiatur. Poſt hæc, non continenter, ſed per intervalla, littus extenditur valde aquoſum: & mons Læmus inexplicabilem circuitus magnitudinem oſtentans, & arborum omnis generis ſaltubus amictus.

Περὶ ἔθνους τῶν Δεδεβῶν.

Ὅτι τὴν ἀσυγείτονα τῆς ὀρεινῆς χέρσου [7] Δεδέβαι κατοικοῦσιν· οἱ μὲν νομάδες, οἱ δὲ γεωργοί. ὧν κατὰ μέσην τὴν χώραν ποταμὸς διαφέρεται τριμερὴς μὲν τῇ φύσει, ψῆγμα δὲ χρυσοῦ καταφέρων, οὕτω σύνδηλον τὴν δαψίλειαν ἔχων, ὥστε τὴν ἰλὺν τὴν πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς συνηγμένην, πόρρωθεν ἀποστίλβειν. οἱ δὲ τὸν τόπον οἰκοῦντες, τῆς μὲν ἐργασίας εἰσὶ τῆς τοιαύτης ἄπειροι, φιλόξενοι δὲ εἰς ὑπερβολήν, οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ Πελοποννήσου διαβάλλουσι καὶ Βοιωτίας, [8] διά τινα μυθικὴν ἀφ' Ἡρακλέους ἱστορίαν.

De gente Dedebarum.

Finitima deſertis his montanis Dedebæ incolunt, partim armentarii, partim agricolæ: quorum per mediam regionem amnis labitur natura tripartitus, & ramenta auri defert, tam conſpicua ubertate, ut limus ad oſtia coacervatus procul inde rutilet. Loci poſſeſſores ignari ſunt id genus operationis, ſed eximie hoſpitales, non quidem erga homines univerſos, ſed eos præcipue, qui ex Peloponneſo & Bœotia illac trajiciunt: propter fabuloſam quandam ab Hercule inde uſque narrationem.

1 Θαμυδηνῶν *Ptolemæo, Diodoro, & Stephano.* 2 *Diodor.* ἐπὶ σταδίους ὡς χιλίους. 3 Hic locis verba aliqua è margine in textum irrepſiſſe ſuſpicor. 4 Ἐπίσκεπτος, *Steph.* 5 Ναυτίλων, *Steph.* 6 Λαμὸν ὄρος, *Steph.* Vide *Diod. Sic.* l. 3. p. 177. 7 Δέβαι *Diodor. Sic.* p. 178. Ita dicti, quia *deheb* Arabicè eſt aurum. Vide *Bocharti* Geogr. S. l. 2. c. 27. 8 *Diodor.* διά τινα παλαιὰν ἀφ' Ἡρακλέους οἰκειότητα πρὸς τὸ ἔθνος, ἣν μυθικῶς ἑαυτοὺς παρειληφέναι παρὰ τῶν προγόνων ἱστοροῦσι.

His

His contermini ſunt Alilæi & Caſandrini, qui terram obtinent ſuperioribus nequaquam ſimilem. Nec enim frigidus eſt hîc aër, nec ſiccus, nec fervidus, ſed mollem & ſpiſſam refert nubem, à qua tempeſtive exſiſtunt etiam in æſtate hyemes. Pleraque regionis feraciſſima ſunt, ſed non ubique cultu ſuo adficitur, ob imperitiam cæterorum. Aurum ſane in cruſtoſis terræ illius cuniculis ad magnam inveniunt copiam, non quale adhibita ſcientia & arte colliqueſcit è ramentis, ſed ſponte natum, quod Apyron Græci, ab eventu denominant. cujus portio minima non minor eſt olivæ oſſiculo, media granum meſpili adæquat, maxima cum nucibus regiis comparari meretur. Hoc perforatum inter lapillos pellucidos alternatim, circa radices manuum geſtant & colla. Et ad finitimos tranſlatum vili precio vendunt. Cum triplo enim ære aurum commutant: & pro ferro duplum reddunt, & argentum auri decuplum valet. Modus enim æſtimationis comparatur ad rationem abundantiæ & raritatis. Quibus in rebus

Τούτων ἀσυγείτονές εἰσιν Ἀλιλαῖοι καὶ [1] Κασανδρεῖς· κέκτηνται δὲ γῆν οὐδαμῶς ἐοικυῖαν ταῖς προειρημέναις. οὔτε γὰρ ἐψυγμένος ὁ ἀὴρ, οὔτε ξηρός, οὔτε ἔμπυρος, μαλακὴν δὲ καὶ δασεῖαν νεφέλην ἀποδεικνύων ἀφ' ἧς [2] ὑετὸς καὶ χειμῶνες γίνονται καὶ θέρους εὔκαιροι. τῆς τε χώρας ἡ πλείστη πάμφορος μέν ἐστιν· οὐ πᾶσα δὲ τυγχάνει θεραπείας, [3] τῶν ἄλλων ἀπειροτέρων ὄντων. τὸν μέντοι χρυσὸν ὀρύσσοντες ἐν τοῖς πλακώδεσι τῆς χώρας ὑπονόμοις ἀνευρίσκουσι πολύν· οὐ τὸν συντηκόμενον μετ' ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐκ τῶν ψήγματος, ἀλλὰ τὸ αὐτόματον· καλούμενον δὲ, διὰ τὸ συμβαῖνον, παρ' Ἕλλησιν, [4] ἄπυρον. οὗ τὸ μὲν ἐλάχιστον ἔχει μέγεθος πυρῆνος, τὸ δὲ μέσον, μεσπίλου· τὸ δὲ μέγιστον, ὥστε βασιλικοῖς παραβάλλεσθαι καρύοις. ὃν τρήσαντες ἐναλλὰξ διαφανέσι λίθοις, περί τε τοὺς [5] καρποὺς φοροῦσι τῶν χειρῶν, καὶ περὶ τοὺς αὐχένας. πρός τε τοὺς ἀσυγείτονας μεταδόντες, πωλοῦσιν εὐτελῶς. [6] τὸν μὲν γὰρ χαλκὸν πρὸς τὸν χρυσὸν, τρίσταθμον ἀλλάττονται· τὸν δὲ σίδηρον, πρὸς διπλοῦν χρυσίον· ὁ δὲ ἄργυρος τῶν χρυσοῦ δέκα δύναται μοίρας, τῇ δυσφιλείᾳ καὶ σπάνει τῆς ἀξίας παραμετρ-

1 *Diodoro* Γαταρδῖαι, *Stephano ex Marciano* Κασσανῖται. Vide *Bocharti* Geogr. ſacr. l. 2. c 19 2 Vocabulum ὑετὸς deeſt in *Cod. Steph.* Sic *Diodor.* νιφετοὺς γεννᾷ καὶ χειμῶνας εὐκαίρους, καὶ ποιοῦντες τὴν θερινὴν ὥραν εὔκρατον. Sic vertit *Brettus*, quæ ſubinde irrorant, hyemem, æſtatemque reddunt temperatam. 3 Lege ex *Diodor.* τῶν ἁλιέων: quaſi diceres ideo terram negligi, quia incolæ ſunt piſcatores, rerum omnium imperiti. *Bochart.* in Geogr. ſ. l. 2. c. 27. 4 *Artemidorus* apud Strabonem explicat, βωλάρια χρυσοῦ καθάρσεως οὐ πολλῆς δεόμενα. Vide *Bochart* Geogr. ſ. l. 2. c. 27. & *Salmaſii* Exercit. Plin. p. 757. 5 Καρπὸς proprie dicitur junctura illa qua brachium cum manu committitur. 6 Locum ſic vertit *Bochartus* in Geogr. ſacr. l. 2. c. 27. *æri enim triplum & ferro duplum auri rependunt; argentum autem decuplum auri valet.*

μήνως,

ἀγῶνος. ἐν οἷς ἀποβλέπει πᾶς ὁ βίος οὐ πρὸς τὴν φύσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν χρείαν. τούτων δὲ τῶν ἀνδρῶν συνεχεῖς [1] Κάρβαι κατέχουσι τὴν ἤπειρον ἐκδεχομένην λιμένος ἀγχιβαθοῦς, ἐν ᾧ κρῆναι πλείους ἀναβάλλουσιν.

Ἐφεξῆς δὲ τὸ τῶν Σαβαίων ἐπισυνάπτει γένος, μέγιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν, καὶ παντοίας κύριον εὐδαιμονίας. καὶ γὰρ ἡ γῆ πάντα φέρει τὰ παρ' ἡμῖν νομιζόμενα πρὸς τὸν βίον· καὶ τὰ σώματα ἐστι τῶν κατοικούντων ἀξιολογώτερα. βοσκημάτων κεχορήγηνται πλήθεσιν ἀμυθήτοις. ὀσμή τε πᾶσαν ἐπέχει τὴν παραλίαν, θέας τε καὶ λόγου κρείττω τέρψιν τοῖς ἀφικνουμένοις κατασκευάζουσα. παρὰ μὲν γὰρ αὐτὴν [2] πέφυκε τὴν θάλασσαν τό, τε βάλσαμον πολὺ καὶ [3] κασία, [4] καί τις ἄλλη πρόσφατος μὲν, ἡδίστην δὲ ἔχουσα τὴν τῶν ὀμμάτων τέρψιν· ἐν δὲ τῷ χρονίζειν, γινομένη συντόμως ἐξίτηλος· ὥστε πρότερον ἀπομαραίνεσθαι τὴν φυτοῦ τὴν χρείαν, ἢ πρὸς ἡμᾶς παραπέμπεσθαι τὴν γένους τὴν δύναμιν. ἐπὶ δὲ τὴν μεσογείαν, δρυμοὶ συνεχεῖς στείχουσι καὶ μεγάλοι. [5] δένδρα γὰρ ἠλίβατα σμύρνης τε καὶ λιβανωτοῦ, πρὸς δὲ καὶ κινναμώμου, φοίνικός τε καὶ καλάμου, καὶ τῶν ἄλλων ἀνεῖται τῶν τοιούτων· ὥστε τῷ μηδενὶ λόγῳ τὸ πρᾶγμα δηλωτὸν, ὃ συμβαίνει τοῖς περὶ τὰς αἰσθήσεις εἰληχόσι τὴν γένους τὴν δοκιμασίαν.

tota hominum vita non tam ad naturam rei, quam usus necessitatem respicit. His porro mortalibus contigui habitant Carbæ in continente, quam portus excipit vicinus, in quo plurimi erumpunt fontes.

Sabæorum deinceps gens adhæret per Arabiam omnium maxima, & nullius non generis felicitatem in potestate & arbitrio habens. Namque tellus omnia fert quæ ad commoda vitæ apud nos proveniunt: & corpora sunt spectabiliora, quam alibi: pecorum multitudo innumerabilis suppetit: amœnitas & fragrantia totam hanc oram obtinens, voluptatem præbet advenis visu & dictu majorem. Nam ad ipsas littorum crepidines largum nascitur balsamum & casia: longe alia quam alibi habetur, recens nimirum: ideoque jucundissimam oculis voluptatem exhibens, quæ postea longinquitate temporis prorsus exolescit, dum stirpis usus hebetatur, priusquam vis ejus ad nos transmittatur. In mediterraneis frequentes & magnæ se attollunt sylvæ. Nam arbores præcelsæ, myrrhæ ac thuris, necnon cinnamomi, & palmæ, & calami, & id genus aliorum, exsurgunt. Adeo ut nulla ratione explicari queat voluptas illorum qui sensibus suis periculum de his fecerunt.

1 Forsan Κάρβαι cum *Diodoro Sic.* 2 *Al.* πέφυκε. 3 Κασσία, *Steph.* 4 *Diod. Sic.* p. 179. καὶ ποία τις ἄλλη ἰδιάζουσαν φύσιν ἔχουσα· αὕτη δὲ πρόσφατος μὲν οὖσα, ἥδιστος ὄμμασι προσηνεστάτην παρεῖχε τέρψιν 5 *Al.* δένδρη Mirum τὰ δένδρα λιβανωτοῦ, Agatharchidi ἠλίβατα dici: quæ alii μεγέθει μικρὰ & οὐχ ὑψηλὰ esse adfirmant. Vide *Salmasii* Exercit. Plin. p. 355.

Non

Non enim in cellas abditus & exoletus aromatum illis fructus est, nec à materia procreante & nutriente separatus, sed à divina illa maturitate adhuc florens, & à familiari proprioque & genuino vigore vim illam admirabilem emittens, usque adeo, ut multi in oblivionem mortalis delati felicitatis, de ambrosia se percipere nonnihil opinentur, dum res nomen ad summam prædicationem idoneum & par sibi quærit. In saltibus rerum odoratarum serpentis genus omnium insolentissimum, quasi fortuna tam largis terræ commodis invideat, & bono attexat nocumentum, *ne quis ad finem usque flagitiis perpetrandis indulgeat, & bonis prospere fluentibus animo efferatur superbo, numenque aspernetur; quin potius adversorum collatione & memoria vitam modestius agat. Genus id serpentis colore est puniceo, & longitudine spithamæ, morsuque insanabili, quando super ilia hominem sauciavit. Plagam enim infert assiliens in altum. Cæterum apud Sabæos stirpium fragrantium odor summus quidem est, sed voluptas minor. Nam quod à puero assiduum est, sensum minus adficit mo-

[1] οὐ γὰρ τὴν τεθησαυρισμένην καὶ παλαιὰν ἔχει τὴν ἀρωμάτων ἀπόλαυσιν, οὐδὲ τὴν ἀπὸ τοῦ γεννῶντος καὶ τρέφοντος ὄγκου διακεχωρισμένην· ἀλλὰ τὴν ἀνθοῦσαν ἀπὸ τῆς θείας ἀκμῆς, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς οἰκείων καὶ φυσικῶν τὸ θαυμαζόμενον ἀποπέμπουσαν· ὥστε πολλοὺς εἰς λήθην ἀφικομένους τῶν θνητῶν ἀτυχημάτων, τῆς ἀμβροσίας ὑπονοεῖν ἀπολαμβάνειν, [2] ὄνομα τοῦ πράγματος ἐπιζητοῦντος οἰκεῖον τῆς ὑπερβολῆς. περὶ δὲ τοὺς δρυμοὺς τῶν εὐωδῶν, γένος ἐστὶν ὄφεων [3] ἰδιώτατον πάντων, ὡς ἂν εἰ φθονούσης τοῖς ἁδροῖς ἐπιτεύγμασι τῆς τύχης, καὶ παραπλεκούσης τἀγαθῷ τὸ βλαβερόν· ὅπως μηδεὶς εἰς τέλος ἐξυβρίζων πτανῶδες, καὶ καταγνωκὼς τοῦ θείου, τὸ φρόνημα λαμβάνῃ τῶν ἀγαθῶν εὐτυχούντων· παιδεύονται δὲ τῇ παραθέσει καὶ μνήμῃ τῶν ἐναντίων. τὸ δὲ γένος τῶν ὄφεων, χρῶμα μὲν ἔχει φοινικοῦν, μῆκος δὲ ὅσον σπιθαμῆς· δῆγμα δὲ ἀνίατον, ἂν τῆς λαγόνος ἀνώτερον αἱμάξῃ· τὴν πληγὴν δὲ δίδωσι [4] παλλόμενον εἰς ὕψος. παρ' αὐτοῖς δὲ τοῖς Σαβαίοις ἡ μὲν ὀσμὴ τῆς εὐωδίας ἀκροτάτη· ἡ δὲ χάρις, ἐλλιπής. τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς ἐκ νηπίου καὶ μὲν τὴν αἴσθησιν ἧττον, ἀμβλυτέ-

1 *Diodor.* οὐ γὰρ ὥσπερ παρ' ἡμῖν ἀποκειμένην καὶ παλαιὰν ἔχει τὴν τῶν ἀρωμάτων φύσιν 2 *Diodor.* διὰ τὸ τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐωδίας μηδεμίαν ἑτέραν εὑρίσκειν προσηγορίαν οἰκείαν. Locum sic vertit *Brettus*: re ipsa nomen sua excellentia dignum efflagitante. 3 Scribe cum *Bocharto* ἰωδέστατον πάντων *omnium venenosissimum*. 4 Παλλόμενον ferri potest: tamen ἁλλόμενον constanter scribitur ab *Artemidoro* apud *Strab* l. 16 & *Diodoro Sic.* l. 3. p. 180. *Bochart.* * Sic vertit *Brettus*: ne quis dehinc Tinnum in morem insolescat, &c.

δὲ κατασκευάζει, μεταβολῆς τοῖς βίοις οὐχ ὑποκειμένης. οὐ μὴν ἀλλὰ κἀπειδὰν οὐ δύνανται τὴν ζωὴν παιδαγωγεῖν παραπλησίως εὐσταθῆ, διαπνεομένου τοῦ σώματος ὑπ' ἀκράτου καὶ τμητικῆς δυνάμεως, καὶ τὴν σύμμετρον πύκνωσιν [1] ἐπὶ πλεῖον ἀγούσης, ὥστε ἄγειν εἰς ἔκλυσιν ἐσχάτην· [2] τότε δὴ ἀσφάλτου παρυμιῶντες βραχὺ καὶ τράγου πώγωνα, τοῖς τοιούτοις ἀφαιροῦνται τὴν ἄγαν εὐωδίαν τῆς [3] ἐπιφορᾶς ὑπερβολήν· καὶ τῇ μίξει τοῦ δοκοῦντος λυπεῖν τὸ τῆς ἡδονῆς βλαβερὸν ὑποκαταστέλλουσιν. οὕτως ἅπαν ἐπίτευγμα μεσότητι μὲν καὶ τάξει κυβερνώμενον, παραπέμπει τὸν βίον· συμμετρίας δὲ καὶ καιροῦ στερηθὲν, οὐκ ἔχει τὴν κτῆσιν ἀνυπόφορον. τὸ δὲ τῶν Σαβαίων ἄστυ τοῦ παντὸς ἔθνους προσηγορίαν δηλοῦν, ἐπ' ὄρους ἐστὶν οὐ μεγάλου, πολὺ κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν, ὃ καλεῖται [4] Σαβάς. ὁ δὲ βασιλεύων τοῦ παντὸς ἔθνους, προεδρίαν ἔχει παρὰ τῶν λαῶν τῇ μὲν ἔντιμον, τῇ δὲ ἀκληροτάτην· ἔντιμον μὲν, ὅτι πολλοῖς ἐπιτάττει, κατὰ κρίσιν ἀνυπεύθυνον ὃ βούλεται πράττων· ἄκληρον δὲ, ὅτι παραλαβὼν τὴν ἐπιμέλειαν, οὐ δύναται πάλιν ἐκ τῶν βασιλείων ἐξελθεῖν. εἰ δὲ μή,

verque, imo obtusiorem reddit, nulla vitæ commutatione adjuncta. Veruntamen cum non ita informare ac regere vitam possint, ut in bono semper statu permaneant: (immixtus enim spiritus facultate incisoria corpus perflat, & constipationem ejus moderatam sic in plura diducit, ut ad extremam tandem laxationem redigatur) huic vitio ut medeantur, pauxillum bituminis & hirci barbam ægrotis succendunt. Atque ita nimium fragrantiæ perpetuo adspirantis excessum amoliuntur; & quod voluptati noxium est, attemperatione ejus quod molestum huic esse videtur, reprimunt. Adeo omnis felicitas, si mediocritate & bono ordine gubernatur, vitam optime transmittit: at si moderatione & opportunitate destituitur, inutilis ejus possessio. Saba oppidum, totius gentis appellationem indicans, monti incumbit non magno, omnium in Arabiâ pulcherrimum. Rex toti genti imperans, prærogativam habet in consessu à populo scitam, qua honore suo præditam, qua muneris omnino expertem. Honore enim regem dignantur, quod multis imperitat, & libero quæ decernit arbitrio agit, nulli subjectus censuræ: exsors vero est, & quolibet privato inferior, quod, accepta regni cura, regale egredi palatium ei nefas. Secus

1 Ἐπιπλεονάζουσης legendum existimat *Salmasius* in Exercit. Plin. p. 382. 2 Τότε δὴ *Steph.* 3 Forsan ἀποφορᾶς. Vide *Salmas.* p. 383. 4 *Al.* Σάβας & Σάββας. Forte cum *Diodoro* legendum Σάβα. Vide *Salmasii* Exercit. Plin. p. 348, 353. & *Bochartum* in Geogr. S. l. 2. c. 26.

si fiat, lapidibus à populo obruitur. Ita enim antiquum jubet oraculum. Honorum igitur eminentia illic nociva. E virorum numero ad hoc destinati, ut domum servent, exiguo fortius se gerunt quam feminæ. Continuo namque otio in feminas degenerant. Cæteri & rebus bellicis dant operam, & totam regionem opere exercent, & colonias deducunt. Majorum enim schediarum his est usus. Vehunt cum alia, tum fructum odoratum maxime, in ulteriore terra natum: Arabice Larimna dicitur. Maxima inter cætera thymiamata fragrantia præditus est: quorum genus infirmitatem corporis plerumque vincere perhibetur. Porro cum nulla solum hoc alia ferat ligna ad usus quotidianos, cinnamomum & cassiam urere, & ad cæteros vitæ usus explicare, necesse habent. Quam inæqualiter bona sua divina sors distribuit! His rerum appetendarum vix paucitatem concedit: illis redundantiam largitur. Sabæorum non pauci coriaceis utuntur naviculis, docente hunc eos usum refluxu maris, quamvis in luxu & deliciis viventes. Nulla enim Sabæis opulentior esse & Gerrhæis hominum natio videtur: qui quicquid sub calculum transportationis cadit, ex Asia & Europa, dispensant. Hi auri ditissimam Ptolemæi Syriam fece-

λιθόλευστος ὑπὸ πάντων γίνεται κατὰ χρησμὸν ἀρχαῖον· ὥστε εἶναι τὴν ὑπεροχὴν βλαβεράν. Τῶν δὲ ἀνδρῶν οἱ μὲν καταγινόμενοι (πρὸς τὸ οἴκοι ἐνδιατρίβειν) βραχύ τι τοῦ θήλεος γένους ἀλκιμώτερον ἄγουσιν, ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ἀπογυναικούμενοι ῥᾳστώνης· οἱ δὲ ἄλλοι τά τε πρὸς πόλεμον μελετῶσι, καὶ τὴν χώραν ἅπασαν ἐργάζονται, καὶ στέλλουσιν ἀποικίας, ταῖς μείζοσι χρώμενοι σχεδίαις. κομίζουσι δὲ ἄλλα τε, καὶ μάλιστα τὸν εὐώδη καρπὸν, τὸν ἐν τῇ πέραν φυόμενον· Αραβιστὶ δὲ λέγεται Λαρίμναν, μεγίστην ἔχων τῶν ἄλλων [1] θυμιαμάτων εὐωδίαν· ὧν κρατεῖν λέγεται γένος ἀῤῥωστίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σωματικῆς. οὐδεμίαν δὲ τῆς γῆς ἄλλην ὕλην φερούσης, ἀναγκάζονται πρὸς τὰ καθ' ἡμέραν τὸ κιννάμωμον καὶ τὴν κασσίαν καίειν, καὶ πρὸς τὰς ὑπολοίπους ἐν τῷ βίῳ χρείας. οὕτως ἀνίσως [2] ἑαυτῆς ἡ τύχη μεμέρικε· τοῖς μὲν σπάνιν τῶν σπουδαίων, τοῖς δὲ πλῆθος δίδωσι. τῶν δὲ Σαβαίων χρῶνται καὶ τοῖς δερματίνοις οὐκ ὀλίγοι πορείοις, διδασκούσης τὴν χρείαν τῆς ἀναπώτιδος, καίπερ ἐν τρυφῇ καταγινομένους. οὐδὲν γὰρ εὐπορώτερον Σαβαίων καὶ [3] Γεῤῥαίων εἶναι δοκεῖ γένος, ἐκτεταμιευμένων [4] πᾶν τὸ πίπτον εἰς διαφορᾶς λόγον ἀπὸ τῆς Ασίας καὶ τῆς Ευρώπης. οὗτοι πολύχρυσον τὴν Πτολεμαίου Συρίαν πε-

1 *Al.* θαυμάτων. 2 Τὰ αὐτῆς, *Steph.* 3 Vide *Bocharti* Geogr. sacr. l. 4. c. 8. 4 Haud recte reddunt Interpretes, malim *quicquid habet pro sumtuoso.* ita ut διαφορὰ sit idem quod διάφορον *impensa.* nam pro *transportatione* nunquam reperi. *Bochart.* Geogr. s. l. 2. c. 26.

ποιήσασιν

ποτήμασιν· ἤτοι τῇ Φοινίκων φιλεργίᾳ κατεσκευάκασι λυσιτελεῖς ἐμπορείας, καὶ μυρία ἄλλα. ἔστι δὲ πολυτέλεια παρ' αὐτοῖς, οὐ μόνον ἐν [1] τορεύμασι θαυμαστοῖς, καὶ ποτηρίων ποικιλίαις, ἐπὶ δὲ κλινῶν καὶ τριπόδων μεγέθεσι, καὶ τῶν ἄλλων, τῶν κατ' οἰκίαν παρ' ἡμῖν ἐκτεινομένων, λαμβάνει τὴν ὑπερβολήν· πολλῶν, ὡς ἔοικε, κεκτημένων χορηγίαν βασιλικήν. κίονας τε πολλοὺς αὐτοῖς (φησὶ) κατεσκευάσθαι ἐπιχρύσους τε καὶ ἀργυροῦς· πρὸς δὲ, καὶ τὰς ὀροφὰς καὶ θύρας φιάλαις λιθοκολλήτοις ἐξειλῆφθαι πυκναῖς· ὡσαύτως καὶ τὰ μεσόστυλα θέαν ἔχειν εὐπρεπῆ· καὶ καθόλου, [2] τοὺς παρὰ τῶν ἄλλων πλούτους ἐκκεῖσθαι τὴν διαφορὰν μεγάλην. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἕως τοῦ καθ' ἡμᾶς παρ' αὐτοῖς [3] ἐπαγγέλλεται βίου. εἰ δὲ μὴ πόῤῥω διεστηκυῖαν τὴν οἴκησιν κατεῖχον τῶν ἐπὶ πάντα τόπον τὰς δυνάμεις [4] τρεφόντων, οἰκονόμοι τῶν ἀλλοτρίων ἂν ὑπῆρχον, οἱ κύριοι τῶν ἰδίων ἄθλων· τῆς ῥᾳθυμίας ἀδυνατούσης τὸ ἐλεύθερον πλείω χρόνον διατηρεῖν.

Παρὰ δὲ τὴν χώραν ταύτην, ἡ μὲν θάλαττα λευκὴ φαίνεται ποταμῷ ἐμφερὴς, ὥστε παραπλήττεσθαι τὴν γινομένην τὴν αἰτίαν. νῆσοι δὲ εὐδαίμονες παράκεινται· ἐν αἷς βοσκήματα

runt. Hi ſedulitati Phœnicum lucroſiſſimas negotiationes dederunt, ut ſexcenta alia prætereamː Magnos impendunt ſumtus, non ſolum in toreumata, & ſculpturas admirabiles, & poculorum varietatem; ſed magnificentia illa etiam in lectorum, & tripodum, aliorumque, quæ apud nos per ædes extenduntur, magnitudine ad ſummum gradum adſcendit. Siquidem multi, ut æſtimare eſt, ſumtus faciunt regios. Huc accedit, quod columnæ illis deauratæ & totæ argento conſtant, foreſque & faſtigia domorum crebræ è gemmis & precioſis lapidibus phialæ excipiunt. Conſimiliter etiam meſoſtylia decentiſſimam præbent ſui contemplationem. Quodque caput rei, quicquid apud alios divitiarum eſt, id omne hic magna varietate expoſitum eſt. At enimvero hæc ad noſtram uſque ætatem de illis ita prædicantur. Niſi vero longe ſummotas haberent ſedes ab his qui ad omnem fere locum copias alunt, alienarum curatores opum forent, qui nunc in ſua quaſi præmia dominium retinent. Siquidem ignavia libertatem ad prolixius inde tempus conſervare nequit.

Præter hanc regionem mare conſpicitur album ad fluvii ſpeciem, ita ut effectus hujus cauſam quis non ſine ſtupore demiretur. Adjunctæ autem ſunt inſulæ fortunatæ, in quibus niveo ſunt

1 Al. τορνεύμασι. 2 Forſan, τοῦ παρὰ τῶν ἄλλων πλούτου. 3 Al. ἐπαγγέλλεται. 4 Al. τρεπόντων.

colore pecora universa, nec ulli feminarum cornu adnascitur. In his mercatorias accolarum naves stationem habere videas, plerasque inde profectas, ubi juxta Indum amnem navale instituit Alexander: nec paucas è Perside & Carmania, & tota continente finitima. Cæleſtia etiam illis mirabiliter se habent. Inter quæ est quod circa ursam contingit. Nam à Mæmacterione mense Athenienſium, nulla de septem ejus stellis conspicitur, usque ad vigiliam noctis primam: in Posideone ad secundam usque: & eadem ratione in cæteris mensibus deinceps. Tum de aliis stellis, erraticæ non videntur: nonnullæ autem globos habent majores. Sunt quæ non stata & legitima sibi tempora ad occidendum vindicant, & oriendum. Peculiari etiam & diverso narrant modo solem exhiberi ultra Ptolemaidem. Primo quidem (aiunt) non, ut apud nos, lucem absque sole mane vident, ad tempus mediocre, & tum demum sideris exortum: sed cum tota immersa tenebris nox transiit, continuo sol affulget, nec unquam ibi fit dies, priusquam totum conspexerunt solem. Deinde sol ex medio pelago adscendere videtur. Tertio, offert se carboni ignitissimo persimilis, & grandes projicit scintillas, aliquas in orbem tractus à se illustrati, aliquas etiam longinquius. Quarto, nec Sol

λευκὰ μέν ἐστι πάντα, οὐδενὶ δὲ τῶν θηλειῶν ἐπιφύεται κέρας. ἐν ταύταις τῶν νήσοις ἰδεῖν ἐστιν ὁρμούσας ἐμπορικὰς τῶν περιχώρων σχεδίας, πλείστας μὲν ἐκεῖθεν, οὗ κατεστήσατο παρὰ τὸν Ινδὸν ποταμὸν ὁ Αλέξανδρος [1] ναυσταθμον· οὐκ ὀλίγας δὲ ἀπὸ τῆς Περσίδος καὶ Καρμανίας, καὶ τῆς σύνεγγυς πάσης. ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ κατὰ τὸν οὐρανὸν θαυμασίως ἔχοντα· ὧν ἐστι καὶ τὸ περὶ τὴν ἄρκτον συμβαῖνον. ἀπὸ γὰρ μαιμακτηριῶνος, ὃς ἄγεται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, οὐδεὶς ἀστὴρ τῶν ἑπτὰ [2] φαίνεται μέχρι φυλακῆς πρώτης· ἐν δὲ ποσειδεῶνι, μέχρι δευτέρας· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τῶν μηνῶν, κατὰ λόγον. τῶν δ᾽ ἄλλων ἀστέρων οἱ μὲν πλάνητες, ἀόρατοι· τινὲς δὲ τοῖς ὄγκοις μείζους. οἱ δὲ οὐδὲ κατὰ τοὺς ὑφεστῶτας καιροὺς τὰς δύσεις ποιούμενοι καὶ τὰς ἐπιτολάς. τὴν δὲ ἡλίου τὴν ἔκφασιν ἐν τοῖς ἐπέκεινα Πτολεμαΐδος ἰδίαν λέγουσι καὶ παρηλλαγμένην. πρῶτον μὲν γὰρ οὐ καθάπερ παρ᾽ ἡμῖν φῶς ἀνήλιον ἕωθεν [3] ὁρῶμεν ἐπὶ χρόνον οὐκ ὀλίγον, εἶτα τὴν ἀνατολήν· ἀλλὰ νυκτὸς σκοτίας ὑπαρχούσης, ἐξαίφνης ἀνέλαμψεν ἥλιος. ἡμέρα δὲ οὐδέποτε γίνεται ἐκεῖσε, πρὶν τὸν ἥλιον ἰδεῖν. δεύτερον· ὁ ἥλιος ἀναφερόμενος φαίνεται ἐκ μέσου τοῦ πελάγους. τρίτον ποιεῖ δὲ τοῦτο ἄνθρακι μὲν ὢν τῶν πυρωδεστάτων παρόμοιος, σπινθῆρας δὲ μεγάλους ἀπορρίπτων, τοὺς μὲν εἰς τὸν κύκλῳ τόπον τοῦ φωτίζοντος, τοὺς δὲ εἰς τὸ ἀπωτέρω. τέταρτον· καὶ τὸ χῆμα

1 *Diodoro* Πετάνα dicitur. *Aliis* Πατάλας. 2 *Sc.* τοῖς πλαζομένοις, ut constat ex *Diod. Sic.* l. 3. p. 181. 3 Malim ὁρᾶσθαι.
di

οὐ δισκοειδὲς ἔχειν τὸν ἥλιον, φασίν, ἀλλὰ [1] κίονι παχεῖ τά γε πρῶτα ἐμφερῆ, μικρὸν ἐμβριθέστερον ἔχοντι τὴν ἄκρων φαντασίαν, οἱονεὶ κεφαλήν. πέμπτον· ἔτι τοίνυν οὔτε αὐγὴν, οὔτε ἀκτῖνα ἀπολάμπειν οὐδεμίαν, οὔτε ἐπὶ τὴν γῆν, οὔτε ἐπὶ τὴν θάλατταν, ἕως πρώτης ὥρας· ἀλλ' [2] ἐπὶ σκότει πῦρ ἀλαμπές. δευτέρας δ' ἐνισταμένης τὸ ὅλον ἄστρον ἀναβαῖνον ἀσπιδοειδὲς καθιστάμενον, τοῦ τε χρώματος τὸν τύπον καὶ τὸ φῶς ἐπί τε τὴν γῆν καὶ τὸ πέλαγος βάλλει, οὕτως ἄτοπον καὶ [3] πυρρῶδες, ὥστε ἀμφοῖν νομίζεσθαι παμμεγέθεις τὰς ὑπερβολάς. ἕκτον· εἰς γὰρ τὴν ἑσπέραν ἐναντίον τὸ περὶ τὸν ἥλιον πάθος φασὶν ὁρᾶσθαι. ὑποδείξαντα γὰρ ὅτι δέδυκε κατὰ τῆς γῆς, οὐκ ἐλάττω χρόνον ὡρῶν τριῶν μετὰ ταῦτα φωτίζειν. ὃν καὶ νομίζουσι παρ' αὐτοῖς καιρὸν εἶναι τῆς ἡμέρας τὸν ἥδιστον.

ad disci formam se habet, sed crassam refert columnam principio, cujus à summo species aliquanto plenior, quasi caput, appareat. Quinto, nec jubar, nec radium inde resplendere, tam in mari quam in terra, perhibent, usque ad exitum horæ primæ; sed interim ceu ignem esse non lucidum, caligine involutum. Secunda autem hora, sidus totum adscendere, clypei effigiem repræsentans, & terræ marique lucem immittere, tam insolentem & igneam, ut utriusque immodicam esse magnitudinem existimetur. Sexto, ad occasum contrario affectum modo solem conspici affirmant. Postquam enim demersionem infra terram ostendit, non angustiore deinceps spacio tribus horis, lumen retro mittit. Quod tempus vesperæ jucundissimum apud se esse arbitrantur.

Περὶ ἀμπώτεων.

Ὅτι εἰπὼν περὶ ἀμπώτεων ὁ συγγραφεὺς διαφόρους αἰτίας, καὶ πάσας ὡς οὐδὲν ἐχούσας ἀληθὲς ἀποδοκιμάσας, ἐπάγει· ὅτι δὲ ταῦτα πάντα λαλιὰν μὲν ἔχει σιγᾶν αἰσχυνομένην, πράγματος δὲ οὐδενὸς ἀντείληπται βοήθειαν δυναμένου τοῖς εἰρημένοις παρασχεῖν, εὐχερές ἐστι μαθεῖν. εἶτα [4] προσθεὶς καὶ ἕτερα, τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐχόμενα, πάλιν ἐπιφέρει· διὸ περὶ μὲν ἀμπώτιδος, καὶ σεισμοῦ, καὶ πνευμάτων, καὶ κεραυνῶν,

De maris reciprocationibus.

Hinc postquam varias reciprocationis causas Auctor percensuit, omnesque, ut quæ nihil veri contineant, improbatas rejecit, deinceps infert: Quod hæc nugis constent, & à nullius rei veritate, quæ recitatis opituletur, sint desumta, cognitu facile est. Tum quibusdam aliis in eam sententiam adjectis, iterum subdit. Ideo de recursu maris, terræque motu, ac ventis & fulminibus,

1 *Al.* κιονοπαχεῖ. *Diodor.* l. 3. p. 112, ἀλλὰ κίονι τὸν τύπον ἔχειν ἐμφερῆ. 2 *Al.* ἐπισκοτεῖ & ἐπισκοπεῖ. 3 *Al.* πυρώδεις. 4 *Al.* προστιθείς.

&

& id genus universis, disputationem, quibus videlicet causis exsistant, concedimus aliis, qui ad expediendum ista quam nos sunt paratiores. At affectiones, quibus manifestæ calamitates generantur, exposuimus, à gnaris & intelligentibus acceptas. Verisimiliora autem hisce invenire, ad argumentum quidem insolens, enixe cupimus, sed ad veræ professionem historiæ tale quiddam à nobis admitti non potest.

In freto supra memorato circa olivas novum hoc accidere tradit. Æstu maris exundante omnes operiuntur, marique undas resorbente, omni tempore florent. Nascitur hic quippiam in littoribus profunde se demittens, junco nigro non dissimile, quod Isidis capillum vocant incolæ, fabuloso commento simplicem adstruere fidem conati. Hinc accidit, ut impulsum à fluctu variis agitetur flexibus, cum tota ejus substantia sit mollis, cæterisque in hoc genere virgultis respondeat. At si quis avulsum in lucem efferat subdialem, pars illa ablata, continuo rigescens, durior ferro evadit.

De Æthiope pisce.

Locis quæ recensui, cum alii multi, varioque naturæ discrimine pisces nascuntur, tum quidam offertur immodice niger, ad magnitudinem viri,

καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, τὰς μὲν αἰτίας, δι' ἃς γίνεται, παραχωροῦμεν τοῖς ἑτοιμότερον ἔχουσι πρὸς εὐκολίαν ἡμῶν· τὰ δὲ πάθη, τὰ γεννῶντα τὰς προφανεῖς συμφορὰς, δεδηλώκαμεν, μαθόντες παρὰ τῶν εἰδότων· εὑρίσκειν δὲ πιθανώτερα τούτων, εἰς μὲν ὑπόθεσιν παράδοξον, φιλοτιμούμεθα· ἱστορίαν δὲ ἀπαγγέλλοντες ἀληθινὴν, οὐκ ἂν ὑπομείναιμεν.

Ὅτι ἐν τῷ προειρημένῳ πόρῳ, φησὶ, περὶ τὰς [1] ἐλαίας τοιοῦτόν τι ξένον συμβαίνει. πλημμυρίδος ὑπερχυθείσης, πᾶσαι καλύπτονται· τῆς δ' ἀμπώτεως γενομένης ἐν τῇ θαλάσσῃ, πάντα τὸν χρόνον θάλλουσιν. ἔστι δέ τι φυόμενον αὐτόθι κατὰ βάθος ἐν τῆς ῥαχίας, μέλανι σχοίνῳ παραπλήσιον, ὃ φασὶν οἱ ἐκεῖσε κατοικοῦντες Ἴσιδος εἶναι τείχωμα, μυθώδει πλάσματι πίστιν εὐήθη περιτιθέναι ζητοῦντες. συμβέβηκε δ' αὐτῷ, τυπτομένῳ μὲν ὑπὸ τοῦ κύματος, κάμπτεσθαι πολλαχῶς, ἁπαλῆς οὔσης τῆς ὅλης περιοχῆς, καὶ τοῖς ἄλλοις παραπλησίας φυτοῖς. ἂν δέ τις ἀποκόψας εἰς τὸν ὕπαιθρον ἀναφέρῃ τόπον, σιδήρου παραχρῆμα γίνεται τὸ διῃρημένον σκληρότερον.

Περὶ Αἰθίοπος τοῦ ἰχθύος.

Ὅτι καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ, φησὶν, ἰχθύες περὶ τοὺς προειρημένους τίκτονται τόπους, παρηλλαγμένην ἔχοντες τὴν φύσιν· γίνεται δέ τις ἰχθὺς ὑπερβαλλόντως μέλας, ἀνδρὸς ἔχων μέ-

1 Vide *Bochartum* de Animal. S. part. poster. l. 1 c 5.

γεθος

χῶρος, ὃν καλοῦσιν Αἰθίοπα, διὰ τὸ τὴν τοῦ προσώπου σιμὸν ἔχειν τὸν τύπον. τοῦτο κατ' ἀρχὰς μὲν οἱ θηρεύοντες, διὰ τὴν ὁμοιότητα, οὔτε πωλεῖν ἤξιουν, οὔτε καταναλίσκειν. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ἀμφότερα πράττοντες, οὐδὲν ἁμαρτάνουσιν.

Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν τῶν ἐκκειμένων πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἦν ἐφ' ἡμῖν, ἐν πέντε βιβλίοις ἐπιμελῶς εἰρήκαμεν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν τῷ πελάγει νήσων ὕστερον τεθεωρημένων, καὶ τῶν ἑξῆς ἐθνῶν, καὶ τῶν εὐωδῶν ὅσα φέρειν συμβαίνει τὴν Τρωγλοδύτιν χώραν, ἡμεῖς μὲν παραιτησάμενοι τὴν ἐξήγησιν, ἀργῶν ἀπολελοίπαμεν· οὔτε τοῦ πόνου τῆς ἡλικίας ὁμοίως ὑποφέρειν δυναμένης, πολλῶν ἡμῖν ὑπέρ τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ἀναγεγραμμένων· οὔτε τῶν ὑπομνημάτων, διὰ τὰς κατ' Αἴγυπτον ἀποστάσεις, ἀκριβῆ παραδιδόντων σκέψιν. ὁ δὲ καὶ τοῖς κατὰ μέρος [1] πράγμασιν ἐντετυχηκὼς, καὶ λόγοις κατεσκευασμένος ἱστορίας ἀξίοις, καὶ προαίρεσιν ἔχων δυναμένην δόξαν πόνῳ θηρεύειν, οὐκ ἀφέξεται.

1 Al. περάτιασιν.

cui Æthiopis nomen imponunt, quod simam imagine sua faciem imitatur. Hoc monstrum piscatores initio, propter similitudinem, nec vendendum, nec in cibo absumendum judicabant. Sed temporis progressu utrumque factitantes, nihil peccant.

Jam quæ memorabilia sunt de gentibus ad meridiem summotis, pro facultate nostra, quinque libris accurate sunt exposita. Cætera de insulis in pelago serius repertis & cognitis, populisque ulterioribus, & gratis odoribus, quos Troglodytica edit provincia, commemoratione abdicata, attexere omnino supersedemus: cum ætas laborem perinde sufferre nequeat, multaque de Europa & Asia à nobis sint literis prodita: nec commentarii, propter Ægyptiorum defectiones, disquisitionem exactam tradant. Qui vero & particulatim rebus interfuerit, & verbis historia dignis instructus studium adhibeat, gloriæ per laborem venandæ par & sufficiens, ab hoc se negotio non abstinebit.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΠΟΝΤΟΥ ΕΥΞΕΙΝΟΥ.

ARRIANI

PERIPLUS

PONTI EUXINI.

Interprete Jo. Guilielmo Stuckio Tigurino.

TESTIMONIA.

Stephanus in voce Ἀψίλαι.

ΑΨΙΛΑΙ ἔθνος Σκυθικὸν, γειτνιάζον Λαζοῖς, ὡς Ἀρριανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Εὐξείνου Πόντου.

In voce Τύανα.

ΕΚΑΛΕΙΤΟ δὲ Θόανα, καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν Τύανα, ὡς Ἀρριανός.

In voce Ἀλμιώνη.

ΑΛΜΗΝΗ (ἴσ. Ἀρμιώνη) πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, ὡς Ἀρριανός.

APPIA-

ΑΡΡΙΑΝΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΝ,
ΕΝ Η ΚΑΙ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΠΟΝΤΟΥ.

ARRIANI
EPISTOLA AD ADRIANUM,
IN QUA PERIPLUS PONTI EUXINI.

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Σεβαστῷ Ἀῤῥιανὸς χαίρειν.

[1] ΕΙΣ Τραπεζοῦντα ἥκομεν πόλιν Ἑλληνίδα, ὡς λέγει ὁ [2] Ξενοφῶν ἐκεῖνος, ἐπὶ θαλάττῃ ᾠκισμένην, Σινωπέων ἄποικον. καὶ τὴν μὲν θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου ἄσμενοι κατίδομεν, [3] ὅθεν περ καὶ Ξενοφῶν καὶ σύ. καὶ οἱ βωμοὶ ἀνεστᾶσιν ἤδη λίθου μέντοι γε τοῦ τραχέος· καὶ τὰ γράμματα διὰ τοῦτο οὐκ εὔδηλα κε-

Imperatori Cæsari Trajano Adriano Augusto Arrianus S.

TRAPEZUNTEM pervenimus, urbem, ut Xenophon ille inquit, Græcam, in mari sitam, Sinopensium coloniam. Ac ipsum quidem mare Euxinum summa cum voluptate collustravimus eodem ex loco, unde Xenophon quoque, & tu illud olim fuistis contemplati. Stantque ibi adhuc aræ erectæ quanquam ex aspero ac impolito lapide, quo fit ut literæ illis incisæ minus sint notæ atque

1 Videtur ex abrupto exordiri: nulla neque loci, unde Trapezuntem sit profectus, neque cujusque alterius rei mentione præmissa. *Stuckius.* 2 Xenophontis verba, quæ hîc citantur, hujusmodi sunt, καὶ ἀφίκοντο ἐπὶ θάλατταν, εἰς Τραπεζοῦντα πόλιν Ἑλληνίδα, οἰκουμένην ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, Σινωπέων ἀποικίαν, ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ. Vide l. 4. Ἀναβάσεως, c. 8. §. 17. *Ed. Oxon.* 3 Ὅθενπερ καὶ Ξενοφῶντι καὶ σοὶ οἱ βωμοὶ ἀνεστᾶσιν, *Gesnerus.*

illustres.

illustres. Ipsum quoque epigramma Græcum, ut à Barbaris, mendose vitioseque inscriptum cernitur. Statui igitur & aras albo lapide dedicare, ipsaque epigrammata perspicuis atque illustribus literarum notis insculpere. Nam tua statua, quæ ibi posita est, forma quidem atque figura admodum bella est: manu siquidem extensa mare demonstrat, at vero ipso opere atque artificio nec tui est similis, neque alias multum elegans. Quamobrem aliam fac mittas statuam, nominis tui inscriptione dignam, quæ quidem consimili sit habitu atque forma: regio enim hæc ad memoriæ æternitatem perquam est accommodata. Fanum quoque ibi est affabre admodum artificioseque ex quadrato lapide constructum: at Mercurii simulacrum neque fanum neque locum illum decet. Quocirca si ita tibi videatur, aliud mihi Mercurii simulacrum mittas, quod quidem quinque sit ad summum pedum: tantæ enim magnitudinis videtur mihi fano illi proportione aptum fore & conveniens: atque etiam aliud Philesii, quod quatuor sit pedum. Haud enim mihi à ratione videtur alienum, hunc ejusdem cum progenitore suo aræ templique societate conjungi. Sic enim fiet ut dum alius quidem Mercurio, alius Philesio, alius utrisque sacra faciet, hi pariter atque illi & Mercurio & Philesio simul gratificentur: Mercurio quidem, dum illius nepotem atque prolem; Philesio autem, dum illius progenitorem honore cultuque prosequuntur. Quamobrem ipse quoque

χάρακται. τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἐπίγραμμα καὶ ἡμαρτημένως γέγραπται, οἷα δὴ ὑπὸ βαρβάρων γραφέν. ἔγνωκα οὖν τούς τε βωμοὺς λίθου λευκοῦ ἀναθεῖναι, καὶ τὰ ἐπιγράμματα ἐγχαράξαι εὐσήμοις τοῖς γράμμασιν. ὁ μὲν γὰρ ἀνδριὰς ἕστηκεν ὁ σὸς, τῷ μὲν σχήματι ἡδέως· ἀποδείκνυσι γὰρ τὴν θάλατταν· τὴν δὲ ἐργασίαν οὔτε ὅμοιός σοι, οὔτε ἄλλως καλός. ὥς τε πέμψον ἀνδριάντα, ἄξιον ἐπονομάζεσθαι σὸν, ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ σχήματι· τὸ γὰρ χωρίον ἐπιτηδειότατον εἰς μνήμην αἰώνιον. πεποίηται δὲ καὶ ὁ νεὼς, λίθου τετραγώνου, οὐ φαῦλος· ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἄγαλμα, οὔτε τοῦ νεὼ ἄξιόν ἐστιν, οὔτε αὐτοῦ τοῦ χωρίου. εἰ δέ σοι δοκεῖ, πέμψον μοι πεντάπουν μάλιστα Ἑρμοῦ ἄγαλμα· τηλικοῦτον γάρ μοι δοκεῖ ἔσεσθαι, ὥς γε πρὸς τὸν νεὼν σύμμετρον· καὶ ἄλλο τοῦ Φιλησίου τετράπουν. οὐ γὰρ ἀπὸ τρόπου δοκεῖ μοι σύνναος καὶ σύμβωμος ἔσεσθαι τῷ προπάτορι. καὶ ὁ μέν τις τῷ Ἑρμῇ, ὁ δὲ τῷ Φιλησίῳ, ὁ δὲ καὶ ἀμφοῖν, θύσει παριών· χαριοῦνται δὲ καὶ οὕτω κἀκεῖνοι τῷ τε Ἑρμῇ καὶ τῷ Φιλησίῳ· τῷ μὲν Ἑρμῇ, ὅτι τὸν ἔγγονον αὐτοῦ τιμῶσιν· τῷ δὲ Φιλησίῳ, ὅτι τὸν αὐτοῦ προπάτορα. ὥς ἔγωγε

καὶ

καὶ ἐβουθύτησα ἐνταῦθα· οὐχ ὥσπερ [1] ὁ Ξενοφῶν ἐν Κάλπης λιμένι, ὑφ' ἁμάξης βοῦν λαβὼν, δι' ἀπορίαν ἱερείων, ἀλλὰ τῶν Τραπεζουντίων αὐτῶν παρασκευασάντων ἱερεῖον οὐκ ἀγεννές. καὶ [2] ἐσπλαγχνευσάμεθα αὐτόθι, καὶ ἐπὶ τοῖς σπλάγχνοις ἐπεσπείσαμεν. ὅτῳ δὲ πρώτῳ τἀγαθὰ ηὐχόμεθα, οὐ λανθάνομέν σε, τόν τε τρόπον τὸν ἡμέτερον οὐκ ἀγνοοῦντα, καὶ σαυτῷ συνειδότα, ὅτι ἄξιος εἶ ὑπὲρ ὅτου πάντες εὔξαιντο τἀγαθὰ, καὶ ὅσοι ἡμῶν ἔλαττον ὑπὸ σοῦ εὖ πεπόνθασιν. ἐκ Τραπεζοῦντος δὲ ὁρμηθέντες, τῇ μὲν πρώτῃ εἰς [3] Ὕσσου λιμένα κατήραμεν, καὶ τοὺς πεζοὺς τοὺς ταύτῃ ἐγυμνάσαμεν. ἡ γὰρ τάξις αὕτη, ὡς οἶσθα, πεζῶν ἐστιν, καὶ ἱππέας εἴκοσιν ὅσον εἰς διακονίαν ἔχει· ἀλλὰ καὶ τούτους τὰς λόγχας ἀκοντίσαι ἐδέησεν. ἐνθένδε ἐπλέομεν, τὰ μὲν πρῶτα ταῖς αὔραις ταῖς ἐκ τῶν ποταμῶν πνεούσαις ἕωθεν, καὶ ἅμα ταῖς κώπαις διαχρώμενοι. ψυχραὶ μὲν γὰρ ἦσαν αἱ αὖραι, ὡς λέγει καὶ [4] Ὅμηρος, οὐχ ἱκαναὶ δὲ τοῖς ταχυναυτεῖν βουλομένοις· εἶτα γαλήνη ἐπέλαβεν, ὥστε καὶ ἡμεῖς τῇ εἰρεσίᾳ μόνῃ ἐχρώμεθα. ἔπειτα δὲ ἄφνω νεφέλη ἐπαναστᾶσα, ἐξεῤῥάγη κατ' εὖρον

bovem illic immolavi: non quidem, ut Xenophon olim ad Calpes portum fecit, bove ex plaustro arrepto, hostiarum penuria, sed ipsis potius Trapezuntinis magnificam splendidamque hostiam adornantibus. Ibidem quoque extis inspiciendis atque consulendis, nec non visceratiónibus atque libationibus operam navavimus. Pro quo autem primo omnium vota sint à nobis nuncupata, nequaquam te latet, cui & mos consuetudoque nostra probe est cognita, quique tibimetipsi optime es conscius, te dignum esse, pro cujus salute omnes, etiam qui minoribus quā ego beneficiis à te sunt affecti, vota faciant. Ex Trapezunte autem cum solvissemus, primo quidem die in Hyssi portum appulimus, ac pedites, qui ibi sunt, exerceri curavimus. Cohors enim ista, ut scis, est peditum; & habet equites viginti, ministerii tantum causa: veruntamen hos quoque oportuit hastas ejaculari. Inde navigavimus primo quidem aura quam matutino tempore flumina spirant, & simul remigio utentes. Frigidæ enim erant auræ, ut ait Homerus, sed ad conficiendum cursum celeriter minus idoneæ. Deinde tranquillitas fuit subsecuta, ita ut remigio tantum usi sumus. Hinc nubes derepente exorta in Eurum

1 Vide *Xenoph.* Ἀναβάσεως, l. 6. c. 5. §. 15, 18. *Ed. Oxon.* 2 Verbo σπλαγχνεύσασθαι ritus omnis continetur, quo exta inspiciuntur, probantur, aræ imponuntur, & quæ edulio sunt, comeduntur. quibus peractis thus & vinum libabant. *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 91. 3 Portum hunc in Ponto Cappadocum, juxta Sidonem, inter Pharnaciam & Trapezuntem ponit *Ptolemæus.* ejusdem quoque meminit *Sophronius* in vita Matthiæ, qui locus in mendo cubat, & pro [illegible] reponendum est Καππαδοκίᾳ. *Stuck.* 4 Locus *Homeri* est in Odyss. ε'. v. 469.

potissimum

potissimum erupit, ventumque violentum, nobisque plane adversum excitavit; quod tantum non nos perdidit. Mare siquidem paulatim fecit intumescere, ita ut magna vis aquarum, non ex ea tantum parte ubi remi sunt, verum etiam ex superiore, quæ inter puppim remosque interjacet, in naves passim copiose irruperit. Res plane tragica atque horrenda fuit: hinc quidem aquas nobis exantlantibus, illinc vero iisdem affatim in naves influentibus. Sed quia non transversi erant fluctus, hinc vix atque ægre tandem remorum vi ac contentione eluctati, pluribusque laboribus perfuncti, Athenas pervenimus. Est enim in Ponto quoque Euxino locus sic dictus, ubi Minervæ est fanum, Græco modo ædificatum, à quo universus ille locus nomen hoc videtur accepisse. Illic castellum quoque est desertum, ac pro derelicto habitum; nec non portus, haudquaquam pro anni tempore multarum navium capax, qui tamen eas à Noti, ipsiusque Euri vi ac impetu facile protegat atque tueatur. Fuerint etiam naves eo appellentes à Borea tutæ; at non ab Aparctia: neque eo vento, qui in Ponto Thrascias, in Græcia Sciron appellatur. Sub noctem tonitrua dira atque fulgura mari incu-

μάλιστα, καὶ ἐπήνεγκεν πνεῦμα ἐξαίσιον, καὶ τοῦτο ἀκριβῶς ἐναντίον, ὅπερ καὶ [1] μονονουχὶ ὤνησεν ἡμᾶς. κοίλην μὲν γὰρ δι' ὀλίγου τὴν θάλατταν ἐποίησεν, ὡς μὴ κατὰ τὰς κώπας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τὰς [2] παρεξειρεσίας ἐπεισρεῖν ἡμῖν ἑκατέρωθεν ἀφθόνως τοῦ ὕδατος. τοῦτο δὴ τὸ τραγικόν· καὶ τὸ μὲν ἐξηντλοῦμεν, τὸ δ' ἐπεισέρρει. ἀλλ' οὐ πλάγιόν γε ἦν τὸ κλυδώνιον. ταύτῃ καὶ ἠνύτομεν μόγις καὶ χαλεπῶς τῇ εἰρεσίᾳ· καὶ μέντοι πολλὰ παθόντες, ἥκομεν εἰς τὰς [3] Ἀθήνας. ἔστιν γάρ τοι καὶ ἐν Πόντῳ Εὐξείνῳ χωρίον οὕτω καλούμενον. καὶ Ἀθηνᾶς ἱερόν ἐστιν αὐτόθι Ἑλληνικόν, ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τοῦτο τῷ χωρίῳ. καὶ φρούριόν τι ἐστὶν ἠμελημένον· ὁ δὲ ὅρμος, οἷος ὥρᾳ ἔτους δέχεσθαι οὐ πολλὰς ναῦς, καὶ σκέπην ταύταις παρέχειν ἀπὸ νότου ἀνέμου, καὶ αὐτοῦ τοῦ εὔρου. σώζοιτο δ' ἂν καὶ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ τὰ ὁρμοῦντα πλοῖα· ἀλλὰ οὐ τοῦ γε [4] ἀπαρκτίου, οὐδὲ τοῦ [5] θρασκίου μὲν ἐν τῷ Πόντῳ, [6] σκίρωνος δὲ ἐν τῇ Ἑλλάδι καλουμένου. εἰς δὲ τὴν νύκτα βρονταί τε σκληραὶ καὶ ἀστραπαὶ κατεῖχον· καὶ πνεῦμα

1 Μόνον οὐχὶ ὤλεσεν ἡμᾶς legit *Gesnerus*. 2 De hac voce vide *Schol.* ad Thucyd. p. 221. n. 14. &c. p. 432. n. 8. *Ed. Oxon.* 3 Vide *Stephanum* in voce Ἀθῆναι. 4 *Agathemerus* l. 1. c. 2. Ἀπὸ δὲ Ἄρκτου, Ἀπαρκτίας. Ita etiam *Arist.* l. 2 meteor. c. 6. Vide Plin. nat. Hist. l. 2. c. 47. 5 *Agathemerus*, loc. cit. μέσος δ' Ἀπαρκτίου καὶ Ἀργέστου Θρασκίας, ἤτοι Κίρκιος ὑπὸ τῶν περιοίκων. Et *Arist* l. 2 meteor. c. 6. ὃν καλοῦσι Θρασκίαν, μέσος Ἀπαρκτίου καὶ Ἀργέστου. 6 De origine appellationis vide *Strabonem*, sub initium libri noni.

οὐ τὸ αὐτὸ ἔτι, ἀλλὰ εἰς νότον μεθειστήκει, καὶ δι' ὀλίγου ἀπὸ τοῦ νότου εἰς λίβα ἄνεμον, καὶ τῶν ναυσὶν οὐκ ἔτι ἀσφαλὴς ὁ ὅρμος ἦν. πρὶν οὖν παντάπασιν ἀγριωθῆναι τὴν θάλασσαν, ὅσας μὲν αὐτὸ τὸ χωρίον αἱ Ἀθῆναι δέξασθαι ἠδυνάντο, ταύτας αὐτοῦ ἐνεωλκήσαμεν, πλὴν τῆς τριήρους· αὕτη γὰρ πέτρᾳ τινὶ ὑφορμοῦσα, ἀσφαλῶς ἐσάλευεν. τὰς δὲ ἄλλας ἐδόκει πέμπειν εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς τοὺς πλησίον νεωσοικηθησομένας. καὶ ἐνεωλκήθησαν, ὥς τε ἀπαθεῖς διαγενέσθαι πάσας, πλὴν μιᾶς, ἥν τινα ἐν τῷ ὁρμίζεσθαι, περὶ τὸν καιρὸν ἐπιστρέψασαν πλαγίαν, ὑπολαβὸν τὸ κῦμα ἐξήνεγκεν εἰς τὴν ἠϊόνα καὶ συνέτριψεν. ἀπεσώθη μέντοι πάντα· οὐ τὰ ἱστία μόνον καὶ τὰ σκεύη τὰ ναυτικὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἧλοι· καὶ ὁ κηρὸς [1] ἀπεξύσθη, ὡς μηδενὸς ἄλλου ἢ ξύλων δεῖσθαι ναυπηγησίμων εἰς τὴν κατασκευήν· ὧν παμπόλλη, ὡς οἶσθα, [2] ἀφθονία ἐστὶν κατὰ τὸν Πόντον. οὗτος ὁ χειμὼν ἐπὶ δύο ἡμέρας κατεῖχεν, καὶ ἦν ἀνάγκη μένειν. ἐχρῆν γὰρ ἄρα μηδὲ τὰς ἐν τῷ Πόντῳ Ἀθήνας παραπλεῦσαι ἡμᾶς, ὥσπερ τινὰ ὅρμον ἔρημον καὶ ἀνώνυμον. ἐνθένδε ἄραντες ὑπὸ μὲν τὴν ἕω, πλαγίου τοῦ κλύδωνος ἐπειρώμεθα. προϊούσης δὲ τῆς ἡμέρας βορρᾶς ἐπι-

buere: nec ventus amplius idem, ſed in Notum, ac paulatim ex Noto in Africum fuit converſus; nec amplius navibus fidus atque tutus portus exſtitit. Itaque priuſquam mare magis efferveſceret, quaſcunque Athenæ naves capere potuerunt, eo ſubduximus, præter unam triremem: hæc enim ſcopulum quendam ſubierat, & ibi tuto fluctuabat. Pleraſque vero in vicina littora miſimus ſubducendas: quæ quidem omnes ſalvæ incolumeſque evaſerunt, una excepta, quam portum capientem, & latus ante tempus undis convertentem, fluctus abreptam in littus ejecerunt, eamque colliſerunt. Omnia tamen ſalva evaſerunt; non tantum vela, inſtrumenta nautica, atque homines, verum etiam clavi: cera etiam deraſa eſt, ita ut nulla re alia, quam materia ad naves ædificandas apta, opus ſit, cujus materiæ copiam ingentem in Ponto eſſe non ignoras. Hæc autem tempeſtas per biduum duravit, ita ut neceſſario nobis illic fuerit manendum. Nec etiam videbatur eſſe conveniens, Athenas in Ponto Euxino ſitas, ceu portum quendam deſertum, obſcurum atque ignobilem, præternavigare. Inde cum ſub auroram ſolviſſemus, tranſverſis uſi fluctibus, mare tentavimus. Procedente autem die, Boreas leniter

1 Ἀπεσώθη videtur legendum, ut paulo ante: vel redundat. *Stuckius.*
2 Idem in deſcriptione portus Calpes tradit *Xenophon*, l. 6. Ἀναβάσεως, c. 4. § 2. & *Strabo*, l. 12. in deſcriptione regionis Sinopicæ

ſpirans

ſpirans mare quietum ac tranquillum reddidit: & quidem ante meridiem, confectis plus quam quingentis ſtadiis, Apſarum pervenimus, ubi quinque cohortes commorantur. Stipendia itaque militibus perſolvimus, nec non arma, murum, foſſam, ægrotos, rei frumentariæ apparatum inſpeximus. De quibus omnibus, quæ mea ſit opinio, Latinis literis perſcriptum eſt. Apſarum autem regionem Apſyrtum olim ajunt fuiſſe appellatum, ab Apſyrto ibi à Medea occiſo, cujus ibidem ſepulcrum monſtratur, nomine poſtea, ſicuti in multis aliis fieri conſuevit, à Barbaris corrupto. Sic enim Tyana quoque urbs Cappadociæ olim Thoana fuit appellata, à Thoante rege Taurorum, qui in Oreſte atque Pylade perſequendis ad illum uſque locum perveniſſe, ibique morbo interiiſſe dicitur. Fluvii autem, quos poſt noſtrum à Trapezunte diſceſſum præternavigavimus, hi ſunt. Hyſſus, unde ipſe quoque portus fuit cognominatus, qui à Trapezunte diſtat centum & octoginta ſtadia. Ophis, qui ab Hyſſo portu ad ſummum abeſt nonaginta ſtadia, Colchorumque regionem à Thiannica ſeparat. Pſychrus, ab Ophi diſtans cir-

πνεύσας ὀλίγος κατέστησε τὴν θάλατταν, καὶ διατρεμῆσαι ἐποίησεν. καὶ ἤλθομεν πρὸ τῆς μεσημβρίας, σταδίους πλείονας ἢ πεντακοσίους, εἰς Ἀψάρην, ἵνα περ αἱ πέντε σπεῖραι εἰσὶν ἱδρυμέναι. καὶ τὴν μισθοφορὰν τῇ στρατιᾷ ἔδωκα, καὶ τὰ ὅπλα εἶδον, καὶ τὸ τεῖχος, καὶ τὴν τάφρον, καὶ τοὺς κάμνοντας, καὶ τοῦ σίτου τὴν παρασκευὴν τὴν ἐνοῦσαν. ἣν τινα δὲ ὑπὲρ αὐτῶν τὴν γνώμην ἔσχον, ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν γέγραπται. [1] ὁ δὲ Ἀψάρος τὸ χωρίον λέγουσιν ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι ποτέ· ἐνταῦθα γὰρ τὸν Ἄψυρτον ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀποθανεῖν, καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται. ἔπειτα διαφθαρῆναι τὸ ὄνομα ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ διέφθαρται. ὁπότε καὶ τὰ [2] Τύανα τὰ ἐν τοῖς Καππαδόκαις [3] Θόανα λέγουσιν ὅτι οὕτως ὠνομάζετο, ἐπεὶ Θόαντι τῷ βασιλεῖ τῶν Ταύρων· ὅς τὸν ἀμφὶ Ὀρέστην καὶ Πυλάδην διώκοντα, ἄχρι τῆσδε τῆς χώρας ἐλθεῖν φημίζεται, καὶ ἐνταῦθα νόσῳ ἀποθανεῖν. ποταμοὺς δὲ παρημείψαμεν ἐν τῷ παράπλῳ τῷ ἀπὸ Τραπεζοῦντος, τόν τε Ὕσσον, ὅτου ἐπώνυμος Ὕσσου λιμήν, ὃς ἀπέχει Τραπεζοῦντος σταδίους ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ τὸν Ὄφιν, ὃς ἀπέχει Ὕσσου λιμένος ἐς ἐνενήκοντα σταδίους μάλιστα, καὶ ὁρίζει τὴν Κόλχων χώραν ἀπὸ τῆς [4] Θιαννικῆς. ἔπειτα τὸν Ψυχρὸν καλούμενον ποταμόν, διέχοντα ἀπὸ

1 Sine dubio *Stephanus* in genuino ſuo opere hunc locum vel tranſcripſerit in voce Ἀψυρτίδες, vel reſpexerat. *Berkel.* 2 *Steph. Byzant.* ἐκαλεῖτο δὲ Θόανα, καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν Τύανα, ὡς Ἀρριανός. 3 Vide *Ovidium*, l. 3. de Ponto, & *Lucianum* in Toxari. 4 Quæ ſit iſta Thyannica neſcio: forte Τυαννικὴ legendum quæ una ex decem præturis Cappadociæ fuit, quam *Strabo* Τυανῖτιν appellat. *Stuckius.*

τριάκοντα

τριάκοντα σταδίους ἀπὸ τοῦ Ὀφεως. ἔπειτα τὸν Καλὸν ποταμόν. καὶ οὗτος τριάκοντα διέχει ἀπὸ τοῦ Ψυχροῦ. ἐχόμενος δὲ τοῦ Ψυχροῦ ἐστιν ὁ [1] Ῥίζιος ποταμὸς, ἑκατὸν εἴκοσι στάδια διέχων ἀπὸ τοῦ Καλοῦ. καὶ ἀπὸ τούτου τριάκοντα Ἄσκουρος ἄλλος ποταμός. καὶ Ἀδιηνός τις ἀπὸ τοῦ Ἀσκούρου ἑξήκοντα. ἐνθένδε εἰς Ἀθήνας ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. τῶν δὲ Ἀθηνῶν Ζάγατις ποταμὸς ἑπτὰ μάλιστα στάδια ἀπ' αὐτῶν διέχων προσοικεῖται. ἀπὸ δὲ τῶν Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες, τὸν Πρύτανιν παρημείψαμεν, ἵνα περ καὶ τὰ Ἀγχιάλου βασίλειά ἐστιν. καὶ οὗτος ἀπέχει τεσσαράκοντα στάδια ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν. τοῦ Πρυτάνεως δὲ ἔχεται ὁ Πυξίτης ποταμός, στάδιοι ἐνενήκοντα ἐν μέσῳ ἀμφοῖν. καὶ ἀπὸ τοῦ Πυξίτου ἐς [2] Ἀρχαβιν, ἄλλοι ἐνενήκοντα. ἀπὸ δὲ Ἀρχάβιος εἰς Ἄψαρον, ἑξήκοντα. ἀπὸ δὲ Ἀψάρου ἄραντες, τὸν Ἄκαμψιν παρημείψαμεν νύκτωρ, ὅτι πεντεκαίδεκα σταδίους ἀπέχοντα τοῦ Ἀψάρου. ὁ δὲ Βαθὺς ποταμὸς ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ἀπέχει τούτου. καὶ ὁ Ἀκίνασις ἀπὸ τοῦ Βαθέος ἐνενήκοντα. ἐνενήκοντα δὲ καὶ ἀπὸ Ἀκινάσεως ὁ Ἴσις. ναυσίποροι δέ εἰσιν ὅ τε Ἄκαμψις καὶ ὁ Ἴσις, καὶ αὔρας τὰς ἑωθινὰς ἰσχυρὰς ἐκπέμπουσιν. ἀπὸ δὲ Ἴσιος τὸν Μῶγρον παρημείψαμεν. ἐνενήκοντα στάδια μεταξὺ τοῦ Μώγρου εἰσὶν καὶ τοῦ Ἴσιος. καὶ οὗτος ναυσίπορος. ἐνθένδε εἰς τὸν Φᾶσιν εἰσεπλεύσαμεν, ἐνενήκοντα τοῦ Μώγρου διέχοντα.

citer triginta ſtadia. Calus fluvius, à Pſychro diſtans ſimiliter triginta ſtadia. Pſychro autem vicinus eſt Rhizius fluvius, qui à Calo centum & viginta ſtadia diſtat. Ab hoc triginta ſtadia Aſcurus alter fluvius. Ab Aſcuro Adienus ſexaginta. Inde Athenas uſque ſunt centum & octoginta ſtadia. Athenis ſeptem ad ſummum ſtadiorum intervallum finitimus eſt Zagatis. Athenis autem quum ſolviſſemus, Prytanim prætervecti ſumus, ubi Anchiali eſt regia, qui ab Athenis quadraginta ſtadia abeſt. Prytani finitimus eſt Pyxites, nonaginta ſtadiorum ſpacio interpoſito. A Pyxite ad Archabin ſimiliter ſunt nonaginta ſtadia. Ab Archabi ad Apſarum ſexaginta ſtadia. Ab Apſaro quum ſolviſſemus, Acampſin, circiter quindecim ſtadia ab Apſaro diſtantem, noctu præterivimus. Ab Acampſi Bathys fluvius ſeptuaginta quinque: à Bathy Acinaſis nonaginta: ab Acinaſi Iſis ſimiliter nonaginta ſtadia abeſt. Acampſis autem & Iſis fluvii ſunt navigabiles, qui matutino tempore validas admodum auras emittunt. Ab Iſi Mogrum, qui & ipſe eſt navigabilis, prætervecti ſumus, inter quos duos fluvios nonaginta ſtadia interſunt. Inde Phaſim ſumus ingreſſi, qui nonaginta ſtadia à Mogro abeſt.

1 *Ptolemæo* Ῥίζιος portus inter Pitiuſam & Athenarum promontorium. 2 *Ptolemæus* Ἀρκαβιν appellat.

Fluvii hujus aqua præter cæteros, qui mihi quidem noti ſunt, & levis inprimis, atque colore mutabilis. Levitatem autem illius vel ſtatera quis deprehendat, vel ex eo quod mari innatat, nec cum eo commiſcetur. Eodem plane modo Titareſium Peneo innatare teſtis eſt Homerus his verbis, καθ' ὕπερθεν ἐπιρρέει ἠΰτ' ἔλαιον, *olei inſtar ſupernatat*. Phaſidis præterea aquam ſi quis à ſummo hauriat, dulcem; ſin ab imo, urna aquaria in profundum demiſſa, ſalſam experietur. Quamvis univerſus Pontus longe dulcioris eſt aquæ, quam mare externum, propter immenſam fere fluminum in illum ſeſe exonerantium magnitudinem & multitudinem. Dulcedinis autem hujus argumentum (ſi modo argumentis opus eſt in iis quæ ſenſu percipiuntur) quod omnes maris accolæ pecora ad mare potatum ducunt, illa vero cernuntur lubenter bibere, & eam aquam dulci ſalubriorem creduntur experiri. Color autem Phaſidis eſt ſimilis aquæ plumbo vel ſtanno infectæ, quæ tamen ubi ſubſedit, puriſſima fit. Quamobrem lege quoque ſancitum eſt, ne ingredientes Phaſim, quicquam aquæ invehant atque importent: ac ſtatim, ſimul atque flumen ingreſſi fuerint, edicitur, ut quicquid in navibus eſt aquæ, effundatur; quod qui negligunt, illos

ποταμῶν ὧν ἐγὼ ἔγνων κουφότατον ὕδωρ παρεχόμενον, καὶ τὴν χροιὰν μάλιστα ἐξηλλαγμένον. τὴν μὲν γὰρ κουφότητα τῷδε σταθμῷ τεκμαίροιτο ἄν τις. καὶ περὶ τούτου, ὅτι ἐπέπλει τῇ θαλάσσῃ, οὐχὶ δὲ συμμίγνυται· καθάπερ τῷ Πηνειῷ τὸν Τιταρήσιον λέγει ἐπιρρεῖν [1] Ὅμηρος,

—καθ' ὕπερθεν ἐπιρρέει ἠΰτ' ἔλαιον.

καὶ ἦν, κατὰ μὲν τοῦ ἐπιρρέοντος βάψαντα, γλυκὺ τὸ ὕδωρ ἀνιμήσασθαι. εἰ δὲ εἰς βάθος τις καθῆκεν τὴν κάλπιν, ἁλμυρόν. καίτοι ὁ πᾶς Πόντος πολύ τι γλυκυτέρου τοῦ ὕδατός ἐστιν, ἤπερ ἡ ἔξω θάλασσα. καὶ τούτου τὸ αἴτιον οἱ ποταμοί εἰσιν, οὔτε πλῆθος οὔτε μέγεθος [2] σταθμητοὶ ὄντες. τεκμήρια δὲ τῆς γλυκύτητος, εἰ τεκμηρίων δεῖ ἐπὶ τοῖς αἰσθήσει φαινομένοις, ὅτι πάντα τὰ βοσκήματα προσοικοῦντες τῇ θαλάσσῃ ἐπὶ τὴν θάλασσαν κατάγουσιν, καὶ ἀπ' αὐτῆς ποτίζουσιν. τάδε πίνοντά τε ἡδέως ὁρᾶται, καὶ λόγος κατέχει ὅτι καὶ ὠφέλιμον αὐτοῖς τοῦτο τὸ ποτόν ἐστι τοῦ γλυκέος μᾶλλον. ἡ δὲ χροιὰ τῷ Φάσιδι οἷα ἀπὸ μολίβδου ἢ καττιτέρου βεβαμμένου τοῦ ὕδατος, καταστὰν δὲ καθαρώτατον γίγνεται. οὔ τοίνυν νενόμισται εἰσκομίσαι ὕδωρ εἰς τὸν Φᾶσιν τοὺς εἰσπλέοντας, ἀλλ' ἐπειδὰν εἰσβαίνωσιν ἤδη εἰς τὸν ῥοῦν, παραγγέλλεται πᾶν ἐκχέαι τὸ ἐνὸν ὕδωρ ἐν ταῖς ναυσίν. εἰ δὲ μή, λόγος κατέχει ὅτι οἱ τούτου ἀμελήσαντες

1 Iliad. β. v. 754. 2 Vox *Arriano* familiaris. Sic infra coronas marinas & mergos ait non eſſe σταθμητοὺς τὸ πλῆθος, hoc eſt μετρητούς mensurabiles. *Stuckius.*

ἐκ διπλοῦσιν. τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Φάσιδος οὐ σήπεται, ἀλλὰ μένει ἀκραιφνὲς καὶ ὑπὲρ δέκατον ἔτος· πλήν γε δή, ὅτι εἰς τὸ γλυκύτερον μεταβάλλει. εἰσβαλλόντων δὲ εἰς τὸν Φᾶσιν, ἐν ἀριστερᾷ ἵδρυται ἡ [1] Φασιανὴ θεός. εἴη δ' ἂν ἀπό γε τοῦ σχήματος τεκμαιρομένῳ ἡ Ῥέα. καὶ γὰρ κύμβαλον μετὰ χεῖρας ἔχει, καὶ λέοντας ὑπὸ τῷ θρόνῳ, καὶ κάθηται ὥσπερ ἐν τῷ [2] Μητρῴῳ Ἀθήνησιν ἡ τοῦ Φειδίου. ἐνταῦθα καὶ ἡ [3] ἄγκυρα δείκνυται τῆς Ἀργοῦς· καὶ ἡ μὲν σιδηρᾶ, οὐκ ἔδοξέ μοι εἶναι παλαιά. καί τοι τὸ μέγεθος οὐ κατὰ τὰς νῦν ἀγκύρας ἐστίν, καὶ τὸ σχῆμα ἀμηγέπη ἐξηλλαγμένη, ἀλλὰ νεωτέρα μοι ἐφάνη εἶναι τοῦ χρόνου. λιθίνης δέ τινος ἄλλης θραύσματα ἐδείκνυτο παλαιά, ὡς ταῦτα μᾶλλον εἰκάσαι ἐκεῖνα εἶναι τὰ λείψανα τῆς ἀγκύρας τῆς Ἀργοῦς. ἄλλο δὲ οὐδὲν ὑπόμνημα ἦν ἐνταῦθα τῶν μύθων τῶν ἀμφὶ τὸν Ἰάσονα. τὸ μὲν τοι φρούριον αὐτό, ἵνα περ κάθηνται τετρακόσιοι στρατιῶται ἐπίλεκτοι, τῇ τε φύσει τοῦ χωρίου ὀχυρώτατον εἶναί μοι ἔδοξεν, καὶ ἐν ἐπιτηδειοτάτῳ κεῖσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ταύτῃ πλεόντων. καὶ τάφρος διπλῆ περιβέβληται τῷ τείχει, εὐρεῖα ἑκατέρα. πάλαι μὲν οὖν γήϊνον τὸ τεῖχος ἦν, καὶ οἱ πύργοι ξύλινοι ἐφεστήκεσαν. νῦν δὲ ἐκ πλίνθου ὀπτῆς πεποίηται καὶ αὐτὸ

opinio eſt incommoda adverſaque navigatione uti. Aqua Phaſidis à putredine eſt immunis, ac plus quam decem annis ſincera incorruptaque manet, niſi quod dulcior tantum fit. Intrantibus Phaſim à ſiniſtris dea Phaſiana ſita eſt: quam ex ejus ſpecie atque forma Rheam eſſe conjicere licet. Manibus enim tenet cymbalum, leones habet ſub throno, ſedetque ut illa Phidiæ Athenis in Metroo. Anchora quoque navis Argus ibidem oſtenditur: quæ, quum ſit ferrea, non mihi viſa eſt antiqua: licet magnitudine pariter atque forma nonnihil ab anchoris noſtrorum temporum differat, tamen videtur eſſe recentior. Ac alterius cujuſdam lapideæ anchoræ fragmenta pervetuſta ibidem viſuntur, quæ quidem veriſimilius eſt antiquiſſimæ illius anchoræ Argonauticæ reliquias eſſe. Nullum præterea ibi eorum, quæ de Jaſone fictis fabulis fuerunt prodita, monumentum apparet. Ipſum tamen caſtrum, quo quadringenti electi milites ſunt collocati, & loci natura munitiſſimum eſt, & ita opportune ſitum, ut eos qui eo appellunt à barbarorum injuria tueri facile poſſit. Murus duplici eaque lata foſſa cinctus olim terrenus fuit, ut & turres ligneæ. At nunc murus pariter atque turres ex latere coctili

1 Phaſis Argonautarum navigatione celebrata eſt: quos Rheam in primis coluiſſe certum eſt, ex *Apollonio* & *Dionyſio*. 2 *Sc.* Templo magnæ Deûm matri conſecrato. 3 Hanc anchoram (ut inquit *Gyllius*) veriſimile eſt fuiſſe reliquias illius anchoræ, quam Deilochus tradit Argonautas accepiſſe à promontorio Ancyreo Boſpori.

ſunt exſtructæ: ipſe murus probe fundatus, machiniſque bellicis, ac, ut brevi dicam, omnibus rebus ita inſtructus atque munitus, ut nullus aditus barbaris pateat, illiuſque cuſtodes ab omni ſint oppugnationis periculo immunes. Quoniam autem ipſum quoque portum videbatur tutum eſſe oportere; nec non cætera loca, quæ extra caſtrum ab iis, qui à militia ſunt immunes, quique mercaturas negotiationeſque exercent, incoluntur; viſum mihi eſt à duplici illa foſſa murum cingente, aliam quoque ad flumen uſque deducere, quæ & ipſum portum, & cætera, quæ ſunt extra murum, ædificia contineat atque complectatur. A Phaſide autem digreſſi, Charientem fluvium navigabilem prætervecti ſumus, qui à Phaſide nonaginta ſtadiis abeſt. A Chariente in Chobum navigavimus, qui duo ſimiliter fluvii nonaginta ſtadiis à ſe invicem diſtant. Ibi appulimus: qua autem de cauſa, quidque illic egerimus, ex Latinis literis cognoſces. A Chobo Singamem fluvium navigabilem prætervecti ſumus, qui à Chobo ad ſummum ducentis & decem ſtadiis abeſt. Singami vicinus Tarſuras: ſtadia autem inter utrumque fluvium ſunt centum & viginti. A Tarſura Hippus centum & quinquaginta ſtadiis. Ab Hippo Aſtelephus triginta ſtadiis abeſt. Aſtelephum vero

καὶ οἱ πύργοι, καὶ τεθεμελίωται ἀσφαλῶς, καὶ μηχαναὶ ἐφεστᾶσιν, καὶ ἐν ὀλίγῳ πᾶσιν ἐξήρτυται, πρὸς τὸ μηδὲ πελάσαι ἄν τινα αὐτῷ τῶν βαρβάρων, μήτιγε δὴ εἰς κίνδυνον καταστῆσαι πολιορκίας τοὺς ἐν αὐτῷ φρουροῦντας. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸν ὅρμον ἐχρῆν ἀσφαλῆ εἶναι ταῖς ναυσὶ, καὶ ὅσα ἔξω τῆς φρουρᾶς κατῴκειτο ὑπό τε τῶν πεπαυμένων τῆς στρατιᾶς, καί τινων καὶ ἄλλων ἐμπορικῶν ἀνθρώπων, ἔδοξέ μοι ἀπὸ τῆς διπλῆς τάφρου ἣ περιβέβληται τῷ τείχει, ἄλλην τάφρον ἐκβαλεῖν ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἣ τό τε ναύσταθμον περιέξει, καὶ τὰς ἔξω τοῦ τείχους οἰκίας. ἀπὸ δὲ τοῦ Φάσιδος [1] Χαρίεντα ποταμὸν παρημείψαμεν ναυσίπορον. στάδιοι μεταξὺ ἀμφοῖν ἐνενήκοντα. καὶ ἀπὸ τοῦ Χαρίεντος ἐς Χῶβον ποταμὸν εἰσεπλεύσαμεν, ἄλλους ἐνενήκοντα, ἵνα περ καὶ ὡρμίσθημεν. ὧν δὲ ἕνεκα, καὶ ὅσα ἐνταῦθα ἐπράξαμεν, δηλώσει σοι τὰ Ῥωμαϊκὰ γράμματα. ἀπὸ δὲ Χώβου Σιγγάμην ποταμὸν παρημείψαμεν ναυσίπορον. διέχει δὲ τοῦ Χώβου σταδίους ἐς δέκα καὶ διακοσίους μάλιστα. ἔχεται δὲ τοῦ Σιγγάμου Ταρσούρας ποταμός. στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μεταξὺ ἀμφοῖν. ὁ δὲ Ἵππος ποταμὸς τοῦ Ταρσούρου πεντήκοντα σταδίους καὶ ἑκατὸν διέχει. καὶ τοῦ Ἵππου ὁ Ἀστέλεφος τριάκοντα. παραμείψαντες δὲ τὸν Ἀστέ-

1 *Ptolemæo* Χάριστος, *Straboni* ὁ Χάρις.

λεφον,

λεφον, εἰς [1] Σεβαστόπολιν ἥκομεν πρὸ μεσημβρίας, ἀπὸ Χώβου ὁρμηθέντες σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, τοὺς ἀπὸ Ἀστελέφου. ὡς καὶ τὴν μισθοφορὰν τοῖς στρατιώταις δοῦναι τῆς αὐτῆς ἡμέρας, καὶ τοὺς ἵππους, καὶ τὰ ὅπλα ἰδεῖν, καὶ τοὺς ἱππέας ἀναπηδῶντας ἐπὶ τοὺς ἵππους, καὶ τοὺς κάμνοντας, καὶ τὸν σῖτον, καὶ τὸ τεῖχος περιελθεῖν, καὶ τὴν τάφρον. στάδιοι ἀπὸ μὲν Χώβου εἰς Σεβαστόπολιν, τριάκοντα καὶ ἑξακόσιοι· ἀπὸ Τραπεζοῦντος δὲ εἰς Σεβαστόπολιν, ἑξήκοντα καὶ διακόσιοι καὶ δισχίλιοι. ἡ δὲ Σεβαστόπολις πάλαι Διοσκουριὰς ἐκαλεῖτο, ἄποικος Μιλησίων. ἔθνη δὲ παρημείψαμεν τάδε. Τραπεζουντίοις μὲν, καθάπερ καὶ [2] Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμοροι. καὶ οὓς λέγει τοὺς μαχιμωτάτους καὶ ἐχθροτάτους εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, ἐκεῖνος μὲν [3] Δείλλας ὀνομάζει, ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ Σάννοι οὗτοι εἶναι. καὶ γὰρ μαχιμώτατοί εἰσιν εἰς τοῦτο ἔτι, καὶ τοῖς Τραπεζουντίοις ἐχθρότατοι, καὶ χωρία ὀχυρὰ οἰκοῦσιν, καὶ ἔθνος ἀβασίλευτον. πάλαι μὲν καὶ φόρου ὑποτελεῖς Ῥωμαίοις, ὑπὸ δὲ τοῦ λῃστεύειν οὐκ ἀκριβοῦσι τὴν φοράν. ἀλλὰ νῦν γε διδόντος θεοῦ ἀκριβώσουσιν, ἢ ἐξελοῦμεν αὐτούς. τούτων δὲ ἔχονται Μαχέλονες καὶ Ἡνίοχοι, βασιλεὺς δὲ αὐτῶν Ἀγχίαλος. Μαχελόνων δὲ καὶ Ἡνιόχων ἐχόμενοι Ζυδρεῖται. Φαρασμάνου οὗτοι ὑπήκοοι. Ζυδρειτῶν δὲ Λάζοι. βασιλεὺς δὲ Λαζῶν Μαλάσσας, ὃς τὴν

prætervecti, Sebaſtopolim pervenimus ante meridiem, à Chobo digreſſi confectis centum & viginti ſtadiis: tot enim ſunt ab Aſtelepho. Quamobrem eodem die & militibus ſtipendia perſolvendi, & equos, arma, equites ſui exercendi gratia equis inſilientes, ægros, annonam, murum, foſſamque perluſtrandi nobis facultas fuit. Stadia à Chobo Sebaſtopolim uſque ſunt ſexcenta & triginta: à Trapezunte autem ad Sebaſtopolim duo millia ducenta & ſexaginta. Hæc olim Dioſcurias fuit nominata, Mileſiorum colonia. Gentes autem, quas prænavigavimus, hæ ſunt. Ac Trapezuntiis quidem, ut Xenophon quoque inquit, finitimi ſunt Colchi; nec non, quos idem bellicoſiſſimos, ipſiſque Trapezuntiis infeſtiſſimos eſſe dicit, Drillæ, ſic enim ab eo nominantur, mihi autem videntur eſſe Sanni. Hi enim ad hoc uſque temporis bellicoſiſſimi, ac Trapezuntiis inimiciſſimi, loca incolunt valde munita, rege carentes. Tributarii olim fuerunt Romanis, at nunc latrociniis dediti tributorum perſolutionem negligunt: quæ quidem poſthac, Deo juvante, aut accurate juſteque perſolvent, aut eos exterminabimus. Hos attingunt Machelones, & Heniochi, quorum rex eſt Anchialus. His vicini Zydretæ, Pharaſmano ſubditi. Zydretis vicini Lazi, qui regi Malaſſo parent. is

1 Hodie *Sevatopoli* retento utcumque vetuſto nomine appellatur. 2 *Anabaſeως* l. 5. c. 2. 3 Δείλλας *Xenophonti*, Δριλλὰς *Stephano*.

à

à te regnum habet. Lazis finitimi Apsilæ, quibus Julianus imperat, qui à patre tuo regnum accepit. Apsilis Abasci, quorum rex Rhesmagas, qui à te regnum obtinet. Abascis Sanigæ, ubi Sebastopolis sita, qui regi Spadagæ parent. is à te regnum habet. Ad Apsarum usque Orientem versus navigavimus, à dextra parte maris Euxini. Apsarus autem extremus mihi terminus Ponti secundum ejus longitudinem visus est. Illinc enim ad Septentrionem nostra fuit navigatio ad Chobum usque, indeque ad Singamem. A Singame autem defleximus ad sinistrum Ponti latus ad Hippum usque fluvium: indeque ad Astelephum, & Dioscuriadem, unde vidimus Caucasum montem, cujus eadem quæ Alpium Celticarum fertur esse altitudo. Montis quoque hujusce jugum videbatur, Strobilus dictum, in quo Prometheum à Vulcano Jovis jussu atque mandato suspensum affixumque fuisse poetæ fabulantur.

Locorum autem atque itinerum, à Bosporo Thracio usque ad Trapezuntem, ratio sic se habet. Fanum Jovis Urii à Byzantio distat centum & viginti stadia. Atque hoc quidem (id quod tu minime ignoras) ipsius Ponti os est strictissimum, per quod in Propontidem labitur. A fano autem

βασιλείαν παρὰ σοῦ ἔχει. Λαζῶν δὲ Ἀψίλαι ἔχονται. βασιλεὺς δὲ αὐτῶν Ἰουλιανός. οὗτος ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀψίλαις δὲ ὅμοροι [1] Ἀβασκοί. καὶ Ἀβασκῶν βασιλεὺς Ῥησμάγας. καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. Ἀβασκῶν δὲ ἐχόμενοι [2] Σανίγαι, ἵνα περ καὶ ἡ Σεβαστόπολις ᾤκισται. Σανίγων βασιλεὺς Σπαδάγας ἐκ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. μέχρι μὲν δὴ Ἀψάρου, ὡς πρὸς ἕω ἐπλέομεν, ἐν δεξιᾷ τοῦ Εὐξείνου. ὁ δὲ Ἄψαρος πέρας ἐφάνη μοι εἶναι κατὰ μῆκος τοῦ Πόντου. ἔνθεν γὰρ ἤδη πρὸς ἄρκτον ὁ πλοῦς ἡμῖν ἐγίνετο, ἔς τε ἐπὶ Χῶβον ποταμόν, καὶ ὑπὲρ τὸν Χῶβον ἐπὶ τὸν Σιγγάμιν. ἀπὸ δὲ Σιγγάμου ἐκάμψαμεν εἰς τὴν λαιὰν πλευρὰν τοῦ Πόντου, ἔς τε ἐπὶ τὸν Ἵππον ποταμόν. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἵππου ὡς ἐπ' Ἀσέλεφον καὶ Διοσκουριάδα, κατείδομεν τὸν Καύκασον τὸ ὄρος, τὸ ὕψος μάλιστα κατὰ τὰς Ἄλπεις τὰς Κελτικάς. καὶ τοῦ Καυκάσου κορυφή τις ἐδείκνυτο· Στρόβιλος τῇ κορυφῇ ὄνομα, ἵνα περ ὁ Προμηθεὺς κρεμασθῆναι ὑπὸ Ἡφαίστου κατὰ πρόσταξιν Διὸς μυθεύεται.

Τὰ δὲ Βοσπόρου τοῦ Θρᾳκίου, ἔς τε ἐπὶ Τραπεζοῦντα πόλιν, ὧδε ἔχει. τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου διέχει ἀπὸ Βυζαντίου σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν. καὶ ἔστιν στενότατον ταύτῃ τὸ στόμα τοῦ Πόντου καλούμενον, καθ' ὅτι εἰσβάλλει εἰς τὴν Προποντίδα, ταῦτα μὲν εἰδότι σοι λέγω. ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ

1 Ἀβαστγοὶ *Stephano, Aliisque.* 2 Σανίγαι *Stephano.*

πλέοντ

πλέοντι ἐν δεξιᾷ Ῥήβας ποταμὸς, σταδίους διέχων τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διὸς ἐνενήκοντα. ἔπειτα Μέλαινα ἄκρα ὧδε καλουμένη, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἀπὸ Μελαίνης ἄκρας ἐς Ἀρτάνην ποταμὸν, ἵνα καὶ ὅρμος ναυσὶ μικραῖς πρὸς ἱερῷ Ἀφροδίτης, πεντήκοντα ἄλλοι καὶ ἑκατόν. ἀπὸ δὲ Ἀρτάνης εἰς [1] Ψίλιν ποταμὸν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. καὶ πλοῖα μικρὰ ὁρμίζοιτο ἂν πρὸς τῇ πέτρᾳ τῇ ἀνεχούσῃ, οὐ πόῤῥω ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολῶν. ἐνθένδε εἰς Κάλπης λιμένα, δέκα καὶ διακόσιοι στάδιοι. ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν ὁποῖόν τι χωρίον ἐστὶν, καὶ ὁποῖος ὅρμος, καὶ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχροῦ καὶ καθαροῦ ὕδατος, καὶ ὅτι ὗλαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ξύλων ναυπηγησίμων, καὶ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα [2] Ξενοφῶντι τῷ πρεσβυτέρῳ λέλεκται. ἀπὸ Κάλπης λιμένος εἰς Ῥόην, στάδιοι εἴκοσι· ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. ἀπὸ Ῥόης εἰς [3] Ἀπολλωνίαν νῆσον μικρὰν, ὀλίγον ἀνέχουσαν τῆς ἠπείρου, ἄλλοι εἴκοσι. λιμὴν ὑπὸ τῇ νησῖδι. καὶ ἔνθεν εἰς Χηλὰς στάδιοι εἴκοσιν. ἀπὸ Χηλῶν ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἵνα περ [4] Σαγγάριος ποταμὸς ἐσβάλλει εἰς τὸν Πόντον. ἐνθένδε εἰς τοῦ [5] Ὑππίου τὰς ἐκβολὰς, ἄλλοι ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. εἰς δὲ Λίλλιον ἐμπόριον ἀπὸ τοῦ Ὑπ-

hoc navigantibus à dextra occurrit Rhebas fluvius, nonaginta ſtadia ab illo diſtans. Ab hoc Acra Melæna abeſt centum & quinquaginta ſtadia. Ab Acra Melæna ad Artanem fluvium, ubi portus parvarum navium propter templum Veneris, ſunt centum & quinquaginta ſtadia. Ab Artane ad Pſilim fluvium, ubi ſimiliter exigua navigia commode atque tuto ſub petra poſſunt appellere, non procul ab iſtius fluminis oſtio, centum & quinquaginta ſtadia. A Pſili ad portum Calpes ducenta & decem ſtadia. De cujus portus locique natura & ſitu, de fonte quodam frigidæ ac limpidæ aquæ, de ſylvis mari vicinis, quæ & lignis ad naves conficiendas & feris abundant, ſatis ſuperque Xenophon ſenior literis memoriæque prodidit. A Calpes portu ad Rhoëm, parvis aptum navigiis, ſunt viginti ſtadia. A Rhoë ad Apolloniam inſulam exiguam, non procul à continente remotam, alia viginti: eſt autem portus in hac inſula. Hinc ad Chelas viginti ſtadia. A Chelis uſque ad id loci ubi Sangarius fluvius in Pontum influit, centum & octoginta. Inde ad Hyppii oſtia, alia centum & octoginta. Ab Hyppio ad Lillium emporium, centum ſtadia.

1 Ψίλις *Ptolemæo*, l. 5. c. 1. Ψίλλις *Straboni*, l. 12. 2 Κύρου ἀναβάσεως l. 6 c. 4. 3 Thynnias dicitur *Pomponio*, l. 2 c. 7. *Aliis* Apollonia Thynnias ad diſtinctionem alterius Apolloniæ in Europa ſitæ. Vide *Salmaſii* Exercit. Plin ſub initium cap. 19. 4 *Scylaci* Σαγγάριος. *Aliis* Sagaris. hodieque appellatio eſſe in uſu dicitur apud indigenas. 5 *Apollonio* Ὑπίου: atque ita hic loci legendum eſſe docet *Salmaſius* in Exerc. Plin c. 43.

A Lillio ad Elæum, ſexaginta. Ab Elæo ad Caletem, aliud emporium, centum & viginti. A Calete ad Lycum fluvium, octoginta. A Lyco ad Heracleam, urbem Græcam Doricam, Megarenſium coloniam, viginti ſtadia, ubi portus navium. Ab Heraclea ad Metroum, octoginta ſtadia. A Metroo ad Poſideum, quadraginta. Inde ad Tyndaridas, quadraginta quinque. A Tyndaridis ad Nymphæum, quindecim. Hinc ad Oxinam fluvium, triginta. Ab Oxina ad Sandaracam, portum parvarum navium, nonaginta. Inde ad Crenidas, ſexaginta. A Crenidibus ad Pſyllam emporium, triginta. A Pſylla ad Tion urbem Græcam Ioniam, in mari ſitam, Mileſiorum coloniam, nonaginta. A Tio ad Billæum fluvium, viginti ſtadia. A Billæo ad Parthenium fluvium, centum ſtadia. Huc uſque Bithyni, qui quidem ſunt Thraciæ populus, ſeſe extendunt. Quorum Xenophon in ſuis monumentis mentionem facit, quos omnium Aſiæ populorum bellicoſiſſimos eſſe ait, à quibus Græcorum exercitum multa mala perpeſſum eſſe teſtatur, poſtquam Arcades à Cheriſophi atque Xenophontis

πίου, στάδιοι ἑκατόν. καὶ ἀπὸ τοῦ Λιλλίου εἰς Ελαιον, ἑξήκοντα. ἐνθένδε εἰς Κάλητα ἄλλο ἐμπόριον, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἀπὸ Κάλητος εἰς Λύκον ποταμὸν, ὀγδοήκοντα. [1] ἀπὸ δὲ Λύκου εἰς Ηράκλειαν πόλιν Ελληνίδα Δωρικὴν, [2] Μεγαρέων ἄποικον, στάδιοι εἴκοσι. ἐν Ηρακλείᾳ [3] ὅρμος ναυσί. ἀπὸ δὲ Ηρακλείας ἐπὶ μὲν τὸ Μητρῷον καλούμενον, στάδιοι ὀγδοήκοντα. ἔνθεν δὲ εἰς τὸ Ποσίδειον, τεσσαράκοντα. καὶ ἔνθεν εἰς Τυνδαρίδας, πέντε καὶ τεσσαράκοντα. πέντε δὲ καὶ δέκα ἔνθεν ἐπὶ τὸ Νυμφαῖον. καὶ ἀπὸ τοῦ Νυμφαίου [4] ἐπὶ τὸν Οξείναν ποταμὸν, τριάκοντα. καὶ ἀπὸ Οξείνου εἰς Σανδαράκην, ἐνενήκοντα. Σανδαράκη ὅρμος ναυσὶ μικραῖς. ἐνθένδε εἰς Κρηνίδας, [5] ἑξήκοντα. καὶ ἀπὸ Κρηνίδων εἰς Ψύλλαν ἐμπόριον, τριάκοντα. ἐνθένδε εἰς Τίον πόλιν Ελληνίδα Ιωνικὴν, ἐπὶ θαλάττῃ οἰκουμένην, Μιλησίων καὶ ταύτην ἄποικον, ἐνενήκοντα. ἀπὸ δὲ Τίου εἰς Βιλλαῖον ποταμὸν, στάδιοι εἴκοσιν. ἀπὸ δὲ Βιλλαίου ἐπὶ τὸν Παρθένιον ποταμὸν, στάδιοι ἑκατόν. μέχρι τοῦδε Θρᾷκες οἱ Βιθυνοὶ νέμονται. ὧν καὶ [6] Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ασίαν. καὶ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ελλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν, ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ Αρκάδες ἀπό τε τῆς Χειρισόφου καὶ τῆς Ξενοφῶντος μοίρας.

1 Tabula *Teutingeri* à Lyco ad Heracleam quatuor millia paſſuum ponit, hoc eſt, triginta ſtadia. Male ideo *Plinius* Lyco flumini Heracleam Ponticam adponit: nam adpoſitæ fluvio urbes, quæ ad ripas fluviorum poſitæ. 2 Ita *Xenophon, Strabo, Apollonius*, licet alii Mileſiorum eſſe velint. 3 Forſan dictus *Acone*. 4 *Marciano Heracl.* ἐπὶ τὸν Οξίνην ποταμόν. 5 *Marc. Heracl.* στάδια ξ. 6 Αναβάσεως libro. 6. c. 3.

τὰ

τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε ἤδη Παφλαγονία. ἀπὸ Παρθενίου ἐς Ἄμαστριν πόλιν Ἑλληνίδα, στάδιοι ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσίν. ἔνθεν εἰς Ἐρυθίνους, ἑξήκοντα. καὶ ἀπὸ Ἐρυθίνων εἰς Κρῶμναν, ἄλλοι ἑξήκοντα. ἐνθένδε εἰς Κύτωρον ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσὶν ἐν Κυτώρῳ. καὶ ἀπὸ Κυτώρου εἰς Αἰγιαλοὺς, ἑξήκοντα. ἐς δὲ [1] Θύμηνα, ἐνενήκοντα. καὶ εἰς Κάραμβιν, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς Ζεφύριον, ἑξήκοντα. ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου εἰς Ἀβώνου τεῖχος, πόλιν σμικρὰν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ὅρμος ναυσὶν οὐκ ἀσφαλής· ἀλλ' εὕδοιεν ἂν ἀπαθεῖς, εἰ μὴ μέγας χειμὼν κατέχοι. ἀπὸ δὲ Ἀβώνου τείχους εἰς [2] Αἰγινῆτιν, ἄλλοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς Κίνωλιν ἐμπόριον, ἄλλοι ἑξήκοντα. καὶ ἐν [3] Κινώλει σαλεύοιεν ἂν νῆες ὥρᾳ ἔτους. ἀπὸ δὲ Κινώλιος ἐς Στεφάνην, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσὶν ἀσφαλής. ἀπὸ δὲ Στεφάνης εἰς Ποταμοὺς, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε [4] εἰς Λεπτὴν ἄκραν, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. ἀπὸ δὲ Λεπτῆς ἄκρας ἐς Ἀρμήνην, ἑξήκοντα. λιμὴν αὐτόθι. καὶ [5] Ξενοφῶν τῆς Ἀρμήνης ἐμνημόνευσεν. καὶ ἔνθεν εἰς Σινώπην, [6] στάδιοι τεσσαράκοντα. Σινωπεῖς Μιλησίων ἄποικοι. ἀπὸ Σινώπης εἰς [7] Κάρουσαν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· σάλος ναυσίν. ἐνθένδε εἰς [8] Ζάγωρα, ἄλλοι αὖ πεν-

partibus defecerunt. Hinc Paphlagoniæ eſt initium. A Parthenio ad Amaſtrim urbem Græcam, ubi navium portus, nonaginta ſtadia. Inde ad Erythinos, ſexaginta. Ab Erythinis ad Cromnam, ſexaginta. Hinc ad Cytorum, ubi portus, nonaginta. A Cytoro ad Ægialos, ſexaginta. Ad Thymena, nonaginta. Ad Carambin, centum & viginti. Inde ad Zephyrium, ſexaginta. A Zephyrio ad Aboni mœnia, urbs eſt exigua, centum & quinquaginta. Portus illic navibus non admodum tutus; ubi tamen, ſi non magna ſit tempeſtas, à damno immunes commorari queant. Ab Aboni mœnibus ad Æginetim, centum & quinquaginta. Totidem Ab Ægineti ad Cinolim emporium, ubi naves certo anni tempore commodiſſime verſentur, ſexaginta. A Cinoli ad Stephanem, ubi portus navium tutus, centum & octoginta. A Stephane ad Potamos, centum & quinquaginta. Hinc ad Leptem Acram, centum & viginti. A Lepte Acra ad Harmenem, ſexaginta. Portus illic. Harmenæ autem à Xenophonte quoque fit mentio. Ab Harmena ad Sinopem, Mileſiorum coloniam, quadraginta. A Sinope ad Caruſam, ubi ſtatio maleſida navibus, centum & quinquaginta. Hinc item ad Zagora, centum &

1 Thymena forſan quæ *Arriano*, *Ptolemæo* eſt Teuthrania. 2 Malim ex *Stephano* Αἰγινήτην ſcribere. 3 Κίμωλις *Straboni*. 4 Εἰς Συριάδα ἄκραν λεπτὴν, *Marciano Heracl.* 5 Ἀναβάσεως lib. 6. c. 1. §. 9. 11. 6 Στάδια ν'. *Marciano Heracl.* 7 Κάρουσα dicitur *Scylaci*, Καροῦσα *Marciano Heracl.* 8 *Ptolemæo* Ζάγιρα. *Marciano Heracl.* Ζάγωρα.

quinquaginta. Inde ad Halym fluvium, trecenta. Hic fluvius olim regni Crœsi & Persarum terminus fuit, qui nunc in Romanorum est potestate. Fluit autem, non (ut Herodotus inquit) à Meridie, sed ab Ortu solis: ubi autem se exsolvit in mare, Sinopensium & Amisenorum rura agrosque separat. Ab Haly fluvio ad Naustathmum, ubi palus, nonaginta stadia. Hinc ad Conopeium, aliam paludem, item quinquaginta. A Conopeio ad Eusenem, centum & viginti. Ab Eusene ad Amisum, centum & sexaginta. Est autem Amisus urbs Græca, Atheniensium colonia, in mari sita. Ab Amiso ad Anconem portum, ubi Iris in Pontum exoneratur, centum & sexaginta stadia. Ab Iris ostio ad Heracleum portum, trecenta & sexaginta, ubi portus naviū. Hinc ad Thermodontem fluvium, quadraginta. Hic est ille fluvius, ubi Amazones olim sedem atque domicilium suum habuisse dicuntur. A Thermodonte ad Berim fluvium, nonaginta stadia. Inde ad Thoarim fluvium, sexaginta. A Thoari ad Oenoem, triginta. Ab Oenoe ad Phigamuntem fluvium, quadraginta. Inde ad Phadisanam castellum, centum & quinquaginta. Hinc ad Polemonium urbem, decem stadia. A Polemonio

τήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς τὸν Ἅλυν ποταμὸν, τριακόσιοι. οὗτος ὁ ποταμὸς πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς Κροίσου βασιλείας καὶ Περσῶν, νῦν δὲ ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ ῥέει, οὐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει [1] Ἡρόδοτος, ἀλλὰ ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου· καθόπη δὲ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁρίζει τὰ Σινωπέων καὶ Ἀμισηνῶν ἔργα. ἀπὸ δὲ Ἅλυος ποταμοῦ εἰς Ναύσταθμον, στάδιοι ἐνενήκοντα. ἵνα περ καὶ λίμνη ἐστίν. ἐνθένδε εἰς Κωνωπεῖον ἄλλην λίμνην, ἄλλοι αὖ πεντήκοντα. ἀπὸ δὲ Κωνωπείου εἰς [2] Εὐσήνην, ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. ἐνθένδε εἰς Ἀμισὸν, ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα. Ἀμισὸς πόλις Ἑλληνὶς, Ἀθηναίων ἄποικος, ἐπὶ θαλάττῃ οἰκεῖται. ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ εἰς Ἀγκῶνα λιμένα, ἵνα περ καὶ ὁ Ἶρις εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴριος τῶν ἐκβολῶν εἰς [3] Ἡράκλειον, ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι ὅρμος ναυσίν. ἐνθένδε ἐπὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, τεσσαράκοντα. οὗτος ὁ Θερμώδων ἐστὶν, ἵνα περ αἱ [4] Ἀμαζόνες οἰκῆσαι λέγονται. ἀπὸ δὲ Θερμώδοντος εἰς Βῆριν ποταμὸν, στάδιοι ἐνενήκοντα. ἐνθένδε εἰς Θόαριν ποταμὸν, ἑξήκοντα. ἀπὸ δὲ Θοάριος εἰς Οἰνόην, τριάκοντα. ἀπὸ Οἰνόης εἰς Φιγαμοῦντα ποταμὸν, τεσσαράκοντα. ἐνθένδε εἰς Φαδισάνην φρούριον, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς Πολεμώνιον πόλιν, στάδιοι δέκα. ἀπὸ Πο-

1 Lib. 1. c. 72. 2 Hanc *Ptolemæus* inter civitates & villas mediterraneas Paphlagoniæ ponit. *Stuckius.* 3 *Ptolemæo* Ἡρακλίους ἄκρον. 4 Vide *Petr. Petit* dissertationem de Amazonibus, cap. 28.

λεμωνίου

λιμένα εἰς [1] ἄκραν Ἰασόνιον καλουμένην, στάδιοι τριάκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς Κιλίκων νῆσον, πεντεκαίδεκα στάδιοι. ἀπὸ δὲ Κιλίκων νήσου ἐς Βοῶνα, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα· ἐν Βοῶνι ὅρμος ναυσίν. ἐνθένδε ἐς [2] Κοτύωρα, ἐνενήκοντα. ταύτης τῆς πόλεως [3] Ξενοφῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι. νῦν δὲ κώμη ἐστὶ, καὶ οὐδὲ αὐτὴ μεγάλη. ἀπὸ Κοτυώρων ἐς Μελάνθιον ποταμὸν, στάδιοι μάλιστα ἑξήκοντα. ἐνθένδε εἰς Φαρματηνὸν ἄλλον ποταμὸν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. καὶ ἐνθένδε εἰς Φαρνακείαν, εἴκοσιν καὶ ἑκατόν. αὕτη ἡ [4] Φαρνακεία πάλαι Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων καὶ αὐτὴ ἄποικος. ἐνθένδε εἰς τὴν Ἀρρηντιάδα νῆσον, τριάκοντα. καὶ ἔνθεν ἐς Ζεφύριον, εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ὅρμος ναυσίν. ἀπὸ δὲ Ζεφυρίου εἰς Τρίπολιν, στάδιοι ἐνενήκοντα. ἐνθένδε εἰς τὰ Ἀργύρια, στάδιοι εἴκοσι. ἐκ δὲ τῶν Ἀργυρείων εἰς Φιλοκάλειαν, ἐνενήκοντα. ἐνθένδε εἰς Κόραλλα, ἑκατόν. ἀπὸ δὲ Κοράλλων εἰς Ἱερὸν ὄρος, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἀπὸ δὲ Ἱεροῦ ὄρους εἰς Κορδύλην, τεσσαράκοντα· ὅρμος ναυσίν. ἀπὸ δὲ Κορδύλης ἐς Ἑρμώνασσαν, πέντε καὶ τεσσαράκοντα, καὶ δεῦρο ὅρμος. ἀπὸ δὲ Ἑρμωνάσσης εἰς Τραπεζοῦντα, στάδιοι ἑξήκοντα. ἐνταῦθα σὺ ποιεῖς λιμένα. πάλαι γὰρ, ὅσον ἀποσαλεύειν

ad promontorium Jaſonium vocatum, centum & triginta ſtadia. Hinc ad Cilicum inſulam, quindecim ſtadia. Ab hac inſula ad Boona, ubi navium portus, ſeptuaginta quinque. Hinc ad * Cotyora, nonaginta. Hujus à Xenophonte quoque fit mentio, qui eam urbem appellat & Sinopenſium coloniam; hodie vero pagus eſt, & ne is quidem magnus. A Cotyoris ad Melanthium fluvium, ad ſummum ſexaginta ſtadia. Hinc ad Pharmatenum alium fluvium, centum & quinquaginta. A Pharmateno ad Pharnaceam, centum & viginti. Hæc olim Ceraſus dicta, Sinopenſium & ipſa colonia. A Pharnacea ad Arrhentiadem inſulam, triginta. Inde ad Zephyrium, centum & viginti. ibi portus navium. A Zephyrio ad Tripolim, ſtadia nonaginta. A Tripoli ad Argyria, ſtadia viginti. Hinc ad Philocaleam, nonaginta. Hinc ad Coralla, centum. A Corallis ad Hieron oros ſeu Sacrum montem, centum & quinquaginta. A Sacro monte ad Cordylam, navium portum, quadraginta. A Cordyla vero ad Hermonaſſam, quadraginta quinque. hic rurſus portus navium. Ab Hermonaſſa Trapezuntem uſque, ſexaginta ſtadia. Hic tu portum curas fieri. nam olim erat ſtatio, in qua æſtivo tempore naves in

1 *Xenoph.* ἀναβάσεως lib. 6. c. 2. Ἰασωνίαν ἀκτὴν appellat, ἔνθα ἡ Ἀργὼ λέγεται ὁρμίσασθαι. 2 Ita *Xenophon*, & *Stephanus* locum *Arriani* citans, Κοτύωρα *Straboni*, l. 12. p. 518. 3 Ἀναβάσεως libro 5. c. 5. §. 3. *Ed. Oxon.* 4 *Straboni*, *Ptol.* & *Steph.* Φαρνακία. * Cotyorum *Plinio*, Κυτίωρον *Ptol.*

ſalo,

ſalo, & in anchoris ſtare poterant. Locorum autem intervalla, quæ inter Trapezuntem & Dioſcuriadem, ſecundum fluminum interjectorum dimenſionem, à nobis ante explicata ſunt: quæ, ſi ſimul colligamus, erunt à Trapezunte ad Dioſcuriadem, quæ nunc Sebaſtopolis dicitur, ſtadia bis mille ducenta & ſexaginta. Atque hæc quidem itineris à Byzantio Dioſcuriadem uſque, quod caſtrum imperii Romani terminus eſt, à dextris Pontum ingredientibus ſeſe offert ratio. Poſtquam autem Cotys, regis Boſpori Cimmerii dicti, obitum cognovi, operam dedi, ut hanc tibi quoque ad Boſporum navigationis itineriſque rationem notam facerem: ut, ſi quid forte de Boſporo capere velis conſilii, facilius id atque commodius, hac tibi navigatione cognita, facere poſſis.

Solventibus itaque à Dioſcuriade primus ſeſe offert portus in Pityunte, trecenta & quinquaginta ſtadia intervallo. Inde ad Niticam centum & quinquaginta ſtadia, ubi olim gens Scythica fertur habitaſſe, cujus Herodotus quoque meminit, quam ait pediculis veſci fuiſſe ſolitam; quæ certe in hodiernum uſque diem de illis eſt opinio. A Nitica ad Abaſcum fluvium, nonaginta ſtadia. Ab Abaſco diſtat Borgys centum & viginti ſtadia. A Borgy ad Neſim, ubi Herculeum promontorium eſt, ſtadia ſexaginta. A

ὥρᾳ ἔτους, ὅρμος ἦν. τὰ δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος διαστήματα μέχρι Διοσκουριάδος, προείρηται διὰ τῶν ποταμῶν ἀναμετρηθέντα. ἀθροίζονται δὲ ἀπὸ Τραπεζοῦντος εἰς Διοσκουριάδα, [1] τὴν νῦν Σεβαστόπολιν καλουμένην, στάδιοι δισχίλιοι διακόσιοι ἑξήκοντα. τάδε μὲν τὰ ἀπὸ Βυζαντίου πλεόντων ἐν δεξιᾷ ὡς ἐπὶ Διοσκουριάδα, εἰς ὅπερ στρατόπεδον τελευτᾷ Ῥωμαίοις ἡ ἐπικράτεια, ἐν δεξιᾷ εἰσπλεόντων εἰς τὸν Πόντον. ἐπεὶ δὲ ἐπυθόμην [2] Κότυν τετελευτηκέναι, τὸν βασιλέα τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἐπιμελὲς ἐποιησάμην καὶ τὸν μέχρι τοῦ Βοσπόρου πλοῦν δηλῶσαί σοι· ὡς εἴ τι βουλεύοιο περὶ τοῦ Βοσπόρου, ὑπάρχοι σοι καὶ τόνδε τὸν πλοῦν μὴ ἀγνοοῦντι βουλεύεσθαι.

Ὁρμηθεῖσιν οὖν ἐκ Διοσκουριάδος, πρῶτος ἂν εἴη ὅρμος ἐν Πιτυοῦντι, στάδιοι τριακόσιοι πεντήκοντα. ἐνθένδε ἐς τὴν Νιτικήν, στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ἵνα περ πάλαι ᾤκει ἔθνος Σκυθικόν, οὗ μνήμην ποιεῖται ὁ λογοποιὸς [3] Ἡρόδοτος. καὶ λέγει τούτους εἶναι τοὺς φθειροτρωκτέοντας. καὶ γὰρ εἰς τοῦτο ἔτι ἡ δόξα ἡ αὐτὴ ὑπὲρ αὐτῶν κατέχει. ἐκ δὲ Νιτικῆς εἰς Ἄβασκον ποταμόν, στάδιοι ἐνενήκοντα. ὁ δὲ Βόργυς τοῦ Ἀβάσκου διέχει σταδίους ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν. καὶ ὁ Νῆσις τοῦ Βόργυος, ἵνα περ καὶ Ἡράκλειον ἄκραν ἔχει, σταδίους ἑξήκοντα. ἀπὸ

1 *Plinius* tamen Sebaſtopolim à Dioſcuriade facit diverſam. 2 Forſan hic eſt ille Cotys, cujus meminit *Tacitus*, Annal. lib. 12. cap 15, 18. 3 Lib. 4. cap. 109.

ἀπὸ Νήσιος εἰς Μασαϊτικὴν, στάδιοι ἐνενήκοντα. ἐνθένδε εἰς Ἀχαιοῦντα, στάδιοι ἑξήκοντα. ὅσπερ ποταμὸς ὁρίζει [1] Ζικχοὺς καὶ Σάνιχας. Ζικχῶν βασιλεὺς Σταχέμφαξ. καὶ οὗτος παρὰ σοῦ τὴν βασιλείαν ἔχει. ἀπὸ Ἀχαιοῦντος εἰς Ἡράκλειαν ἄκραν, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν στάδιοι. ἐνθένδε εἰς ἄκραν, ἵνα περ σκέπη ἐστὶν ἀνέμου θρασκίου καὶ βορρᾶ, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς τὴν καλουμένην παλαιὰν Λαζικὴν, εἴκοσιν καὶ ἑκατὸν στάδιοι. ἐνθένδε ἐς τὴν παλαιὰν Ἀχαΐαν, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. καὶ ἐνθένδε ἐς Πάγρας λιμένα, πεντήκοντα καὶ τριακόσιοι. ἀπὸ δὲ Πάγρας λιμένος εἰς Ἱερὸν λιμένα, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς Σινδικὴν, τριακόσιοι. ἀπὸ δὲ Σινδικῆς εἰς Βόσπορον τὸν Κιμμέριον καλούμενον, καὶ πόλιν τοῦ Βοσπόρου Παντικάπαιον, τεσσαράκοντα καὶ πεντακόσιοι. ἐνθένδε ἐπὶ Τάναϊν ποταμὸν, ἑξήκοντα. ὃς λέγεται ὁρίζειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας τὴν Εὐρώπην. [2] καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης τῆς Μαιώτιδος, ἐσβάλλει δὲ εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου Πόντου. καίτοι Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ, τὸν Φᾶσιν ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ. λέγουσιν γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα. ὅτι ἥκομεν τοὺς σοὺς ἄθλους τούσδε Προμηθεῦ δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐποψόμενοι. ἔπειτα κα-

Nesi ad Masæticam, stadia nonaginta. Inde ad Achæunta fluvium, qui Zicchos atque Sanichas separat, stadia sexaginta. Zicchorum rex est Stachemphax, qui à te regnum habet. Ab Achæunte ad Herculeum promontorium, stadia centum & quinquaginta. Inde ad aliud quoddam promontorium, ubi tuta adversus Thrasciam & Boream ventos statio, centum & octoginta. Inde ad eam quæ dicitur vetus Lazica, stadia centum & viginti. Hinc ad Achaiam antiquam, centum & quinquaginta. Inde ad Pagræ portum, trecenta & quinquaginta. A Pagræ portu ad Hierum portum, centum & octoginta. Inde ad Sindicam, trecenta. A Sindica ad Bosporum Cimmerium, & Panticapæum urbem Bospori, quingenta & quadraginta. A Panticapæo ad Tanaim fluvium, qui Europam ab Asia dicitur disterminare, sexaginta. Hic quidem erumpit ex Mæotide palude, ac influit in mare Ponti Euxini. Quamvis Æschylus, in tragœdia, quæ inscribitur Prometheus solutus, Phasin Europæ atque Asiæ terminum facit: sic enim Titanas loquentes introducit, *Huc nos venimus, ô Prometheu, hos tuos labores, vinculorumque dolores visendi gratia.* Deinde

1 Forsan iidem sunt, quos Ptolemæus Ζιγχὺς & Αεγχὺς appellat. 2 *Arrianus* contra omnium opiniones illum ex Mæoti ὁρμᾶσθαι dicit. Quidni ex *Herodoto* l. 4. c. 123. sic corrigamus *Arrianum*: καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης μεγάλης. ἐκδιδοῖ δὲ εἰς λίμνην Μαιῶτιδα, ἥτις εἰσβάλλει εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου. *Stuck.*

comm emorant

comemorant, quantam regionem peragrarint. *Hac Europæ geminum, & ingentem, illac Asiæ terminum, Phasim.* Ipsius vero paludis Mæotidis ambitus fertur esse circiter stadia novem millia. A Panticapæo ad vicum quendam, cui nomen Cazeca, in mari situm, stadia quadringenta & viginti. Inde ad Theodosiam urbem desertam, stadia ducenta & octoginta. Hæc olim fuit urbs Græca, Ionica, Milesiorum colonia, multis passim literarum monumentis celebrata. A Theodosia ad portum quendam Tauroscytharum desertum, stadia ducenta. Hinc ad Halmitida Tauricam, stadia sexcenta. A Lampade ad Symboli portum Tauricum, stadia quingenta & viginti. Inde ad Cherronesum Tauricam, centum & octoginta. A Cherroneso ad Cercinetim, stadia sexaginta. A Cercineti ad Calum, portum Scythicum, alia septingenta. A Calo portu ad Tamyracam, trecenta. Intra Tamyracam palus est non admodum magna. Inde ad ostia paludis, trecenta. Ab ostiis paludis ad Eonas, stadia trecenta & octoginta. Hinc ad Borysthenem fluvium, centum & quinquaginta. Propter Borysthenem à parte superiore urbs est Græca, Olbia dicta. A Borysthene ad parvam quan-

ταλέγουσιν, ὅσην χώραν ἐπῆλθον. [1] τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης μέγαν, τῇ δ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν. τῆς δὲ λίμνης τῆς Μαιώτιδος ὁ περίπλους ἐν κύκλῳ λέγεται σταδίων ἀμφὶ τοὺς ἐνακισχιλίους. ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου εἰς κώμην Καζέκα, ἐπὶ θαλάττῃ ᾠκισμένην, στάδιοι εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι. ἐνθένδε ἐς Θεοδοσίαν πόλιν ἐρήμην, στάδιοι ὀγδοήκοντα καὶ διακόσιοι. καὶ αὕτη πάλαι ἦν Ἑλληνὶς πόλις, Ἰωνική, Μιλησίων ἄποικος. καὶ μνήμη ἐστὶν αὐτῆς ἐν πολλοῖς γράμμασιν. ἐνθένδε εἰς λιμένα Σκυθοταύρων ἔρημον, στάδιοι διακόσιοι. καὶ ἔνθεν εἰς Αλμίτιδα τῆς Ταυρικῆς, στάδιοι ἑξακόσιοι. ἀπὸ δὲ Λαμπάδος εἰς [2] Συμβόλου λιμένα Ταυρικὸν καὶ τοῦτον, στάδιοι εἴκοσι καὶ πεντακόσιοι. καὶ ἔνθεν εἰς Χερρόνησον τῆς Ταυρικῆς, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. ἀπὸ δὲ Χερρονήσου εἰς Κερκινῆτιν, στάδιοι ἑξακόσιοι. καὶ ἀπὸ [3] Κερκινήτιδος ἐς Καλὸν λιμένα Σκυθικὸν καὶ τοῦτον, ἄλλοι ἑπτακόσιοι. ἐκ δὲ Καλοῦ λιμένος εἰς Ταμυράκην, τριακόσιοι. ἔσω δὲ τῆς Ταμυράκης λίμνη ἐστὶν οὐ μεγάλη. καὶ ἔνθεν εἰς τὰς ἐκροὰς τῆς λίμνης, ἄλλοι τριακόσιοι. ἐκ δὲ τῆς ἐκροῆς τῆς λίμνης ἐς Ἠόνας, στάδιοι ὀγδοήκοντα καὶ τριακόσιοι. καὶ ἔνθεν εἰς ποταμὸν Βορυσθένην, πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. ὑπὲρ δὲ τοῦ Βορυσθένην ἄνω πλέοντι, πόλις Ἑλληνὶς ὄνομα Ὀλβία πεπόλισται. ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ἐπὶ νῆσον σμι-

1 Πῆ μὲν & mox πῆ δὲ in *Editione Basiliensi.* 2 Συμβόλων λιμὴν *Straboni*, l. 7. p. 309. 3 Carcinitem sinum, & urbem Carcinem memorat *Mela*, l. 2. c. 1.

κρὰν

...νον ἐρήμην καὶ ἀνώνυμον, στάδιοι ἑξήκοντα. καὶ ἔνθεν εἰς [1] Ὀδησσὸν, ὀγδοήκοντα· ἐν Ὀδησσῷ ὅρμος ναυσί. ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ ἔχεται Ἰστριανῶν λιμὴν, στάδιοι εἰς αὐτὸν πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. ἐνθένδε ἔχεται Ἰσιακῶν λιμὴν, στάδιοι εἰς αὐτὸν πεντήκοντα. καὶ ἔνθεν εἰς τὸ [2] Ψιλὸν καλούμενον στόμα τοῦ Ἴστρου, διακόσιοι καὶ χίλιοι. τὰ δὲ ἐν μέσῳ, ἔρημα καὶ ἀνώνυμα. κατὰ τοῦτο μάλιστα τὸ στόμα, ἐπ' εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ Ἀπαρκτίᾳ ἰδίως τὸ πέλαγος, νῆσος προκεῖται ἣν τινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ [3] Δρόμον Ἀχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσιν. ταύτην λέγεται Θέτις ἀνεῖναι τῷ παιδί· [5] καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα. καὶ νεώς ἐστιν ἐν αὐτῇ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ ξόανον τῆς παλαιᾶς ἐργασίας. ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστὶν, νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς· καὶ ταύτας ἀνατιθέναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ ὅσοι προσίσχουσι. καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα ἀνάκειται ἐν τῷ νεῷ, φιάλαι καὶ δακτύλιοι, καὶ λίθοι τῶν πολυτελεστέρων. ταῦτα σύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ ἀνάκειται. καὶ ἐπιγράμματα τὰ μὲν Ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ Ἑλληνικῶς, πεποιημένα ἐν ἄλλῳ καὶ ἐν ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. ἔστιν δὲ ἃ καὶ τοῦ Πατρόκλου. καὶ γὰρ καὶ τὸν Πάτροκλον τιμῶσιν σὺν τῷ Ἀχιλλεῖ, ὅσοι τῷ Ἀχιλλεῖ χαρίζε-

dam desertam nomineque carentem insulam, stadia sexaginta. Ab hac ad Odessum, ibi portus navium, octoginta. Odesso proximus, stadia ducenta & quinquaginta intervallo, Istrianorum portus. Huic proximus Isiacorum portus, stadia quinquaginta intervallo. Inde ad Psilum os Istri, mille & ducenta. Quæ vero loca sunt interposita, ea deserta sunt, nomine carentia atque obscura. Huic autem Istri ostio insula adjacet, quæ alicui recta secundum ventum Aparctiam naviganti occurrit, quam alii Achillis insulam, alii Dromon Achillis, alii Leucam à colore appellant. Hanc Thetis filio suo concessisse, eamque Achilles inhabitare fertur, in qua ei templum, simulacrumque antiquo opere sunt consecrata. Deserta est ab hominibus, eamque capræ non admodum multæ depascuntur, quas qui illuc appellunt Achilli offerre dicuntur. Multa præterea alia sacra dona in templo illo reposita cernuntur, ut phialæ, annuli, gemmæ pretiosissimæ. Hæc omnia donaria Achilli suspensa. Epigrammata quoque ibi sunt Græca & Latina, variis modis ac metris in Achillis pariter atque Patrocli laudem composita. Nam qui Achillem, ii Patroclum simul eadem opera colunt &

1 Forsan legendum Ὀρδησσὸν ex *Ptolemæo*, lib. 3. cap. 5. *Stuckius*. 2 Alii ...ον appellant. 3 Cæteri scriptores Achillis insulam, Leucam dictam, ab Achillis Dromo separant. 4 De Achille illo, à quo & insula Leuca & peninsula dicta Dromos fuit appellata, vide *Eustathium* ad *Dionysium*, v. 336. 5 Achillis & Heroum animas illic obversari dicit *Dionysius*, v. 545.

venerantur.

venerantur. Aves quoque innumerabiles, ut lari, mergi, sive fulicæ, coturnices maritimæ, in insula illa degunt. Hæ aves templum Achillis curant. Mane enim singulis diebus mare petunt, indeque alis aqua madefactis ad templum advolantes, & templum adspergunt: ubi autem humectatum fuerit, eædem aves rursus alis ceu scopis verrunt atque purgant. A nonnullis hæc quoque traduntur. Illos quidem, qui data opera ad insulam accedunt, bestias secum ad immolandum in navibus portare, quarum alias mactent, alias vero vivas Achilli offerant. At vero qui tempestate quadam forte fortuna eo delati sunt, eos ab ipso deo petere hostiam, eumque consulere, expediatne utileque sit eam hostiam immolare, quam pascentem ipsi delegerint; precium simul, quod illis justum videtur, pendentes, atque ad altare abjicientes. Quod si oraculum renuat (sunt enim oracula in illo templo) precio semper aliquid addunt atque adjiciunt, donec illud oraculo permittente atque annuente justum esse cognoscant. Quo facto, ipsa deinde bestia coëmpta atque immolanda, sua se sponte in templo sistit, nec amplius aufugit. Magna itaque vis pecuniarum ex immolandorum hujusmodi animalium precio confecta atque collecta, in templo illo reposita esse fertur. Achillem præterea iis qui ad insulam jam appellunt, vel ei appropinquant, in somnis aiunt apparere

σθαι ἐθέλουσιν. ὄρνιθες δὲ πολλοὶ αὐλίζονται ἐν τῇ νήσῳ, λάροι καὶ αἴθυιαι καὶ κορῶναι αἱ θαλάσσιαι, τὸ πλῆθος οὐ σταθμητοί. οὗτοι οἱ ὄρνιθες θεραπεύουσιν τοῦ Ἀχιλλέως τὸν νεών. ἕωθεν ὁσημέραι καταπέτονται εἰς τὴν θάλασσαν. ἔπειτα ἀπὸ τῆς θαλάσσης βεβρεγμένοι τὰ πτερὰ, σπουδῇ αὖ εἰσπέτονται εἰς τὸν νεών, καὶ ῥαίνουσι τὸν νεών. ἐπειδὰν δὲ καλῶς ἔχῃ, οἱ δὲ ἐκκαλλύνουσιν αὖ τὸ ἔδαφος τοῖς πτεροῖς. οἱ δὲ καὶ τάδε ἱστοροῦσιν. τῶν προσεσχηκότων τῇ νήσῳ, ἱερεῖα τοὺς μὲν ἐξεπίτηδες πλέοντας ἐς αὐτὴν, ἐπὶ τῶν ναυσὶν κομίζειν, καὶ τούτων τὰ μὲν καταθύειν, τὰ δὲ ἀφιέναι τῷ Ἀχιλλεῖ. τοὺς δέ τινας ὑπὸ χειμῶνος ἐξαναγκασθέντας προσσχεῖν· καὶ τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ αἰτεῖν ἱερεῖον, χρωμένους ἐπὶ τῶν ἱερείων, εἰ λῷον σφίσιν καὶ ἄμεινον θῦσαι, ὅ, τι περ αὐτοὶ τῇ γνώμῃ ἐπιλέξαιντο νεμόμενον, τιμὴν ἅμα καταβάλλοντες τὴν ἀξίαν σφίσιν δοκοῦσαν. εἰ δὲ ἀπαγορεύοι ὁ χρησμὸς, εἶναι γὰρ χρησμοὺς ἐν τῷ νεῷ, προσβάλλειν τῇ τιμῇ. εἰ δὲ ἔτι ἀπαγορεύοι, ἔτι προσβάλλειν. συγχωρήσαντος δὲ, γιγνώσκειν ὅτι ἀποχρῶσα ἡ τιμή ἐστιν. τὸ δὲ ἱερεῖον ἵστασθαι ἐπὶ τῷ δὲ αὐτόματον, μηδὲ ἀποφεύγειν ἔτι. καὶ τοῦτο δὴ πολὺ ἀνακεῖσθαι τὸ ἀργύριον τῷ ἥρῳ τὰς τιμὰς τῶν ἱερείων. φαίνεσθαι δὲ ἐνύπνιον τὸν Ἀχιλλέα, τοῖς μὲν προσέχουσι τῇ νήσῳ, τοῖς δὲ καὶ πλέουσιν ἐπειδὰν

parere

ἢ πόῤῥω αὐτῆς ἀποσχῶσιν, καὶ φράζειν ὅπου προσχεῖν τῆς νήσου ἄμεινον, καὶ ὅπου ὁρμίσασθαι. οἱ δὲ καὶ [1] ὕπαρ λέγουσιν φανῆναι σφίσιν, ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ ἢ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ κέρως τὸν Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους. τοσόνδε μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὸν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς πανταχοῦ πλωϊζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται· καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται. ὁ δὲ τοῖς πελάζουσιν ἤδη τῇ νήσῳ. οἱ δὲ καὶ τὸν Πάτροκλον σφίσιν ὀφθῆναι ἐνύπνιον λέγουσιν. τάδε μὲν ὑπὲρ τῆς νήσου τῆς τοῦ Ἀχιλλέως, ἀκοὴν ἀνέγραψα, τῶν ἢ αὐτῶν προσχόντων, ἢ ἄλλων πεπυσμένων. καί μοι δοκεῖ οὐκ ἄπιστα εἶναι. Ἀχιλλέα γὰρ ἐγὼ πείθομαι, εἴπερ τινὰ καὶ ἄλλον, ἥρωα εἶναι, τῇ τε εὐγενείᾳ τεκμαιρόμενος, καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ νέον μεταλλάξαι ἐξ ἀνθρώπων, καὶ τῇ Ὁμήρου ἐπ' αὐτῷ ποιήσει, καὶ τῷ ἐρωτικὸν γενέσθαι καὶ φιλέταιρον, ὡς καὶ ἐπαποθανεῖν ἑλέσθαι τοῖς παιδικοῖς. ἀπὸ δὲ τοῦ Ψιλοῦ καλουμένου στόματος τοῦ Ἴστρου, ἐς τὸ δεύτερον στόμα, στάδιοι ἑξήκοντα. ἐνθένδε ἐπὶ τὸ Καλὸν καλούμενον στόμα, στάδιοι τεσσαράκοντα. καὶ ἀπὸ τοῦ Καλοῦ ἐπὶ [2] τὸ Νάρακον, ὧδε ὀνομαζόμενον, στόμα τέταρτον τοῦ Ἴστρου, στάδιοι ἑξήκοντα. ἐνθένδε ἐπὶ τὸ πέμπτον,

parere, iisque significare quanam ex parte ad insulam commodissime appellere queant. Nonnulli quoque non dubitant affirmare ipsum Achillem non in somnis, sed vigilantibus sibi visibili specie atque forma, ut solent Dioscuri, in mali sive antennæ fastigio apparuisse. Hoc solo volunt eum à Dioscuris differre, quod illi quidem passim atque ubique navigantibus specie evidenti atque perspicua appareant, & visi salutiferi sint; at vero Achilles iis tantum, qui ad hanc insulam accedunt. Nonnulli ipsum quoque Patroclum sibi in somnis visum esse ajunt. Atque hæc quidem de Achillis insula refero audita tantum ab iis, qui vel ipsi illuc appulerunt, vel ab aliis intellexerunt, quæ mihi quidem fide digna videntur esse. Achillem enim, si quem alium, heroa fuisse facile mihi persuadeo, his ductus conjecturis, quod nimirum & nobilitate, & pulcritudine, animique robore præstans fuerit, & juvenis admodum vitam cum morte commutarit, & ab Homero egregie celebratus fuerit, denique quod in amoribus atque amicitiis colendis & tuendis ita fuerit constans & firmus, ut mortem quoque pro amoribus suis oppetere non dubitarit. A Psilo Istri ostio, ad secundum ejusdem ostium, stadia sexaginta. Hinc ad Calum appellatum ostium, stadia quadraginta. A Calo ad Naracum, sic nominatum, quod est quartum Istri ostium, stadia sexaginta. Hinc ad quintum,

1 Hesych. ὕπαρ, ὄναρ μεθ' ἡμέραν ἀληθές. 2 Lege τὸ Ἄρακον

tum, centum & viginti. Ab hoc ad Istriam urbem, stadia quingenta. Ab Istria ad Tomeas urbem, stadia trecenta. A Tomea ad Callantram urbem, ubi portus, alia trecenta. Hinc ad Carum portum, centum & octoginta. Ipsa regio quæ est circumcirca portum illum, Caria appellatur. A Carum portu ad Tetrisiada, stadia centum & viginti. Inde ad Bizum locum desertum, stadia sexaginta. A Bizo ad Dionysopolim, stadia octoginta. Hinc ad Odessum, ubi portus, ducenta. Ab Odesso usque ad radices sive latera Hæmi montis, quæ in Pontum usque protenduntur, ubi portus, stadia trecenta & sexaginta. Ab Hæmo ad Mesembriam urbem, ubi portus, nonaginta. A Mesembria ad Anchialum urbem, stadia septuaginta. Ab Anchialo ad Apolloniam, centum & octoginta. Hæ omnes sunt urbes Græcæ in Scythia sitæ, quæ occurrunt à sinistris in Pontum navigantibus. Ab Apollonia ad Cherronesum, ubi portus navium, stadia sexaginta. A Cherroneso ad Aulæi mœnia, ducenta & quinquaginta. Hinc ad Thyniada littus, centum & viginti. A Thyniade ad Salmydessum, stadia ducenta. Hujus regionis à Xenophonte quo-

εἴκοσι καὶ ἑκατόν. καὶ ἔνθεν εἰς [1] Ἰστρίαν πόλιν, στάδιοι πεντακόσιοι. ἐνθένδε εἰς Τομέας πόλιν, στάδιοι τριακόσιοι. ἀπὸ δὲ Τομέας εἰς Κάλλαντραν πόλιν, ἄλλοι τριακόσιοι· ὅρμος ναυσίν. ἐνθένδε ἐς Καρῶν λιμένα, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος, Καρία κλήζεται. ἀπὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς Τετρισιάδα, στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐνθένδε εἰς [2] Βίζον, χωρίον ἔρημον, στάδιοι ἑξήκοντα. ἀπὸ δὲ Βίζου εἰς Διονυσόπολιν, στάδιοι ὀγδοήκοντα. ἐνθένδε εἰς Ὀδησσὸν, διακόσιοι· ὅρμος ναυσίν. ἐκ δὲ Ὀδησσοῦ εἰς τοῦ Αἵμου τὰς ὑπωρείας, αἳ δὴ εἰς τὸν Πόντον καθήκουσι, στάδιοι τριακόσιοι ἑξήκοντα· καὶ δεῦρο ὅρμος ναυσίν. ἐκ δὲ τοῦ Αἵμου εἰς Μεσημβρίαν πόλιν, ἐνενήκοντα· ὅρμος ναυσίν. καὶ ἐκ Μεσημβρίας εἰς Ἀγχίαλον πόλιν, στάδιοι ἑβδομήκοντα. καὶ ἐξ [3] Ἀγχιάλου εἰς Ἀπολλωνίαν, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν. αὗται πᾶσαι αἱ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν, ᾠκισμέναι ἐν τῇ Σκυθίᾳ, ἐν ἀριστερᾷ ἐσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον. ἐκ δὲ Ἀπολλωνίας ἐς Χερρόνησον, στάδιοι ἑξήκοντα· ὅρμος ναυσίν. καὶ ἐκ Χερρονήσου εἰς Αὐλαίου τεῖχος, πεντήκοντα καὶ διακόσιοι. ἐνθένδε εἰς Θυνιάδα ἀκτὴν, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς [4] Σαλμυδησσὸν, στάδιοι διακόσιοι. τούτου τοῦ χωρίου μνήμην πεποίηται [5] Ξενοφῶν ἐ-

1 *Ptol.* Ἴστρος πόλις, Τόμοι, Καλλατία, Διονυσόπολις, Τετρισιάς ἄκρα, Ὀδησσὸς, Μεσημβρία. 2 Forsan Βιζώνη *Strabonis*, cujus magnam partem terræ-motibus haustam esse dicit, l. 7. p. 319. 3 Ἀγχιάλη dicitur *Straboni*. 4 Ἁλμυδησσὸς plerisque Græcorum. nonnullis tamen, Σαλμυδησσός. 5 Ἀναβάσεως lib. 7. c. 5. §. 7.

πρεσβύτερ

φιλοσοφώτερος. καὶ μέχρι τούτου λέγει τὴν στρατιὰν ἐλθεῖν τῶν Ἑλλήνων, ἧς αὐτὸς ἡγήσατο, ὅτε τὰ τελευταῖα σὺν Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ ἐστράτευσεν. καὶ περὶ τῆς ἀλιμενότητος τῆς χώρας πολλὰ ἀνέγραψεν, ὅτι ἐνταῦθα ἐκπίπτει τὰ πλοῖα χειμῶνι βιαζόμενα. καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ πρόσχωροι ὅτι ὑπὲρ τῶν ναυαγίων ἐν σφίσιν διαμάχονται. ἀπὸ δὲ Σαλμυδησσοῦ εἰς Φρυγίαν, στάδιοι τριάκοντα καὶ τριακόσιοι. ἐνθένδε ἐπὶ Κυανέας, εἴκοσι καὶ τριακόσιοι. αὗται δὲ αἱ Κυάνεαι εἰσὶν, ἃς λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι· καὶ διὰ τούτων πρώτην ναῦν περάσαι τὴν Ἀργὼ, ἥ τις ἐς Κόλχους Ἰάσονα ἤγαγεν. ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου, ἵνα περ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, στάδιοι τεσσαράκοντα. ἐνθένδε εἰς λιμένα Δάφνης, τῆς μαινομένης καλουμένης, στάδιοι τεσσαράκοντα. ἀπὸ δὲ Δάφνης εἰς Βυζάντιον, ὀγδοήκοντα. τάδε μὲν καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θρᾴκιον καὶ πόλιν Βυζάντιον.

que ſeniore fit mentio, qui huc uſque Græcorum exercitum penetraſſe ſcribit, cujus ipſe dux exſtiterit, quando poſtremo cum Seutha Thrace ſtipendia fecit. Multis quoque idem deſcribit, quam difficilis ea ſit ac importuoſa regio, quod naves vi tempeſtatis eo ejectæ pereunt: ac quomodo Thraces accolæ pro naufragio inter ſe digladiantur. A Salmydeſſo ad Phrygiam, ſtadia trecenta & triginta. Inde ad Cyaneas, trecenta & viginti. Hæ ſunt Cyaneæ illæ, quas poëtæ olim finxerunt vagas & errantes fuiſſe; per quas prima navis Argo tranſierit, qua Jaſon in Colchos vectus fuit. A Cyaneis ad fanum Jovis Urii, ubi os Ponti, ſtadia quadraginta. Inde ad portum Daphnes, quæ Inſana dicitur, ſtadia quadraginta. A Daphne Byzantium uſque, octoginta. Atque hæc ſeſe offerunt in navigatione illa, quæ eſt à Boſporo Cimmerio ad Boſporum Thracium, ipſamque urbem Byzantium.

ΤΕΛΟΣ. FINIS.

TH

M

ΑΡΡΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

ARRIANI

PERIPLUS

MARIS ERYTHRÆI.

Interprete Jo. Guilielmo Stuckio Tigurino.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ
ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

ARRIANI
PERIPLUS
MARIS ERYTHRÆI.

ΤΩΝ ἀποδεδειγμένων ὅρμων τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ἐμπορίων, πρῶτός ἐστι λιμὴν τῆς Αἰγύπτου [1] Μυὸς ὅρμος. μετὰ δὲ αὐτὸν εἰσπλεόντων ἀπὸ χιλίων ὀκτακοσίων σταδίων, ἐν δεξιᾷ ἡ Βερενίκη. ἀμφοτέρων οἱ λιμένες, ἐν τῷ ἐσχάτῳ τῆς Αἰγύπτου· κόλποι δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κεῖνται. τούτων ἐκ μὲν τῶν δεξιῶν ἀπὸ Βερενίκης συναφὴς ἡ [2] Τισηβαρικὴ χώρα ἐστί. τὰ μὲν παρὰ θάλασσαν, Ἰχθυοφάγων [3] μάνδραις

INTER insignes celebresque maris Erythræi portus, & emporia, primus est Ægypti portus, Myoshormos: à quo introrsum navigantibus, mille & octingentorum stadiorum intervallo, à dextris Berenice occurrit. Utriusque vero portus in extremis Ægypti finibus jacent, & ipsius Erythræi maris sinus sunt. Hos à dextris post Berenicem proxime attingit Tisebarica regio, cujus maritimam quidem partem Ichthyophagi incolunt,

1 Qui & Ἀφροδίτης ὅρμος dictus est *Agatharchidi*, p. 54. & *Straboni*, l. 16. p. 769.
2 Forsan immutatis ac transpositis litteris legendum ἡ γῆ Ἀραβική. Nam infra Auctor noster à sinistris Berenices post Myoshormum paucorum dierum intervallo ponit Album vicum, ac deinceps iisdem fere quibus hic verbis utitur, μετὰ δὲ ταύτην εὐθέως ἐστὶν συναφὴς Ἀραβικὴ χώρα. *Stuckius*. 3 Idem testatur *Strabo*, l. 16. ut & *Agatharchides* de Mari rubro. Ichthyophagi, gens Troglodytica, qui specus excavant, & inde nomen à subeundis terris: est enim τρώγλη caverna.

sparsim

ſparſim hinc inde tuguria in anguſtiis ſita inhabitantes; mediterraneam vero Barbari tenent, & qui poſt eos ſunt, Agriophagi, atque Moſchophagi, tyrannorum imperio ſubjecti. His à tergo imminet mediterranea regio, à partibus occaſum ſpectantibus. Poſt Moſchophagos juxta mare parvum eſt emporium, diſtans à principio ſinus circiter quatuor ſtadiorum millia, quod Ptolemais Therôn, hoc eſt, venationum appellatur, ex quo Ptolemæi regis venatores ad venandum excurrere conſueverunt. Habet emporium illud teſtudinem veram, & terreſtrem exiguam, atque candidam minoribus teſtis præditam. Invenitur quoque in eo nonnunquam parum eboris, quod ſimile eſt Adulitico. Locus autem ille eſt importuoſus, & ſcaphis tantum permeari poteſt. Poſt Ptolemaida Therôn, ſtadiorum circiter trium millium intervallo, Aduli emporium legitimum jacet, in ſinu profundo, auſtrum ſpectans. E regione illius eſt inſula, quæ Orine dicitur, intimo ſinu, in pelagus circiter ſtadia ducenta protenſa: cui ab utraque parte continens adjacet, in quam nunc appellunt naves, propter excurſiones quæ terra fiunt. Primo enim appellebatur ad ipſum intimum ſinum in inſula Diodori, ad quam

ratas vocant. Porro ex utriſque illis emporiis in Barygazam & Arabiam pinici multum quidem, ſed Indico deterius importatur: necnon purpura, veſtis quæ ibi fit, vinum, palma plurima, aurum, mancipia. Poſt Omaniticam regionem juxta ipſam viam ſinus ſequitur Terabdon nominatus, qui ſub alio eſt regno, in cujus medio ſinus dilatatur. Propter hunc fluvius eſt navibus recipiendis aptus, cujus in oſtio exiguum eſt emporium Horæa dictum, juxta quod civitas ſita eſt mediterranea ſeptem dierum itinere à mari diſtans, ubi ſedes eſt regia. Regio illa feraciſſima eſt frumenti, vini, oryzæ, palmarum: in continente autem nihil aliud naſcitur quam bdellium. Hanc regionem, continente jam ob ſinuum profunditatem ab ortu velut in cornua excurrente ſeque incurvante, excipiunt maritimæ partes Scythiæ, boream verſus ſitæ, admodum humiles. Deinceps Sinthus fluvius, maris rubri fluviorum omnium maximus, copioſiſſima aquarum vi in mare ſeſe exonerans. Quo fit, ut longo admodum ſpatio in alto mari, antequam regionem attingas, aqua ex illo fluvio candida occurrat. Præterea illi qui ex alto veniunt hoc potiſſimum ſigno deprehendunt

1 *Ortelio* idem eſſe videtur cum ſinu Paragonico. 2 An Ωρα *Ptolemæi*? 3 In Ed. *Baſil.* ἐξ ὧν. 4 *Ptolemæus* Sinthum inter Indi oſtia numerat. Veriſimile eſt igitur oſtium illud ſeu omnium maximum pro toto fluvio fuiſſe uſurpatum, eoque nomine *Arrianum* illum inſigniviſſe. *Stuck.*

hendunt se regionem illam attigisse, si nimirum serpentes ex profundo obvii fiant. Locorum enim superiorum, & eorum quæ sunt circa Persidem, notæ ac indicia sunt Graæ sic ab illis appellatæ. Septem sunt istius fluminis ostia, sed exilia admodum atque palustria; ita ut non sint navigabilia excepto medio, in quo etiam maritimum est emporium barbaricum, cui opposita est insula parva, & à tergo metropolis Scythiæ mediterranea, Minnagara nominata. Parthorum est subjecta imperio, qui assidue mutuo sese inde expellunt. Naves itaque diversis locis Barbarici emporii portum subeunt, merces vero omnes per fluvium ipsi regi in metropolim adferuntur. In emporium illud vestium simplicium quidem multum, adulterinarum autem parum importatur. Ad hæc polymita, chrysolithus, corallium, styrax, thus, vasa vitrea, argentum cælatum, numismata, vinum non multum. Contra exportatur costus, bdellium, lycium, nardus, callaïna gemma, sapphirus, sericæ pelles, othonium, filum sericum, Indicum nigrum. Eo navigant cum Indicis mercibus mense Julio, qui ipsis est Epiphi. Navigatio hæc difficiles quidem habet accessus, at pronior est & brevior. Post

τοῖς ἐκ πελάγους ἐρχομένοις, οἱ προαπαντῶντες ὄφεις ἐκ τοῦ βάθους. τῶν μὲν ἐπάνω καὶ περὶ τὴν Περσίδα τόπων σημεῖόν ἐστιν αἱ λεγόμεναι [1] γράαι. ἑπτὰ δὲ οὗτος ὁ ποταμὸς ἔχει στόματα, λεπτὰ δὲ ταῦτα καὶ τεναγώδη. καὶ τὰ μὲν ἄλλα διάπλουν οὐκ ἔχει, μόνον δὲ τὸ μέσον, ἐφ' οὗ καὶ τὸ παραθαλάσσιον ἐμπόριόν ἐστιν [2] Βαρβαρικόν. προκεῖται δὲ αὐτοῦ νησίον μικρόν· καὶ κατὰ νώτου μεσόγειος, ἡ μητρόπολις αὐτῆς τῆς Σκυθίας [3] Μινναγάρ. βασιλεύεται δὲ ὑπὸ Πάρθων, συνεχῶς ἀλλήλους ἐκδιωκόντων. τὰ μὲν οὖν πλοῖα κατὰ τὸ Βαρβαρικὸν διορμίζονται, τὰ δὲ φορτία πάντα εἰς τὴν μητρόπολιν ἀναφέρεται διὰ τοῦ ποταμοῦ τῷ βασιλεῖ. προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον ἱματισμὸς ἁπλοῦς ἱκανὸς, καὶ νόθος οὐ πολὺς, [4] πολύμιτα, καὶ χρυσόλιθον, καὶ κοράλλιον, καὶ στύραξ, καὶ λίβανος, καὶ ὑαλᾶ σκεύη, καὶ ἀργυρώματα, καὶ χρῆμα, οἶνος δὲ οὐ πολύς. ἀντιφορτίζεται δὲ κόστος, βδέλλα, λύκιον, νάρδος, καὶ [5] καλλαϊνὸς λίθος, καὶ σάπφειρος, καὶ σηρικὰ δέρματα, καὶ ὀθόνιον, καὶ νῆμα σηρικὸν, καὶ Ἰνδικὸν μέλαν. ἀνάγονται δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ πλέοντες μετὰ τῶν Ἰνδικῶν περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅς ἐστιν Ἐπιφί. δυσεπίβολος μὲν, [6] ἐπιφορώτατος δὲ ἐκείνων καὶ συντομώτερος ὁ πλοῦς. μετ'

1 Dubito an hoc quoque fuerit certum quoddam genus serpentum, an vero spumæ aquæ sic appellatæ à Græcis, seu canæ vetulæ. nam & serpentes & aquarum albedo signum appropinquationis ad terram. *Stuck.* 2 *Ptolemæus* de situ Indoscythiæ in insulis ab Indo factis has duas urbes ponit, Πατάλα & Βαρβάρει. 3 Infra Μινναγάρα appellatur. Μιναγάρα *Ptolemæo.* 4 Restituit *Stuckius.* [illegible] in *Ed. Basil.* 5 [illegible] *Ed. Bas.* 6 Lege [illegible] *Stuck.*

di

μετὰ δὲ τὸν Σίνθον ποταμὸν ἕτερός ἐστιν κόλπος ἀθεώρητος παρὰ τὴν βορέαν. ὀνομάζεται δὲ Εἰρινόν. ἐπιλέγεται δὲ τὸ μὲν μικρὸν, ὁ δὲ μέγα. πελάγη δὲ ἐστὶν ἀμφότερα τεναγώδη, καὶ δίνας μακρὰς ἔχοντα καὶ συνεχεῖς καὶ μακρὰς ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς πολλάκις, τῆς ἠπείρου μηδὲ βλεπομένης, ἀποκέλλειν τὰ πλοῖα· ἐνδοτέρω δὲ περιληφθέντα, καὶ ἀπόλλυσθαι. τούτου δὲ [1] ὑπέρκειται τοῦ κόλπου ἀκρωτήριον ἐπικαμπὲς ἀπὸ τοῦ ὅρμου μετὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὸν νότον ὡς εἰς τὴν δύσιν, ἐμπεριλαμβάνον αὐτὸν τὸν κόλπον λεγόμενον [2] Βαράκης, νήσους ἑπτὰ ἐμπεριειλημμένος. οὗ περὶ μὲν τὰς ἀρχὰς οἱ περιπεσόντες, ὀλίγον ὀπίσω καὶ εἰς τὸ πέλαγος ἀναδραμόντες, ἐκφεύγουσιν· οἱ δὲ εἰς αὐτὴν κατακλεισθέντες τὴν τοῦ Βαράκου κοιλίαν, ἀπόλλυνται. τό, τε γὰρ κῦμα μέγα καὶ βαρὺ λίαν, ἡ δὲ θάλασσα ταραχώδης καὶ θολερὰ, καὶ δίνας ἔχουσα καὶ ῥοώδεις εἰλίγγους. ὁ δὲ βυθὸς ἐν τισὶ μὲν ἀπόκοπος, ἐν τισὶ δὲ πετρώδης, καὶ ἀπόξυρος, ὥστε τέμνεσθαι τὰς παρακειμένας ἀγκύρας, ἀντέχειν ἀποκοπτομένας, ἃς δὲ καὶ συντριβομένας ἐν τῷ βυθῷ. σημεῖον δ' αὐτῶν τοῖς ἀπὸ πελάγους ἐρχομένοις, οἱ προαπαντῶντες ὄφεις ὑπερμεγέθεις καὶ μέλανες. ἐν γὰρ τοῖς μετὰ ταῦτα τόποις, καὶ τοῖς περὶ Βαρύγαζαν, μικρότεροι καὶ τῷ χρώματι χλωροὶ καὶ χρυσίζοντες ὑπαν-

Sinthum fluvium alius eſt ſinus verſus boream, obſcurus difficiliſque viſu, qui Irinus appellatur: qui una ex parte magnus, ex altera parvus dicitur. Utraque autem maria ſunt paluſtria, vortices habentia celeres continuoſque & remotos à terra, ita ut ſæpenumero naves terra adhuc non apparente in brevia impingant, & raptæ interius vorticibus illis mergantur & intereant. Supra hunc ſinum eminet promontorium, quod ſtatim incurvatur ab ipſo portu ad ortum atque meridiem verſus occaſum, ipſum ſinum complectens, qui Baraces dicitur, ſeptem inſulas gremio ſuo coercens. Hujus qui in principium incidunt, ſi paululum retro in altum recedant, ſalvi evadunt: at vero qui in intimum Baracis quaſi ventrem ſive receſſum includuntur, illi omnino pereunt. Nam & fluctus grandes ſunt ac graves, ipſumque mare turbulentum, tempeſtuoſum, crebris rapidiſſque vorticibus infeſtum. Ipſum vero profundum maris quibuſdam in locis eſt præruptum, in aliis ſaxoſum, novaculæ inſtar acutum; ita ut anchoræ, jactæ navis inhibendæ retinendæque cauſa, ſtatim in ipſo jactu à ſaxis ſecentur, vel in profundo conterantur. Signum autem horum locorum iis qui ex alto mari veniunt, ſunt ſerpentes obvii prægrandes & nigri. Nam in iis locis quæ ſequuntur, & circa Barygazam, ſerpentes minores colore viridi atque aureo præditi occur-

1 Ὑπερκεῖ in *Ed. Baſ.* 2 Βαράκην appellat *Ptol.* Vide *Salmaſii* Exerc. Plin. p. 835.

runt.

runt. Baracem proxime ſequitur ſinus Barygazenus, atque initium regni tum Mambari, quod eſt juxta Arabicam regionem, tũ univerſæ Indiæ. Hujus pars quidem mediterranea Scythiæ Iberiam attingit, maritima autem Synraſtrena appellatur. Fertilis eſt illa regio frumenti, oryzæ, olei ſeſamini, butyri, carpaſi, & quæ ex illo conficiuntur telarum Indicarum. Armentorum autem maxima copia in ea eſt, & viri vaſtis corporibus, nigroque colore imbuti. Metropolis univerſæ regionis eſt Minnagara, ex qua magna telarum Indicarum copia Barygazam convehitur. Iſtis in locis ad hodiernum uſque diem exercitus Alexandri veſtigia ac monumenta ſervantur, cujuſmodi ſunt antiqua ſacella, altaria, fundamenta caſtrorum, putei maximi. Regionis hujuſce prænavigatio à Barbarico emporio ad Barygazenum promontorium Papica nuncupatum, quod eſt juxta Aſta & Traperã, ſtadiorum tria millia complectitur. Poſt illud alius locus ſequitur fluctibus expoſitus, boream verſus ipſum vergens, cujus ad oſtium inſula eſt Bæones nuncupata: in intimo autem receſſu ingens eſt fluvius qui Mais dicitur. Hunc ſinum tranſeunt qui per altum mare ſtadiorum trecentorum ſpatio Barygazam navigant, & relicta

πᾶσι. μετὰ δὲ τὸν Βαράκην εὐθὺς ἐστιν ὁ Βαρυγάζων κόλπος, καὶ ἡ πρὸς τῆς [1] Ἀραβικῆς χώρας τῆς [2] Μαμβάρου βασιλείας ἀρχὴ, καὶ τῆς ὅλης Ἰνδικῆς οὖσα. ταύτης τὰ μὲν μεσόγεια τῆς Σκυθίας συνορίζοντα [3] Ἰβηρία, καλεῖται δὲ τὰ παραθαλάσσια [4] Συρασρήνη. πολύφορος δὲ ἡ χώρα σίτου, καὶ ὀρύζης, καὶ ἐλαίου σησαμίνου, καὶ βουτύρου, καὶ καρπάσου, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς Ἰνδικῶν ὀθονίων τῶν χυδαίων. βουκόλια δὲ ἐν αὐτῇ πλεῖστα, καὶ ἄνδρες ὑπερμεγέθεις τῷ σώματι, καὶ μέλανες τῇ χροιᾷ. μητρόπολις δὲ τῆς χώρας Μινναγάρα, ἀφ' ἧς καὶ πλεῖστον ὀθόνιον εἰς Βαρύγαζαν κατάγεται. σώζεται δὲ ἔτι καὶ νῦν τῆς Ἀλεξάνδρου στρατείας σημεῖα περὶ τοὺς τόπους, ἱερά τε ἀρχαῖα καὶ θεμέλιοι παρεμβολῶν καὶ φρέατα μέγιστα. ὁ δὲ παράπλους ταύτης τῆς χώρας ἀπὸ τοῦ Βαρβαρικοῦ μέχρι τοῦ κατὰ [5] Ἀστα καὶ Τραπέραν [6] ἀπέναντι Βαρυγάζων ἀκρωτηρίου τοῦ λεγομένου Παπικῆς· ἐστιν δὲ σταδίων τρισχιλίων. μεθ' ἧς ἕτερος ὁ ἔστι τόπος ἔσω κυμάτων, εἰς αὐτὸν ἐνδυνων τὸν βορέαν· οὗ κατὰ μὲν τὸ στόμα νῆσος ἐστιν ἡ λεγομένη Βαιώνης, ἐν δὲ τοῖς ἐσωτάτοις τόποις μέγιστος ποταμὸς λεγόμενος Μάϊς. τοῦτον τὸν κόλπον πέλαγος ὡς σταδίων τριακοσίων οἱ πλέοντες εἰς Βαρύγαζαν διαπερῶντες, ἐξ

1 Forſan legendum Αἰγιαλοῦ. nam Ptolemæus poſt ſinum Barygazenum meminit Αἰγιαλοῦ Σαδινῶν. *Stuck.* 2 Hoc videtur eſſe regnum Cambaiæ hodie dictum. *Idem.* 3 Forſan Σαβηρία ex *Ptolemæo.* 4 In libb. vulgatis *Ptolemæi* Σιρασηνὴ in *cod. Pal.* Συρασρήνη. 5 Αστάκαμπτα edidit *Stuck.* Infra Αστακάμπρα legimus. Forſan ex *Ptol.* Αστακάμπραν legendum. 6 Deeſt ἀπέναντι in *Ed. Bas.* ſuppletum

ωνύμιον ἀκροφανῆ καταλιπόντες τὴν νῆσον, καὶ εἰς αὐτὴν ἀνατολὴν ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ Βαρυγάζων. λέγεται δὲ αὐτὸς ὁ ποταμὸς Λαμναῖος. ὅ τε κόλπος αὐτὸς ὁ κατὰ Βαρύγαζαν στενὸς ὤν, τοῖς ἐκ πελάγους ἐρχομένοις ἐστὶν δυσεπίβολος, ἤγουν εἰς τὰ δεξιά, ἢ εἰς τὰ εὐώνυμα παραπίπτουσιν· ἥ τε ἐπιβολὴ κρείσσων ἐστὶν τῆς ἑτέρας. ἀλλ' ἐκ μὲν τῶν δεξιῶν κατ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ κόλπου παράκειται [2] ταινία τραχεῖα καὶ σκόπελος, Ἡρώνη λεγομένη, κατὰ [3] Καμμωνὶ κώμην. ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων ἀπέναντι ταύτης, τὸ πρὸς Ἀστακάμπρων ἀκρωτήριον, ἡ Παπικὴ λεγομένη, δύσορμος ἐστι, διά τε τὸν ῥοῦν τὸν περὶ αὐτήν, καὶ διὰ τὸ ἀποκόπτειν τὰς ἀγκύρας, τραχὺν ὄντα καὶ πετρώδη τὸν βυθόν. ἐὰν κατ' αὐτὸν δέ τις ἐπιβάλῃ τὸν κόλπον, αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ κατὰ Βαρύγαζαν ποταμοῦ δυσεύρετόν ἐστιν, διὰ τὸ τὴν χώραν ταπεινὴν εἶναι, καὶ μηδὲν ἐγγύτερον ἐνεχύρως θεωρεῖσθαι. κἂν εὑρεθῇ, δυσείσβολός ἐστιν διὰ τὰ περὶ αὐτὸν τενάγη τοῦ ποταμοῦ. τούτου χάριν περὶ αὐτὸν τὸν εἴσπλουν βασιλικοὶ ἁλιεῖς ἐντόπιοι πληρώμασι μακρῶν πλοίων, ἃ λέγεται Τράππαγα καὶ Κότυμβα, πρὸς ἀπάντησιν ἐξέρχονται μέχρι τῆς Συραστρήνης, ἀφ' ὧν ὁδηγεῖται τὰ πλοῖα μέχρι Βαρυγάζων. κλίνουσι γὰρ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ κόλπου διὰ τὰ τενάγη

à finistris insula quæ procul apparet, ortum versus ad ipsum fluvii ostium contendunt. Fluvius ille Lamnæus dicitur. Ipse vero sinus ad Barygazam angustus difficilem ex alto venientibus accessum præbet, sive illi ad dextram deferantur, sive ad sinistram, ad quam aliquanto melior est accessus, quam ad alteram. A dextris autem, in ipsis faucibus sinus, fascia aspera & saxosa, Herone nuncupata, juxta vicum Cammoni jacet. A sinistris vero è regione illius, ante promontorium Astacampron, locus est Papica dictus, ad quem naves difficulter appellunt, cùm ob maris æstum quo circum alluitur, tum quia ipso profundo aspero & saxoso anchoræ dissecantur. Quod si quis ad ipsum sinum navem applicare tentet, fluvii ostium ad Barygazam inventu difficile est, quod ipsa regio humilis & depressa, nullumque ejus propinquum ac manifestum signum appareat. Verum etiamsi illud inveneris, tamen fluvii paludes difficillimum ad ipsum aditum accessumque præbent. Quamobrem indigenæ regis piscatores ad ipsum introitum cum longis quibusdam navibus, quas Trappaga atque Cotymba lingua vernacula appellant, adventantibus in occursum egrediuntur Syrastrenam usque, indeque naves Barygazam deducunt. Flectunt enim cursum statim ab ipso fluvii ostio per paludes na-

1 Forsan Νάμαδος *Ptolemai.* 2 Τενία in *Ed. Basil.* *Straboni* terra angusta inter mare & fossam. 3 Vicum Καμάνην in sinu Barygazeno ponit *Ptolemæus.*

vibus

vibus illis ante memoratis, deinde remulco eaſdem trahunt per certas quaſdam & ordinatas manſiones; & accedente quidem æſtu ſolvunt, recedente autem in portus quoſdam & in cythrinos ſeſe recipiunt. Sunt autem cythrini loca quædam fluvii profundiora Barygazam uſque; quæ prope fluvium ſita, ab illius oſtio circiter ſtadia trecenta abeſt. Univerſa enim India plurimis fluminibus abundat: ipſumque mare maximos æſtus atque reciprocationes habet, quæ quidem luna aut nova aut plena per triduum creſcunt & augentur, intermedio vero tempore decreſcunt rurſus & minuuntur, idque in primis juxta Barygazam, ita ut derepente ipſum profundum ac quædam continentis partes appareant ſiccæ & aridæ, quæ paulo ante navigabantur. Ipſa quoque flumina, hoc univerſi maris æſtu atque inundatione vehementiſſima, ſurſum contra naturalem ſuum curſum feruntur ac rapiuntur. Quam ſane ob cauſam ii qui ſunt hujus ignari, primumque ad emporium illud appellunt, magno periculo in navibus vel ſubducendis vel educendis conflictantur. Quoniam enim anchoræ, propter inundationis nihil quicquam remittentis vim atque impetum, navibus retinendis minime pares eſſe poſſunt: idcirco ipſæ naves vi repentina in obliquum ſive tranſverſum rapido præcipitique fluxu curſuque abreptæ, atque ad paludes alliſæ franguntur: minores vero evertuntur; non-

τοῖς πληρώμασιν, καὶ ῥυμουλκοῦσι αὐτὰ σταθμοῖς ἤδη τεταγμένοις· ἀρχομένης μὲν τῆς πλήμμης αἴροντες, ἑστηκυίης δὲ διορμίζοντες κατά τινας ὅρμους καὶ κυθρίνους. οἱ δὲ κυθρῖνοι τόποι εἰσὶν τοῦ ποταμοῦ βαθύτεροι μέχρι Βαρυγάζων. ἀπέχει γὰρ ἀπὸ τοῦ στόματος ἄνω πρὸς τὸν ποταμὸν κειμένη ὡς σταδίων τριακοσίων. πᾶσα μὲν ἡ Ινδικὴ χώρα ποταμοὺς ἔχει πλείστους, ἀμπώτεις τε καὶ πλήμμας μεγίστας, [1] συναπτομένας ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν πανσέληνον ἄχρι τριῶν ἡμερῶν, καὶ τοῖς μεταξὺ καταστήμασιν τῆς σελήνης ἐλαττουμένας. πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ κατὰ Βαρυγάζων, ὥστε αἰφνίδιον ποτὲ βυθὸν ὁρᾶσθαι, καί τινα μέρη τῆς ἠπείρου, ποτὲ δὲ ξηρὰ, τὰ πρὸ μικροῦ πλωϊζόμενα. τούς τε ποταμοὺς, ὑπὸ τὴν εἰσβολὴν τῆς πλήμμυης τοῦ πελάγους ὅλου συνωθουμένους, σφοδρότερον ἄνω φέρεσθαι τοῦ κατὰ φύσιν ῥεύματος ἐπὶ πλείστους σταδίους. διὸ καὶ κινδυνώδεις εἰσὶν αἱ τῶν πλοίων προσαγωγαὶ καὶ ἐξαγωγαὶ τοῖς ἀπείροις καὶ πρώτως εἰσάγουσιν εἰς τὸ ἐμπόριον. γινομένης γὰρ ὁρμῆς ἤδη περὶ τὴν πλήμμην [2] οὐδὲν παρειμένης, αἱ ἄγκυραι οὐ κατέχουσιν. διὸ καὶ τὰ περιληφθέντα πλοῖα τῇ Ινδίᾳ, παραβιασθέντα ὑπὸ τῆς ὀξύτητος τοῦ ῥοὸς, ἐποκέλλει τοῖς τενάγεσι καὶ ἀναλύεται· τὰ δὲ μικρότερα καὶ περιτρέπεται· τὰ-

1 Forſan συναυξομένας. *Stuck.* 2 In *Ed. Baſil.* οὐδὲν παρειμένης καὶ κατέχουσιν ἄγκυραι

τὰ δὲ καὶ περὶ τὰς διώρυχας ἀποκεχωκότα διὰ τὸ περὶ τὴν ἄμπωτιν, ἐὰν μὴ διεείσῃ, τῆς πλήμμης αἰφνίδιον ἀπελθούσης, ὑπὸ τῆς προφότης ὁρμαλῆς τοῦ ῥοὸς ἐμπίμπλανται. τοσαῦται γὰρ περὶ τὴν εἰσβολὴν τῆς θαλάσσης γίνονται βίαι κατὰ τὰς συμμηνίας ὑπὸ τὴν νυκτερινὴν μάλιστα πλήμμην· ὥστε ἀρχομένης ἤδη τῆς εἰσαγωγῆς, ὅτ᾽ ἂν ἠρεμῇ τὸ πέλαγος, ἐπ᾽ αὐτοῦ φέρεσθαι τοῖς ἀπὸ τοῦ στόματος, παραπλήσιον βοῆς στρατοπέδου μακρόθεν ἀκουομένης, καὶ μετ᾽ ὀλίγον αὐτὴν ἐπιτρέχειν τοῖς τενάγεσι ῥοίζῳ τὴν θάλασσαν. ἐπίκειται γὰρ κατὰ τὰ τῇ Βαρυγάζῃ μεσόγεια, πλείονα ἔθνη, τό τε τῶν [1] Ἀρατείων, καὶ Ραχούσων, καὶ Ταν-θαράγων, καὶ τῆς [2] Προκλαΐδος. ἐν οἷς ἡ Βουκέφαλος Ἀλεξάνδρεια. καὶ τούτων ἐπ᾽ ἄνω μαχιμώτατον ἔθνος Βακτριανῶν, [3] ὑπὸ βασιλέα οὖσαν ἴδιον τόπον. καὶ Ἀλέξανδρος ὁρμηθεὶς ἀπὸ τῶν μερῶν τούτων ἄχρι τοῦ Γάγγου διῆλθε, καταλιπὼν τήν τε Λιμυρικὴν καὶ τὰ νότια τῆς Ἰνδικῆς. ἀφ᾽ οὗ μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζοις παλαιαὶ προχωροῦσι δραχμαί, γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι, ἐπίσημα τῶν μετ᾽ Ἀλέξανδρον βεβασιλευκότων Ἀπολλοδότου καὶ Μενάνδρου. ἔστι δὲ αὐτῆς καὶ ἐξ ἀνατολῆς πόλις

nullæ etiam, ubi inundationis tempore ad fossas deflexerint, nisi statim trajiciant, æstu subito implentur & obruuntur. Atque hujusmodi quidem ad ingressum maris est violentia in interluniis, nocturna præsertim inundatione: ita ut navigantes, quum jam cœperint intrare eo tempore quo mare sedatum est atque tranquillum, ejus impetu abripiantur; cumque sunt in ejus ore, procul ingentem quendam ceu cujusdam exercitus fremitum strepitumque audiunt, ac paulo post ipsum mare magno cum fragore in paludes decurrit. Barygazæ autem à parte mediterranea multæ gentes, ut Aratriorum, Rachusorum, Tantharagorum, & Proclaïdis, imminent: inter quas etiam est Alexandria Bucephalos cognominata. Supra hos bellicosissima est Bactrianorum natio, quæ proprio regi est subjecta. Ab his partibus Alexander profectus ad Gangem usque penetravit, relicta Limyrica & australi Indiæ ora. Quamobrem ad hæc usque tempora in Barygazis antiquæ drachmæ reperiuntur, Græcis sculptæ literis, cum insignibus Apollodoti & Menandri, qui post Alexandri obitum ibi rerum fuerunt potiti. Ibidem quoque versus ortum est civitas Ozene

1 *Plin.* nat. Hist. l. 6. c 21. *plerique ab occidente* [*Indiam*] *non Indo amne determinant, sed adjiciunt quatuor Satrapias, Gedrosos, Arachotos, Arios, Paropamisadas.* Ex quo loco (ut suspicor) *Arriani* verba refingi debent. 2 Infra Προκλαΐδα appellat. *Ptolemaus* Φωκλίδα in Arachosia ponit, non procul ab Alexandria, quam *Arrianus* hic subjungit: Προκλαΐδα autem inter Suastum & Indum. *Stuck.* 3 Locus videtur esse corruptus. Forsan τόπον redundat. *Idem.*

dicta, ubi olim fuit regia. Ex hac omnia, quæ ad regionis commoditatem felicitatemque faciunt, Barygazam deportantur, necnon quæ ad nostram mercaturam pertinent, ut lapides onychini & murrhini, sindones Indicæ, & molochinæ, multumque othonii vulgaris. Per eandem & ex superioribus locis afferuntur nardus, quæ per Proclæda vehitur, cattyburina, patropapige, & cabalite, quæque per vicinam Scythiam affertur; necnon costus, & bdellium. Præterea in emporium illud maxima ex parte deportatur vinum Italicum, Laodicenum, & Arabicum, æs, stannum, plumbum, corallium, chrysolithus, vestis simplex & adulterina omnis generis, zonæ cubitales ex multis filis contextæ, styrax, melilotum, vitrum non elaboratum sive rude, sandaraca, stimmi, denarii aurei & argentei, quorum cum moneta domestica est quæstuosa commutatio; denique unguentum, neque magni precii, neque multum. Regi autem illis temporibus tributi nomine mittebantur preciosa vasa argentea, instrumenta musica, virgines formosæ ad pellicatum, vinum eximium, vestis simplex pretiosa, & unguentum præstantissimum. Ex iisdem locis exportatur nardus, costus, bdellium, ebur, onychini lapides, myrrha, lycium, othonium multiplex sive variegatum, & sericum, molochinum, filum,

λεγομένη [1] Ὀζήνη, ἐν ᾗ καὶ τὰ βασίλεια πρότερον ἦν. ἀφ' ἧς πάντα τὰ πρὸς εὐθηνίαν τῆς χώρας εἰς Βαρύγαζαν καταφέρεται, καὶ τὰ πρὸς ἐμπορίαν τὴν ἡμετέραν, ὀνυχίνη λιθία καὶ μουῤῥίνη, καὶ σινδόνες Ἰνδικαὶ, καὶ μολόχιναι, καὶ ἱκανὸν χυδαῖον ὀθόνιον. κατάγεται δὲ δι' αὐτῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων, ἡ διὰ Προκλαΐδος καταφερομένη νάρδος, ἡ καττυβουρίνη, καὶ ἡ πατροπαπίγη, καὶ ἡ καβαλίτη, καὶ ἡ διὰ τῆς παρακειμένης Σκυθίας, ὅ τε κόστος καὶ ἡ βδέλλα. προχωρεῖ δὲ εἰς τὸ ἐμπόριον οἶνος προηγουμένως Ἰταλικὸς, καὶ Λαοδικηνὸς, καὶ Ἀραβικὸς, καὶ χαλκὸς, καὶ κασσίτερος, καὶ μόλυβδος, κοράλλιον, καὶ χρυσόλιθον, ἱματισμὸς ἁπλοῦς καὶ νόθος παντοῖος, πολύμιτοι ζῶναι πηχυαῖαι, στύραξ, [2] μελίλωτον, ὕελος ἀργὴ, σανδαράκη, [3] στῆμι, δηνάριον χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν, ἔχον ἀλλαγὴν καὶ ἐπικέρδειάν τινα πρὸς τὸ ἐντόπιον νόμισμα· μύρον οὐ βαρύτιμον, οὐδὲ πολύ. τῷ δὲ βασιλεῖ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς εἰσφερόμενα βαρύτιμα ἀργυρώματα, καὶ μουσικὰ, καὶ παρθένοι εὐειδεῖς πρὸς παλλακίαν, καὶ διάφορος οἶνος, καὶ ἱματισμὸς ἁπλοῦς πολυτελὴς, καὶ μύρον ἔξοχον. φέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων νάρδος, κόστος, βδέλλα, ἐλέφας, ὀνυχίνη λιθία, καὶ σμύρνα, καὶ λύκιον, καὶ ὀθόνιον παντοῖον, καὶ σηρικὸν, καὶ μολόχινον, καὶ νῆμα

1 *Ptolemæo* Ὀζήνη βασίλειον Τιαστάνου. 2 Vide *Salmasii* Exercit. Plin. pag. 687. 3 Græce Στίμμι.

καὶ πέπερι μακρὸν, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἐμπορίων φερόμενα. ἀποπλέουσιν δὲ κατὰ καιρὸν οἱ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου εἰς τὸ ἐμπόριον ἀναγόμενοι περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅς ἐστιν Ἐπιφί. μετὰ δὲ Βαρύγαζαν εὐθέως ἡ συναφὴς ἤπειρος ἐκ τοῦ βορέου εἰς τὸν νότον παρεκτείνει· διὸ καὶ [1] Δαχιναβάδης καλεῖται ἡ χώρα· δάχανος γὰρ καλεῖται ὁ νότος τῇ αὐτῶν γλώσσῃ. ταύτης ἡ μὲν ὑπερκειμένη πρὸς ἀνατολὰς μεσόγειος ἐμπεριέχει χώρας τε πολλὰς καὶ ἐρήμους, καὶ ὄρη μεγάλα, καὶ θηρίων γένη παντοίων, παρδάλεις τε καὶ τίγρεις, καὶ ἐλέφαντας, καὶ δράκοντας ὑπερμεγέθεις, καὶ κροκόττας, καὶ κυνοκεφάλων πλεῖστα γένη· ἔθνη τε πλεῖστα καὶ πολυάνθρωπα, τὰ [2] μέχρι τῆς σύνεγγυς. τῶν δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Δαχιναβάδει δύο ἐστὶν τὰ διασημότατα ἐμπόρια ἐπιφαινόμενα, ἀπὸ Βαρυγάζων ἔχοντα ὁδὸν ἡμερῶν εἴκοσι πρὸς νότον. [3] ἀπὸ ταύτης ὡς ἡμερῶν δέκα πρὸς ἀνατολὴν, ἑτέρα πόλις Ταγάρα μεγίστη. κατάγεται δὲ ἐξ αὐτῶν πορείαις ἁμαξῶν καὶ ἀνοδίαις μεγίσταις εἰς τὴν Βαρύγαζαν. ἀπὸ μὲν [4] Πλιθάνων ὀνυχίνη λιθία πλείστη· ἀπὸ δὲ Ταγάρων ὀθόνιον πολὺ χυδαῖον, καὶ σινδόνων παντοῖα, καὶ μολόχινα, καί τινα ἄλλα τοπικῶς ἐκεῖ προχωροῦντα φορτία τῶν παραθαλασσίων μερῶν. ὁ δὲ ὅλος παράπλους μέχρι τῆς Λιμυρικῆς ἐστὶν σταδίων ἑπτακισχιλίων,

piper longum, atque alia hujuſmodi ex emporiis exportari ſolita. In hoc autem emporium ex Ægypto navigatur menſe Julio, qui eſt Epiphi. Poſt Barygazam ſtatim continens vicina à boreâ in meridianum cardinem flectitur; unde regio illa Dachinabades appellatur: auſter enim illic Dachanus dicitur. Hujus pars ſuperior mediterranea, ad orientem vergens, multas regiones, deſerta, montes ingentes, omnis generis feras, ut pardales, tigrides, elephantes, dracones miræ magnitudinis, crocottas, multa cynocephalorum genera, gentes denique plurimas & populoſiſſimas complectitur. Duo ſunt præterea in hac univerſa regione Dachinabade maxime clara & illuſtria emporia, à Barygazis auſtrum verſus viginti dierum itinere disjuncta. Hinc dierum fere decem intervallo, alia eſt urbs maxima Tagara nomine. Ex his autem emporiis per loca invia & difficillima, res Barygazam plauſtris convehuntur. Ex Plithanis quidem lapides onychini plurimi; ex Tagaris vero multum othonii vulgaris, ſindones omnis generis, molochinæ, aliæque hujuſmodi merces, quæ ex maritimis partibus eo deferuntur. Univerſa autem illa navigatio Limyricam uſque eſt ſtadiorum ſeptem mil-

1 *Indostan* hodie videtur. *Ortel.* 2 Forſan legendum *μέχρι τῆς Γάγγης*. *Stuck.*
3 Hinc colligitur deeſſe nomen alterius emporii, quod Πλίθανα appellat. *Idem.*
4 Forſan Βάθανα *Ptolemæi.*

lium; plura sunt, si littora legantur. Emporia autem illius regionis propria ex ordine sita, Acabarus, Uppara, Calliena urbs, quæ Saragani senioris temporibus celebre ac frequens emporium exstitit: qua postquam potitus est Sandanes, diu illud impeditum interruptumque fuit. Nunc si quæ forte fortuna in loca illa incurrunt naves Græcanicæ, cum custodia Barygazam deducuntur. Post Callienam alia sunt emporia vernacula, quibus regionis incolæ tantum utuntur, Semylla, Mandagora, Palæpatma, Melizigara, Byzantium Toparon, Tyrannoboas. Deinceps sequuntur insulæ dictæ Sesecrienæ, necnon insula Ægidiorum, & Canitarum juxta Chersonesum, quibus in locis sunt piratæ. Post hanc insula est Leuce. Postea Naura, & Tyndis, quæ prima sunt Limyricæ emporia. Hæc sequuntur Muziris & Nelcynda, quæ nunc quoque mercaturam exercent. Ac Tyndis quidem vicus est maritimus insignis sub Ceproboti imperio: Muziris vero & sub eodem est imperio, & navium ex Ariaca venientium, atque Græcorum copia frequentatur, sita

πλεῖστοι δὲ εἰς αἰγιαλόν. τοπικὰ δὲ ἐμπόρια κατὰ τὸ ἑξῆς κείμενα, Ἀκαβάρους, [1] Οὔππαρα, [2] Καλλίενα πόλις, ἡ ἐπὶ τῶν Σαραγάνου τοῦ πρεσβυτέρου χρόνων ἐμπόριον ἔνθεσμον γενόμενον· μετὰ γὰρ τὸ κατασχεῖν αὐτὴν Σανδάνην, ἐκωλύθη ἐπὶ πολύ. καὶ γὰρ τὰ ἐκ τύχης εἰς τούτους τοὺς τόπους εἰσβάλλοντα πλοῖα Ἑλληνικά, μετὰ φυλακῆς εἰς Βαρύγαζαν εἰσάγεται. μετὰ δὲ Καλλίεναν ἄλλα ἐμπόρια τοπικά, [3] Σήμυλλα, καὶ Μανδαγόρα, καὶ Παλαιπάτμαι, καὶ [4] Μιλιζεγάρα, καὶ [5] Βυζαντίων Τοπαρὸν, καὶ [6] Τυραννοσβόας. εἶτα [7] Σησεκρείεναι λεγόμεναι νῆσοι, καὶ ἡ τῶν Αἰγιδίων, καὶ ἡ τῶν [8] Καινειτῶν, κατὰ τὴν λεγομένην χερσόνησον, καθ' οὓς τόπους εἰσὶν [9] Πειραταί. καὶ μετὰ ταύτην Λευκὴ νῆσος. [10] εἶτα Ναύρα καὶ Τύνδις τὰ πρῶτα ἐμπόρια τῆς Λιμυρικῆς. καὶ μετὰ ταύτας Μούζιρις, καὶ Νέλκυνδα, αἱ νῦν πράσσουσαι. βασιλείας δ' ἐστὶν ἡ μὲν Τύνδις [11] Κηπροβότου, κώμη παραθαλάσσιος ἔνσημος· ἡ δὲ Μούζιρις βασιλείας μὲν τῆς αὐτῆς, ἀκμάζουσα δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀριακῆς εἰς αὐτὴν ἐρχομένοις πλοίοις καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς.

1 Forsan Συππάρα *Ptolemæi*. 2 Quid si sit Καλλίκαρις, quam *Ptolemæus* ponit in Limyrica. *Stuck*. 3 *Ptolemæo* Σίμυλλα, Μανδαγάρα, Βαλίπατνα. 4 Forsan est Ἀρμαγάρα, aut Μιλιζιγηρὶς insula, cujus meminit *Ptol*. 5 *Ptolemæo* simpliciter Βυζάντιον dicitur. Βυζάντιον, Ἱππόκουρα legendum existimat *Stuck*. 6 Ἐρραννόβοας fluvius memoratur *Arriano*, lib. 8. 7 Hæ forsan sunt insulæ, quas magno numero ante Taprobanem jacere dicit *Ptol*. inter quas Αἰγιδίων νῆσος ponit. 8 Forsan Κάναθρα *Ptolemæi*. 9 Ἀνδρῶν ΠΕΙΡΑΤΩΝ meminit *Ptol*. An ex eo nomen hoc illis inditum sit, quod piraticam exercerent, nescio. Ita tamen videtur *Plinius* existimasse, & *Ptolemæus* ipse. *Salmas*. 10 Legendum [illegible] Νιτρία καὶ Τύνδις ex *Plinio* & *Ptol*. nisi quis malit è converso *Plinium* & *Ptol*. ex *Auctore nostro* emendare. *Idem*. 11 Vide *Salmasii* Exerc. Plin. p. 835.

κεῖται

κεῖται δὲ παρὰ ποταμὸν, ἀπέχουσα ἀπὸ μὲν Τυνδέως διὰ τοῦ ποταμοῦ καὶ διὰ θαλάσσης σταδίους πεντακοσίους, ἀπὸ δὲ τοῦ κατ' αὐτὴν εἴκοσι. ἡ δὲ Νελκύνδα σταδίους μὲν ἀπὸ [1] Μουζίρεως ἀπέχει σχεδὸν πεντακοσίους ὁμοίως, διά τε [2] ποταμοῦ καὶ πεζῇ καὶ διὰ θαλάσσης. βασιλείας δέ ἐστιν ἑτέρας τῆς Πανδίονος· κεῖται δὲ καὶ αὐτὴ παρὰ ποταμὸν, ὡσεὶ ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι τῆς θαλάσσης. ἑτέρα δὲ κατ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ πρόκειται κώμη Βαράκη, εἰς ἣν ἀπὸ Νελκυνδῶν ἐπὶ τῆς ἀναγωγῆς προκαταβαίνει τὰ πλοῖα, καὶ ἐπὶ σάλου διορμίζεται, πρὸς ἀνάληψιν τῶν φορτίων. διὰ δὲ τὸν ποταμὸν [3] ἅλματα καὶ διάπλους ἔχει ἐλαφρούς. αὐτοὶ δὲ οἱ βασιλεῖς ἀμφοτέρων τῶν ἐμπορείων ἐν τῇ μεσογείᾳ κατοικοῦσι. καὶ περὶ τούσδε τοὺς τόπους, [4] τοῖς ἐκ πελάγους σημείοις ἐπιβολῆς εἰσὶν οἱ προαπαντῶντες ὄφεις, μέλανες μὲν καὶ αὐτοὶ τὴν χρόαν, βραχύτεροι δὲ, καὶ δρακοντοειδεῖς τὴν κεφαλὴν, καὶ τοῖς ὄμμασιν αἱματώδεις. πλεῖ δὲ εἰς τὰ ἐμπόρεια [5] ταῦτα πολλὰ πλοῖα, διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ πλῆθος τοῦ πεπέρεως καὶ τοῦ μαλαβάθρου. προχωρεῖ δὲ εἰς αὐτὴν προηγουμένως χρήματα πλεῖστα, χρυσόλιθα, ἱματισμὸς ἁπλοῦς οὐ πολὺς, πολύμιτα, στίμμι, κοράλλιον, [6] ὕαλος ἀργὴ, χαλκὸς, κασσίτερος, μόλυβδος.

propter flumen; à Tyndi quidem per fluvium & mare quingentis, ſed ab emporio contra ipſam ſito ſtadiis viginti disjuncta. Nelcynda vero ſimiliter plus minuſve ſtadiorum quingentorum intervallo, ſive flumine ſive terra ſive mari iter fiat, à Muzire abeſt, alterius imperio nimirum Pandionis ſubjecta, quæ ſimiliter flumine alluitur, & à mari ſtadia centum & viginti circiter abeſt. Alius quoque juxta ejuſdem fluminis oſtium ſitus eſt vicus Barace nuncupatus, in quem naves, quæ à Nelcynda ſolvunt, prius deferuntur, & in ſalo & anchoris conſiſtunt ad accipienda onera. Per fluvium autem navigationes habet faciles. Ipſi vero reges utriuſque emporii in mediterraneis habitant. Signum porro appropinquationis ad continentem ex alto venientibus, illis quoque in locis ſunt ſerpentes obvii, colore quidem ſimiliter nigro, ſed breviores, capite draconibus ſimiles, oculis ſanguineis præditi. In hæc emporia multæ naves navigant ob præſtantiam & copiam piperis atque malabathri. Eodem præcipue deferuntur, plurima moneta, chryſolithi, veſtis ſimplex non multa, polymita, ſtimmi, corallium, vitrum rude, æs, ſtannum, plumbum, parum

1 In *Ed. Baſil.* Μουδίρεως. Verum Μουδίρεως malit *Salmaſ.* quem vide in Exerc. Plin. p. 834. 2 Βάρεις dicitur *Ptolemæo.* 3 Poſſet etiam legi τέλματα. *Stuck.* 4 Locus eſt mendoſus, qui, ex præcedenti loco ſimili, ita videtur emendandus: τῆς ἐκ πελάγους ἐπιβολῆς σημεῖόν εἰσιν οἱ &c. *Stuck.* 5 In *Ed. Baſil.* ταῦτα μετὰ πλοῖα. 6 Ita *Stuck.* τέλος ἀργὴ in *Ed. Baſil.*

vini,

vini, sandaraca, arsenicum; frumenti tantum quantum satis est ad usum nauticum, propterea quod mercatores eo minime ad negotiandum utuntur. Eo quoque convehitur piper Cottonaricum dictum, quod magna copia in illo emporio uno tantum in loco provenit. Præterea multæ & eximiæ margaritæ, ebur, othonia serica, nardus gapanica, malabathrum ex intimis locis; item varia & multiplicia pellucidorum lapidum genera, adamas, hyacinthus, testudo Chrysonetiotica, quæque in insulis Limyricæ oppositis capiuntur. In hoc emporium navigant ii qui mature ex Ægypto veniunt, circa mensem Julium, quem Epiphi nominant. Universum autem hunc commemoratum navigationis cursum atque orbem à Cana & Arabia felice olim parvis navigiis ipsos sinus ambientes conficiebant. Primus Hippalus gubernator, animadverso situ emporiorum, ac maris figura, invenit navigationem per altum mare, eo tempore, quo spirantibus ex oceano apud nos etesiis, libonotus in Indico pelago existit: qui quidem Hippalus cognominatur à primo istius navigationis inventore. Ex illo tempore ad hodiernum usque diem, alii quidem sta-

οἶνος δὲ οὐ πολύς. [1] σώζει δὲ ποσῶς ὅσον ἐν Βαρυγάζυκ. σανδαράκη, ἀρσενικόν· σῖτος δὲ, ὅσος ἀρκέσει τοῖς περὶ τὸ ναυκλήειον, διὰ τὸ μὴ τοὺς ἐμπόρους αὐτῷ χρῆσθαι. φέρεται δὲ πέπερι, μονογενῶς ἐν ἑνὶ τόπῳ τούτῳ τῷ ἐμποείῳ γεννώμενον πολὺ, λεγόμενον [2] Κοττοναρικόν. φέρεται δὲ καὶ μαργαρίτης ἱκανὸς καὶ διάφορος, καὶ ἐλέφας, καὶ ὀθόνια σηρικὰ, καὶ νάρδος ἡ [3] γαπανική, καὶ μαλάβαθρον ἐκ τῶν ἔσω τόπων εἰς αὐτὴν, καὶ λιθία διαφανὴς παντοία, καὶ ἀδάμας, καὶ ὑάκινθος, καὶ χελώνη ἥτε [4] Χρυσονησιωτικὴ, καὶ ἡ περὶ τὰς νήσους θηρευομένη, τὰς προκειμένας αὐτῆς τῆς Λιμυρικῆς. πλέουσι δὲ εἰς αὐτὴν οἱ κατὰ καιρὸν ἀναγόμενοι ἀπ' Αἰγύπτου περὶ τὸν Ἰούλιον μῆνα, ὅς ἐστιν Επιφί. τοῦτον δὲ ὅλον τὸν εἰρημένον περίπλουν ἀπὸ Κανῆς καὶ Εὐδαίμονος Ἀραβίας, οἱ μὲν μικροτέροις πλοίοις περικολπίζοντες ἔπλεον. πρῶτος δὲ Ἵππαλος κυβερνήτης, κατανοήσας τὴν θέσιν τῶν ἐμποείων, καὶ τὸ σχῆμα τῆς θαλάσσης, τὸν διὰ πελάγους ἐξεῦρε πλοῦν. ἀφ' οὗ καὶ τοπικῶς ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ φυσώντων τῶν κατὰ καιρὸν τῶν παρ' ἡμῖν ἐτησίων, ἐν τῷ Ἰνδικῷ πελάγει [5] λιβόνοτος φαίνεται. προσονομάζεται ἀπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ πρώτως ἐξευρηκότος τὸν διάπλουν. ἀφ' οὗ μέχρι καὶ νῦν τινὲς μὲν εὐθὺς ἀπὸ

1 Desiderantur in versione, eo quod (ut puto) in mendo cubant. 2 Vide *Salmasii* Exerc. Plin. p. 836. 3 Legendum videtur Γαγγικὴ, ut infra. *Stuck.* 4 Forsan Χρυσονησιωτικὴ, *insularis aurea*, sive *aurei coloris*. Forsan itaque quæ sequuntur, καὶ ἡ περὶ τὰς &c. expuncta particula καὶ, explicant nomen Χρυσονησιωτικῆς. *Idem.* 5 Legit *Salmasius*: λιβόνοτος φαίνεται προσονομαζόμενος, ἀπὸ τῆς προσηγορίας &c. Vide Exerc. Plin. p. 134, 879.

Καὶ,

Κανῆ, τινὲς δὲ ἀπὸ τῶν Ἀρωμάτων ἀφιέντες, οἱ μὲν εἰς Λιμυρικὴν πλέοντες, ἐπὶ πλεῖον τραχηλίζοντες, οἱ δὲ εἰς Βαρύγαζαν, οἱ δὲ εἰς Σκυθίαν, οὐ πλεῖον ἢ τρεῖς ἡμέρας ἀντέχουσι. καὶ τὸ λοιπὸν παρεπίφορον πρὸς ἴδιον δρόμον, ἐκ τῆς χώρας ὑψηλοὶ διὰ τῆς ἔξωθεν γῆς παραπλέουσι τοὺς προειρημένους κόλπους. ἀπ' [1] Ελαβακαρὴ τὸ λεγόμενον Πυῤῥὸν ὄρος, ἄλλη παρήκει χώρα τη * * κης ἡ [2] Παραλία λεγομένη, πρὸς αὐτὸν τὸν νότον· ἐν ᾗ καὶ κολυμβησίς ἐστιν ὑπὸ τὸν βασιλέα Πανδίονα πινικοῦ, καὶ πόλις ἡ λεγομένη Κόλχοι. πρῶτος τόπος [3] Βαλίτα καλούμενος, ὅρμον καλὸν ἔχων, καὶ κώμην παραθαλάσσιον. ἀπὸ δὲ ταύτης ἐστὶν ἕτερος τόπος τὸ [4] Κομὰρ λεγόμενον. ἐν ᾧ τόπῳ [5] φρέριον ἐστὶν, καὶ λιμήν. εἰς ὃν οἱ βουλόμενοι τὸν μέλλοντα αὐτοῖς χρόνον ἱεροὶ γενέσθαι, χῆροι μένουσιν αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐρχόμενοι ἀπολούονται. τὸ δ' αὐτὸ καὶ γυναῖκες. ἱστορεῖται γὰρ [6] τὴν θεὸν ἐκεῖ ἐπιμηνίας κατά τινα χρόνον ἐκεῖ ἀπολελοῦσθαι. ἀπὸ δὲ τοῦ Κομαρεὶ ἐκτείνουσα χώρα μέχρι Κόλχων, ἐν ᾗ κολύμβησις τοῦ [7] πινικοῦ ἐστὶν, ἀπὸ δὲ κατακρισίμων κατεργάζεται. πρὸς τὸν νότον, ὑπὸ τὸν βασιλέα Πανδίο-

tim à Cana, alii ab Aromatum emporio ſolvunt. Inter quos, alii qui Limyricam petunt aliquanto diutius, alii qui in Barygazam vel Scythiam contendunt, non amplius tribus diebus commorantur: reliquum temporis in proprio curſu conficiendo conſumunt, & ex regione excelſi per terram externam ſupradictos ſinus prætervehuntur. Ab Elabacare dicta mons Pyrrhus, alia ſequitur regio Paralia nuncupata, ad auſtrum ſpectans, in qua * pinici eſt piſcatio ſub rege Pandione, necnon urbs Colchi dicta. Primus locus Balita nuncupatur, qui portum habet pulcrum atque vicum maritimum. Poſt hunc alius ſequitur locus Comar nomine. In illo eſt caſtellum, atque portus. Quem ad locum, aquis ſe ibi abluendi & luſtrandi gratia, commeare ſolent illi, qui omni reliquo vitæ ſuæ tempore religioſam atque viduam vitam agere cogitant. Idem mulieres quoque faciunt. Literis enim memoriæque proditum eſt, Deam olim ſingulis menſibus ibi lavari fuiſſe ſolitam. A Comari regio quædam ad Colchos uſque porrigitur, in qua margaritarum eſt piſcatio, cui capite damnati operam navant. Hujus regionis pars, quæ eſt verſus meridiem, Pandionis

1 Forſan Βακαρὴ legendum, ἐλα redundante. *Stuck.* 2 Ita & infra. In *Ed. Baſ.* Παραδία. *Ptolemaus* tamen Παραλίαν appellat. *Idem.* 3 *Ortelio* videtur eſſe Βαμβάλα *Ptolemai.* 4 Paulo poſt Κομαρεὶ appellat: & infra emporii meminit, quod *Comaram* vocat. *Ptolemao* (ut credo) Κομάρεια. cui in *Cod. MS* Κόμαρα dicitur. Hodie *Comarin.* 5 Φρέριον repoſuit *Stuck.* Βερίζιον in *Ed. Baſil.* 6 Venerem opinor. 7 Vide *Salmaſii* Exerc. Plin. p. 780, 791. * *Auctor* πινικὸν ſemper appellat *margaritam*: ideo non debet *pinicum* reddi. *Salm.*

ſubjecta

subjecta est imperio. Post Colchos sequitur primum littus in sinu positum, regionem habens Argali dictam mediterraneam, in qua uno tantum in loco, juxta ipsam Epiodori [insulam] pinicum colligitur. Inde enim afferuntur sindones, Ebargaritides appellatæ. Inter hæc autem modo commemorata, & illa emporia, atque portus, in quos deferuntur illi qui à Limyrica atque à Septentrione veniunt, maxime clara & illustria sunt, quæ ordine quodam se invicem consequuntur, hæc emporia, nimirum Camara, Poduca, Sopatma. Quibus in locis certorum quorundam navigiorum usus est, quibus Limyricam usque navigatur. Sunt quoque alia maxima navigia ex monoxylis navibus composita, quæ Sangara nominant. Quibus vero in Auream, & per Gangem navigant, Colandiophonta dicuntur, quæ sunt maxima. In hæc loca importantur omnia ea quæ in Limyrica elaborantur. Res præterea omnis generis, quæ ex Ægypto omni tempore advehuntur, necnon ex Limyrica per hanc regionem maritimam subministrantur. Circa regiones autem quæ illam

νά ἐστιν. μετὰ δὲ [1] Κόλχους ἐκδέχεται πρότερος αἰγιαλὸς ἐν κόλπῳ κείμενος, ἔχων χώραν μεσόγειον, λεγόμενος [2] Ἀργάλου. [3] ἐν ἑνὶ τόπῳ περονεῖται παρ' αὐτὴν τῆς Ἠπιοδώρου συλλεγόμενον πινικόν. φέρονται γὰρ ἐξ αὐτῆς σινδόνες [4] Ἐβαργαρείτιδες λεγόμεναι. τῶν δὲ καὶ τούτων ἐμπορείων τε καὶ ὅρμων, εἰς οὓς οἵ τε ἀπὸ τῆς Λιμυρικῆς καὶ ἀπὸ ἄρκτου πλέοντες κατάγονται, ἐπισημότερα καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς κείμενά ἐστιν ἐμπόρια, Καμάρα, καὶ [5] Ποδούκη, καὶ Σωπάτμα. ἐν οἷς τοπικὰ μέν ἐστι πλοῖα μέχρι Λιμυρικῆς παραλεγόμενα τὴν γῆν. ἕτερα δ' ἐκ μονοξύλων πλοίων μεγίστων [6] ὑφ' ἧς ἐζευγμένων, λεγόμενα σάγγαρα. τὰ δὲ εἰς τὴν Χρυσῆν καὶ εἰς τὸν Γάγγην διαίροντα κολανδιόφωντα τὰ μέγιστα. προχωρεῖ δὲ εἰς τοὺς τόπους, πάντα τὰ εἰς τὴν Λιμυρικὴν ἐργαζόμενα, καὶ σχεδὸν εἰς αὐτοὺς καταντᾷ τὸ δὲ χρῆμα τὸ ἀπ' Αἰγύπτου φερόμενον παντὶ χρόνῳ, καὶ τὰ πλεῖστα γένη πάντων τῶν ἀπὸ Λιμυρικῆς φερομένων, διὰ ταύτης τῆς παραλίας ἐπιχορηγουμένων. [7] περὶ δὲ τῶν μετ' αὐτὴν χωρῶν ἤδη πρὸς

1 Veterum fuisse Κωνικοὺς vel Κωλιακοὺς existimat *Salmas.* in Exerc. Plin. p.783. 2 Ex *Auctore nostro* forsan corrigendus *Ptolemaus*: in quo κόλπος Ἀργαρικός, & in *cod. Pal.* Ἀγαρικός. dein πόλις Ἀργείρου [*Pal.* Ἀγαροῦ, *alter* Ἀγάρου.] Vide *Salmas.* loco supra citato. 3 Sic legit *Salmas.* ἐν ἑνὶ τόπῳ περονῆται παρ' αὐτὴν τῆς Ἠπιοδώρου συλλεγόμενον πινικόν. id est, *perforatur margaritum* &c. Vide *Exerc. Plin.* p.791. 4 Legendum μαργαρίτιδες. nam margaritum ibi pertundebatur, unde fiebant tunicæ margaritides, hoc est, καταμάργαροι margaritis confertæ. *Salmas.* in Exerc. Plin. sub finem cap. 53. 5 *Ptolemao* Ποδούκη in *cod. Pal.* Πωδούκη. 6 In *Ed. Bas.* ἀφ' ἧς. Malim ἀφῆς. 7 Forsan μετὰ δὲ τὰς μετ' αὐτὴν χώρας. *Stuckius.*

ἀνατολὴν

ἀνατολὴν τοῦ πλόου ἀπονεύοντος, εἰς πέλαγος ἔκκειται πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν, νῆσος λεγομένη [1] Παλαισιμούνδου, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις αὐτῶν [2] Ταπροβάνη. ταύτης τὰ μὲν πρὸς [3] βορέαν ἐστὶν ἥμερα, [4] καὶ διαπλεῖται τοῖς ἱστιοπεποιημένοις νηυσί, καὶ σχεδὸν εἰς τὸ κατ' αὐτῆς [5] ἀντιπαρακείμενον Ἀζανίας παρήκει. γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ πινικὸν καὶ [6] λιθία διαφανῆς, καὶ σινδόνες, καὶ χελῶναι. περὶ δὲ τούτους τοὺς τόπους, πολὺ τῆς μεσογείου παρήκουσα, [7] Μασαλία παράκειται χώρα γίνονται ἐν αὐτῇ σινδόνες πλεῖσται. ἀπὸ δὲ ταύτης, εἰς αὐτὴν τὴν ἀνατολὴν διαπεράσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον, ἡ [8] Δησαρήνη χώρα, φέρουσα ἐλέφαντα, τὸν λεγόμενον βωσαρή. καὶ μετ' αὐτήν, εἰς τὸν βορέαν ἤδη ἀπονεύοντος τοῦ πλόου, βάρβαρα πολλὰ ἔθνη, ἐν οἷς οἱ [9] Κιῤῥάδαι, γένος ἀνθρώπων, ἐκτεθλιμμένων τὴν ῥῖνα, ἀγρίων. καὶ [10] Βαργύσων, ἕτερον ἔθνος. καὶ τὸ τῶν ἱππιοπροσώπων, μακροπροσώπων, λεγόμενον ἀνθρωποφάγων εἶναι. μετὰ δὲ ταῦτα, εἰς τὴν ἀνατολὴν καὶ ὠκεανὸν ἐν δεξιοῖς ἐχόντων, εὐώνυμα δὲ τὰ λοιπὰ μέρη ἔξωθεν παραπλεόντων, ὁ [11] Γάγγης ἀπαντᾷ, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν ἐσχάτη τῆς ἀνατολῆς

ſequuntur, ad ortum jam navigatione vergente, in alto verſus occaſum ſita eſt inſula Palæſimundi, à veteribus Taprobana dicta. Hujus pars borealis culta eſt, tranſmittiturque velivolis navigiis, ac fere ad oppoſitum Azaniæ promontorium porrigitur. Naſcuntur in ea margaritæ & gemmæ, ſindones, teſtudines. His locis regio Maſalia adjacet, quæ ſeſe longe ad mediterranea extendit, in qua plurimæ gignuntur ſindones. Poſt hanc, ortum verſus trajicienti finitimum ſinum, Deſarena regio occurrit, elephantum Boſare nuncupatum producens. Poſt illam, verſus boream navigatione ſeſe inclinante, multæ ſunt barbaræ gentes, cujuſmodi ſunt Cirradæ, genus hominum agreſtium depreſſis naribus, Bargyſi, Hippioproſopi, & Macroproſopi, qui omnes feruntur eſſe Anthropophagi. Poſt hæc verſus ortum navigantibus, & habentibus à dextris quidem oceanum, à ſiniſtris vero reliquas partes exteriores, occurrit Ganges, & quæ circa illum eſt extrema o-

1 In Ed. *Baſ.* *πάλαι σιμούνδου*, ut & in libb. vulgatis *Ptolemai*. Vide *Salmaſ.* Exerc. Plin. ſub initium c. 53. 2 Aliis *Taprobane* eſt Recentiorum *Sumatra*, aliis inſula *Zeilon* vel *Seilon*; cui ſententiæ favet *Bochart.* in Geogr. Sacr. part. poſter. l. 1. c. 46. 3 Promontorium Taprobanes (quod *Cory* promontorio eſt objectum) Βόρειον appellari dicit *Ptol.* 4 Ita (ut credo) ex emendatione *Salmaſii* in Exerc. Plin. c. 53. p. 781. Prius legebatur, *καὶ διαπλεῖται τοῖς εἰς τὸ πλεισταχιστὶν*, &c. 5 Videtur hîc deeſſe nomen promontorii Azaniæ regionis, quod forſan erat Rhapta. 6 Vide *Salmaſii* Exercit. Plin. p. 784. 7 *Μαισωλία* ex *Ptolemæo*. nam *Μαισώλου μεγάλη πόλις* illi memorantur. 8 *Stuckio* videtur eſſe *Σαλακήνη*, quam Mæſolis ſubjungit *Ptolemaus*. 9 Hinc Cirradia regio cujus meminit *Ptolemaus*. 10 Forſan *Βησυγγῖται*, quibus ſecundum *Ptolemaum* ἡ χρυσῆ χώρα πλησιάζει. 11 *Ptolemæo* Γάγγη urbs regia.

rientis continens, Aurea dicta. Circa illam est Ganges, maximus Indiæ fluvius, qui simili plane modo quo Nilus crescit atque decrescit. Propter illum est emporium ejusdem nominis Ganges appellatum, per quod gestatur malabathrum, nardus Gangitica, pinicum, sindones præstantissimæ Gangiticæ appellatæ. Feruntur præterea iisdem in locis aurifodinæ esse, & numismatis aurei genus, quod Caltin nominant. Prope hunc ipsum fluvium insula est in Oceano sita, extrema mundi partium quæ ad Orientem, sub ipsum solis ortum, testudinem habens omnium quæ sunt circa mare rubrum præstantissimam. Post hanc regionem versus boream, mari extrinsecus in Sinarum ** desinente, sita est maxima civitas mediterranea, Thina nuncupata, à qua lana, filum othonium sericum, Barygazam per Bactra pedestri itinere deportatur; indeque per Gangem fluvium Limyricam convehitur. Ad illam autem urbem Thinam difficilis est accessus: raro enim pauci quidam inde veniunt. Situs est locus ille sub ipsa ursa minore: & fertur esse

ἤπειρος ἡ Χρυσῆ. ποταμὸς δέ ἐστι περὶ αὐτὴν, ὁ Γάγγης λεγόμενος, καὶ αὐτὸς μέγιστος τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικὴν, ἀπόβασίν τε καὶ ἀνάβασιν τὴν αὐτὴν ἔχων τῷ Νείλῳ. καθ' ὃν καὶ ἐμπόριόν ἐστιν ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ ὁ Γάγγης, δι' οὗ φέρεται τό τε μαλάβαθρον, καὶ ἡ Γαγγιτικὴ νάρδος, καὶ πινικὸν, καὶ σινδόνες αἱ διαφορώταται, αἱ Γαγγιτικαὶ λεγόμεναι. λέγεται δὲ καὶ χρυσωρύχια περὶ τοὺς τόπους εἶναι, νόμισμά τε χρυσοῦ, ὁ λεγόμενος [1] Κάλτις. κατ' αὐτὸν δὲ τὸν ποταμὸν νῆσός ἐστιν Ὠκεάνιος, ἐσχάτη τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν τῆς οἰκουμένης, [2] ὑπ' αὐτὸν ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον, καλουμένη Χρυσῆ, χελώνην ἔχουσα πάντων τῶν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν τόπων ἀρίστην. μετὰ δὲ ταύτην τὴν χώραν, ὑπ' αὐτὸν ἤδη τὸν βορέαν, ἔξωθεν [3] εἰς Σινῶν τινα τόπον ἀπολιγούσης τῆς θαλάσσης, παράκειται ἐν αὐτῇ πόλις μεσόγειος μεγίστη, λεγομένη Θῖνα, ἀφ' ἧς τό τε ἔριον, καὶ τὸ ὀθόνιον τὸ σηρικὸν, εἰς τὴν Βαρύγαζαν διὰ Βάκτρων πεζῇ φέρεται· καὶ εἰς τὴν Λιμυρικὴν πάλιν διὰ τοῦ Γάγγου ποταμοῦ. εἰς δὲ τὴν Θῖνα ταύτην οὐκ ἔστιν εὐχερῶς ἀπελθεῖν. σπανίως γὰρ ἀπ' αὐτῆς τινες οὐ πολλοὶ ἔρχονται. κεῖται δὲ ὁ τόπος [4] ἐπ' αὐτὴν τὴν μικρὰν ἄρκτον. λέγεται δὲ

1 Hodie (inquit *Stuckius*) in Bengala monetæ species est *Calais* nomine.
2 Sic in *Ed. Basil.* ὑπ' αὐτὸν ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον καλουμένη. χρυσῆν χελώνην ἔχουσα πάντων τῶν κατὰ τὴν ἐρυθρὰν τόπων ἀρίστην. De aurea testudine nugæ. Nec ulla *Oceanitis* proprio nomine insula, ut Interpres nobis persuadere conatur. nam Ὠκεανῖτις & Ὠκεάνιος insula omnis in Oceano sita appellatur. Vide *Exerc. Plin.* p. 701. 3 In *Ed. Basil.* εἰς τινα τόπον ἀπολιγούσης &c. Sic legit *Salmas.* εἰς Σινῶν τόπον ἀπολιγούσης τῆς θαλάσσης, παράκειται αὐτῇ πόλις &c. Vide *Exerc. Plin.* p. 701.
4 Auctoris nostri errores de situ Thinæ, de mari Caspio, atque Mæotide palude, acerrime perstringit *Rhamnusius*.

συνορίζειν

συνεῖζ[?]ν τοῖς ἀπεστραμμένοις μέρεσι τῆ Πόντε καὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καθ' ἣν ἡ παρακειμένη λίμνη Μαιῶτις εἰς τὸν ὠκεανὸν συναναστομᾶσα. κατ' ἔτος δὲ παραγίνεται ἐπὶ τῆς συνορίας [1] τῆς Θίνας ἔθνος τι, τοῖς μὲν σώμασι κολοβοὶ καὶ σφόδρα πλατυπρόσωποι, σιμοὶ εἰς τέλος, αὐτοὺς δὲ λέγεσθαι [2] Σησάτας, παρομοίους ἀνημέροις. παραγίνονται σὺν γυναιξὶν καὶ τέκνοις, βαστάζοντες φορτία μεγάλα ἐν [3] ταρπόναις, [4] ὠμαμπελίνων παραπλήσια. εἶτ' ἐνεπιμείναντες ἐπί τινα τόπον τῆς συνορίας αὐτῶν, καὶ τῆς ὑπὸ τῆς Θίνας. καὶ ἑορτάζουσιν ἐπί τινας ἡμέρας, ὑποστρώσαντες ἑαυτοῖς τὰς ταρπόνας, καὶ ἀπαίρουσιν εἰς τὰ ἴδια εἰς τοὺς ἐσωτέρους τόπους. οἱ δὲ ταῦτα δοκοῦντες τότε παραγίνονται ἐπὶ τοὺς τόπους, καὶ συλλέγουσι τὰ ἐκείνων ὑποστρώματα, καὶ [5] ἐξινιάσαντες καλάμους τοὺς λεγομένους [6] πέτρους ἐπὶ λεπτὸν ἐπιδιπλώσαντες τὰ φύλλα καὶ σφαιροειδῆ ποιοῦντες, [7] διείρουσι ταῖς ἀπὸ τῶν καλάμων ἴναις. γίνεται δὲ γένη τρία. ἐκ μὲν τοῦ μείζονος φύλλου, τὸ ἁδρόσφαι-

contermina aversis partibus Ponti, & Caspii maris, per quod Mæotis palus vicina in Oceanum influit. Quotannis vero ad confinia Sinarum commeare gens quædam solet, curta corpore, latissima fronte, naribus ad plenum depressis, quam Sesatas vocant, feris gentibus similes. Veniunt cum uxoribus & liberis, portantes magnas in sirpeis sarcinas, folia vitium referentes. Post in confinio suæ & Sinarum regionis alicubi commorantur, festosque agunt dies, sirpeas sibi substernentes, & in loca interiora ad suos dein revertuntur. Qui hæc observant, post illorum discessum ad loca illa accedentes, strata illa colligunt, & ex arundinibus illis, quas Petros appellant, nervis fibrisque extractis, & foliis in orbem convolutis & complicatis, ea calamorum fibris trajiciunt. Hinc tria genera fiunt. Quod ex majore fit folio, ha-

1 Hæc & quæ sequuntur emendata debemus *Cl. Salmasio* in Exerc. Plin. p. 754, 755. In *Ed. Basil.* τῆς Θινὸς ἔθνος --- κολοβοὶ καὶ σφόδροι, πλατυπρόσωποι ἡμεροι. τινάς τε αὐτοὺς λέγεσθαι Σησάτας. παρομοιοῦσιν ἡμέραις --- φορτία μεγάλα τέρποναις. ὠμαμπελίνων --- καὶ τῶν ὑπὸ τῆς Θινὸς, καὶ ἁρπάζουσιν ἐπί τινας --- τὰς τέρπονας --- οἱ δὲ ταῦτα δοκοῦντες, τότε παραγ--- διείρουσι ταῖς ἀπὸ τῶν &c. 2 Hi sunt omnino qui Βησάδαι dicuntur *Ptolemæo* in India extra Gangem. Aut *Ptolemæus* igitur ex *Peripli Auctore*, aut *hic* ex *illo* corrigendus in nomine hujus gentis. *Id.* p. 754. 3 Ταρπῶναι sunt, quæ *aliis* τάρπαι, *sirpea*. nam & Sirpeis illis foliorum malabathri plenis utebantur stratorum vice Sesatæ populi. *Idem*, p. 755. 4 Ὠμαμπέλινα folia sunt vitium adhuc viridia. Ξηραμπέλινα sicca jam & arida, unde *xerampelinus color*. 5 Ἶναι sunt foliorum fibræ. Hinc, cum ex ipsis foliis fibras, sive nervos extraxerint, hoc ἐξινιάζειν vocat Auctor. *Idem.* 6 Calamos sive virgulas malabathri πέτρους vocari ait Auctor. Hodie quoque appellant *betre*; hinc constat malabathrum veterum esse folium *betre*. Vide *Exerc. Plin.* p. 754. 7 Ubi folia in pilulam voluta complicarunt, fibris calamorum trajiciunt, ut sic in pilula hæreant. hoc significat διείρειν. Hinc διείρσις *transfixio*: & μάχη ἐπὶ διείρσεως apud *Polybium*. *Idem*, p. 754.

 drosphærum

drosphærum malabathrum dicitur: quod ex mediocri, mesosphærum: quod ex minore, microsphærum. Hinc tria malabathri genera, quæ ab illis qui ea conficiunt in Indiam feruntur. Regiones autem quæ loca ista sequuntur, sive quod propter sævas tempestates, maximaque frigora, difficillimi sunt accessus, sive etiam deorum quadam virtute atque potentia, non potuerunt adhuc investigari.

ρον μαλάβαθρον λεγόμενον· ἐκ δὲ τοῦ ὑποδεεστέρου, τὸ μεσόσφαιρον· ἐκ δὲ τοῦ μικροτέρου, τὸ μικρόσφαιρον. ἔνθεν τὰ τρία μέρη τοῦ μαλαβάθρου γίνεται, καὶ τότε φέρεται εἰς τὴν Ἰνδικὴν ὑπὸ τῶν κατεργαζομένων αὐτά. τὰ δὲ μετὰ τοὺς τόπους, διά τε ὑπερβολὰς χειμώνων, καὶ πάγους μεγίστους δυσβάτων τε τόπων, εἶτα καὶ θείᾳ τινὶ δυνάμει θεῶν, ἀνερεύνητά ἐστιν.

FINIS. ΤΕΛΟΣ.

ΝΕΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΠΛΟΥΣ

ΕΚ

ΤΟΥ ΑΡΡΙΑΝΟΥ.

NEARCHI PARAPLUS

EX

ARRIANO.

Interprete Bonavent. Vulcanio Brugensi.

TESTIMONIA VETERUM
DE NEARCHO.

Strabo Geogr. lib. I.

ΑΠΑΝΤΕΣ μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δηΐμαχος. τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης, Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι παραψελλίζοντες.

Plutarchus in Alexandro.

Καὶ τὰς μὲν ναῦς ἐκέλευσε περιπλεῖν, ἐν δεξιᾷ τὴν Ἰνδικὴν ἐχούσας, ἡγεμόνα μὲν Νέαρχον ἀποδείξας, ἀρχικυβερνήτην δὲ, Ὀνησίκριτον.

Arrianus lib. v. de Exped. Alex.

Ἀλλ' ὑπὲρ Ἰνδῶν ἰδίᾳ μοι γεγράψεται, ὅσα πιστότατα ἐς ἀφήγησιν οἵ τε ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες, καὶ ὁ ἐκπεριπλεύσας τῆς μεγάλης θαλάσσης τὸ κατ' Ἰνδοὺς Νέαρχος. ἔπειθ' ὅσα Μεγασθένης τε καὶ Ἐρατοσθένης δοκίμω ἄνδρε ξυνεγραψάτην.

Plinius in Hist. Nat. lib. VI.

Onesicriti & Nearchi navigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia. ---- Carmaniæ oram patere duodecies centena 2. mill. passuum Nearchus scripsit.

Q. Curtius lib. IX.

Nearcho atque Onesicrito nauticæ rei peritis imperavit (Alexander,) ut validissimas navium deducerent in Oceanum; progressique, quoad tuto possent, naturam maris noscerent, &c.

ΝΕΑΡΧΟΥ

ΝΕΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΠΛΟΥΣ

ΕΚ

ΤΟΥ ΑΡΡΙΑΝΟΥ.

NEARCHI PARAPLUS

EX

ARRIANO.

Ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παράπλου μοι ἀφήγησις ἐστὶν, ὃν Νέαρχος σὺν τῷ στόλῳ παρέπλευσεν, ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς, κατὰ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν, ἣν δὲ ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσι. Νεάρχῳ δὲ λέλεκται ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος. πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περσικήν· [1] ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ τε πλόου τὸ μῆκος, καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαντες, ἢ ὅρμων ἀπόρῳ, ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ στόλος· καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὕτη τοῖς ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖς μεγάλοισιν ἐπιγενομένη, τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίσοι. ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰ

IN hoc autem libro id tantum narro: quomodo Nearchus, ab Indi ostiis solvens, per oceanum in sinum Persicum navigarit, quem quidem nonnulli mare rubrum appellant. Nearchus de hac re ita scribit: Alexandri desiderium fuisse universum mare, quod ab Indis in Persicum usque sinum patet, enavigare. Cæterum illum navigationis longinquitate deterritum fuisse, simulque veritum ne in aliquam desertam regionem aut portus difficiles frugibusque carentes delatus classem amitteret, ingensque aliqua macula rebus præclare abs se gestis offusa omnem felicitatis gloriam obliteraret: vicisse tamen ingen-

1 In vett. Editt. ἰκνέειν. in margine MS. Bodl. ἐκκνέειν.

tem

tem quandam ſibi innatam inuſitatæ alicujus ac magnæ rei gerendæ cupiditatem. Dubitaſſe autem quem perficiendis cogitationibus ſuis parem deligeret: ſimulque iis qui tam longinquam expeditionem adirent, metum adimeret, ſeſe neglectos in manifeſtum periculum mitti. Nearchus auctor eſt, Alexandrum ſecum communicaſſe, quem potius claſſis ducem ac præfectum deſignaret: quumque diverſorum meminiſſet, alios periculi metu, alios præ mollitie animi, alios patriæ deſiderio occupatos recuſaſſe: atque Alexandrum eos aliis atque aliis verbis increpaſſe Tum ſe operam ſuam pollicitum dixiſſe, Ego, ô rex, claſſis gubernationem ſuſcipiam, & (ſi deus cœpta ſecundârit) claſſem ſimul & militem in Perſidem ducam, ſi omnino ejus regionis mare navigabile fuerit, aut ſi id ulla ratione ab humano ingenio præſtari poſſit. Alexandrum vero verbo negaſſe velle ſe in tantos labores tantaque pericula aliquem amicorum ſuorum conjicere: ſe vero nequaquam ideo languidiorem effectum eſſe, ſed obnixe oraſſe: ac tum demum Alexandrum Nearchi animum adeo promtum atque alacrem collaudaſſe, eumque univerſæ claſſi præfeciſſe: & exercitum qui ad hanc navigationem deſtinatus erat, & nautas quietiore animo fuiſſe, quod perſuaſum haberent, Alexandrum

1 ἰχθὺν δὲ αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπου ποιέουσαν, ἐμβάλλειν &c. MS. Bodl. 2 Ὁμολογεῖν μὲν ἐξοικισθήσεσθαι MS. Bodl. 3 Καὶ τῆς σοφίης MS. Bodl. 4 Ὡρμήσαντο MS. Bodl.

jactis constiterunt, quod aspera longe in mare petra porrecta esset. Exinde non ita directe ad occasum navigarunt, sed inter occidentem & septentrionem cursum tenuerunt. atque ita Carmania arboribus fœcundior magisque frugifera est quam Ichthyophagorum aut Oritarum regio: magis etiam herbosa, aquisque abundans. Quum in Badin cultum Carmaniæ locum appulissent, multas arbores pomiferas, exceptis oleis, repererunt. Erat & ea regio vitium & frumenti ferax. Inde ad DCCC stadia progressi, ad littus desertum appellunt. Ex eo loco promontorium ingens longe in mare porrectum conspiciunt, quod unius diei navigatione inde abesse videbatur. Periti locorum Arabiæ promontorium id esse dicebant, vocarique Macetam. Inde cinnamomum & alia ejuscemodi aromata in Assyrios vehi. Ab eo littore ubi classis ancoris in salo jactis constiterat, & promontorio quod ex adverso in mare porrectum conspexerant, sinus meo judicio, ut & Nearcho visum est, introrsum refunditur, qui quidem mare rubrum appellatur. Id promontorium ubi conspicati sunt, Onesicritus classem eo di-

ἀγκυρέων ἐσάλευσαν, ὅτι ῥηχίη παρετέτατο ἐς τὸ πέλαγος τρηχέη. ἐνθένδε δὲ ὡσαύτως οὐκέτι πρὸς ἡλίου δυομένου ἔπλεον· ἀλλὰ τὸ μεταξὺ δύσιός τε ἡλίου καὶ τῆς ἄρκτου οὕτω μᾶλλόν τι αἱ πρῷραι αὐτοῖσιν ἐπεῖχον. καὶ οὕτω ἡ Καρμανίη τῆς Ἰχθυοφάγων τε γῆς καὶ τῆς Ὠρειτέων εὐδενδροτέρη τε καὶ εὐκαρποτέρη ἐστί, καὶ ποιώδης μᾶλλόν τι καὶ ἔνυδρος. ὁρμίζονται δὲ [1] ἐν Βαδη- χώρῳ τῆς Καρμανίης οἰκουμένῳ, δένδρεά τε πολλὰ ἥμερα πεφυκότα ἔχοντι, πλὴν ἐλαίης, καὶ ἀμπέλους ἀγαθάς, καὶ σιτοφόρῳ. ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες, καὶ διεκπλώσαντες σταδίους ὀκτακοσίους, πρὸς αἰγιαλῷ ὁρμίζονται ἐρήμῳ· καὶ καθορῶσιν ἄκρην μακρήν, ἀνέχουσαν ἐπὶ πολλὸν ἐς τὸ πέλαγος. ἀπέχειν δὲ ἐφαίνετο ἡ ἄκρη πλόον ὡς ἡμέρης. [2] καὶ οἱ τῶν χώρων ἐκείνων δαήμονες, τῆς Ἀραβίης ἔλεγον τὴν ἀνίσχουσαν ταύτην ἄκρην· καλέεσθαι δὲ Μάκετα. ἔνθεν τὰ [3] κιννάμωμά τε καὶ ἄλλα τοιουτότροπα ἐς Ἀσσυρίους ἀγινέεσθαι. καὶ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ τούτου, ἵνα περ ὁ στόλος ἐσάλευε, καὶ τῆς ἄκρης, ἥντινα καταντικρὺ ἀφεώρων ἀνέχουσαν ἐς τὸ πέλαγος, ὁ κόλπος ἐμοί τε δοκεῖ, καὶ Νεάρχῳ ὡσαύτως ἐδόκεεν, ἐς τὸ εἴσω ἀναχέεται, ὅπερ εἰκός, καὶ ἐρυθρὴ θάλασσα. ταύτην τὴν ἄκρην ὡς κατεῖδον, Ὀνησίκριτος μὲν ἐπέχοντας ἐπ' αὐτὴν πλέειν

1 Ἐν Βαδιχώρῳ in editis & scriptis nonnullis. qua scriptura deceptus *Vulcanius* vertebat *in Badichorum*. In *codd. melioribus*, ἐν Βάδη χώρῳ. malit tamen *Salmasius*, ἐν Σάβη χώρῳ. Vide Exerc. Plin. p. 837. 2 In *Ed. Basil.* & *MS. Bodl.* καὶ οἱ τῶν χώρων ἐκείνων δαήμονες τῆς Ἀρραβίης ἔλεγον, τὴν ἀνίσχουσαν ταύτην ἄκρην καλέεσθαι Μάκετα. *Salmasius* legit καλέεσθαι δὲ Μακίδα. nam ἡ Μάκις ἄκρη à populis qui Μάκαι dicuntur. Sed libri repugnant. *Blanc.* 3 Κινάμωμά τι in *MS. Bodl.*

ἐκέλευεν,

ἰθύνειν, ὡς μὴ κατὰ τὸν κόλπον ἐλαύνοντας ταλαιπωρέεσθαι. Νέαρχος δὲ ὑποκρίνεται [1] νήπιον Ὀνησίκριτον, εἰ ἀγνοέει ἐπ' ὅτῳ ἐστάλη πρὸς Ἀλεξάνδρου ὁ στόλος. οὐ γὰρ ὅτι ἀπορίη ἦν πεζῇ διασωθῆναι πάντα αὐτῷ τὸν στρατὸν, διὰ τοῦτο ἄρα ἐκπέμψαι τὰς νέας· ἀλλὰ ἐθέλοντα αἰγιαλούς τε τοὺς κατὰ τὸν παράπλουν κατασκέψασθαι, καὶ ὅρμους καὶ νησῖδας, καὶ ὅστις κόλπος [2] ἐπέχοι, ἐκπεριπλῶσαι τοῦτον, καὶ πόλιας ὅσαι ἐπιθαλάσσιαι· καὶ εἴ τις ἔγκαρπος γῆ, καὶ εἴ τις ἐρήμη. οὔκουν χρῆναι ἀφανίσαι τὸ ἔργον, πρὸς τέρματι ἤδη ἐόντας τῶν πόνων, ἄλλως τε οὐδὲ ἀπόρως ἔτι τῶν ἀναγκαίων ἐν τῷ περίπλῳ ἔχοντας· δεδιέναι τε, ὅτι ἡ ἄκρη ἐς μεσημβρίην ἀνέχει, μὴ ἐρήμῳ τε τῇ ταύτῃ γῇ καὶ ἀνύδρῳ καὶ φλογώδει ἐγκύρσειαν. ταῦτα ἐνίκα, καί μοι δοκέει περιφανέως σῶσαι τὴν στρατιὴν τῇδε τῇ βουλῇ Νέαρχος. τὴν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην, καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώρην πᾶσαν, ἐρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει, καὶ ὕδατος ἀπορίῃ ἔχεσθαι. ἀλλὰ ἔπλωον γὰρ ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ἄραντες, τῇ γῇ προσεχέες· καὶ πλώσαντες σταδίους ὡς ἑπτακοσίους, ἐν ἄλλῳ αἰγιαλῷ ὡρμίσαντο· [3] Νεόπλανα ὄνομα τῷ αἰγιαλῷ. καὶ αὖθις ὑπὸ τὴν ἕω ἀνήγοντο· καὶ πλώσαντες σταδίους ἑκατὸν, ὁρμίζονται κατὰ τὸν ποταμὸν Ἄναμιν. ὁ δὲ χῶρος [4] Ἁρμόζεια ἐκαλέετο.

rigi jubebat, ne per ſinum navigantes calamitatibus adficerentur. Nearchus parum prudentem eſſe Oneſicritum reſpondit, ſi neſciret quam ad rem Alexander claſſem miſiſſet. Neque enim quia pedeſtri itinere totum exercitum traducere ſalvum non poſſet, eam ob cauſam naves emiſſas: ſed quod vellet omnia littora, portuſque & inſulas perluſtrari, omnes etiam ſinus pernavigari, & urbes quæ ad mare ſitæ eſſent: quæve regio fertilis, quæ deſerta ſit inquiri. Non debere itaque eos totum negotium pervertere, quum jam ad finem laborum perveniſſent, præcipue quum res omnes ad navigationem neceſſariæ eos non deficerent: vereri etiam ſe, quod promontorium illud in meridiem vergeret, ne in deſertam & ſiticuloſam torridamque regionem inciderent. Nearchi ſententia vicit: & mihi quidem Nearchus hoc conſilio claſſem univerſam ſervaſſe videtur. Promontorium enim illud, omnemque regionem illi circumjectam, deſertam eſſe fama eſt, ſummaque aquarum penuria laborare. Mota igitur claſſe, terræ adnavigantes, DCC ſtadiis emenſis, ad aliud littus, cui Neoptana nomen eſt, appellunt: rurſuſque ſub auroram inde ſolvunt, & centum ſtadiis enavigatis, ad fluvium Anamin perveniunt. Locus ipſe Harmozia vocatur.

1 Νήπιον εἶναι Ὀνησίκριτον, *MS. Bodl.* 2 In *editis vett.* & *MS. Bodl.* ἐπίσχοι. in margine tamen codicis ἐπίσχοι. 3 In *MS. Bodl.* Νεόπλανα ὀνόματι τῷ αἰγιαλῷ & mox [illegible] pro [illegible]. quomodo male legitur & in aliis *codd.* teſte *Blancardo*. 4 Ἀρ[illegible] *Ptolemæo*.

amicam

amicam ibi omniumque rerum feracem regionem nacti sunt: oleas tantum non ferebat. Hîc navibus egressi, cupide à tot tantisque laboribus conquieverunt, cum jucunda tot malorum quæ mari perpessi fuerant recordatione. memoria etiam recolebant, quæ apud Ichthyophagos, in desertis regionibus, apud efferatos homines, in summa rerum omnium inopia pertulissent. Quidam vero interius remotiusque à mari progressi, & ab exercitu sejuncti sunt, alius alium quærentes. Repertus hîc est ab eis quidam Græcanica chlamyde reliquoque habitu Græco indutus, linguam etiam Græcam sonans, ad cujus primum conspectum collacrymatos ferunt: adeo novum atque insolens iis videbatur, post tot mala hominem Græcum cernere, Græceque loquentem audire. Interrogarunt itaque, unde veniret, & quis esset. Ille se ab exercitu Alexandri sejunctum esse respondit, castraque atque adeo ipsum Alexandrum non procul abesse. Hunc hominem ipsi confestim gaudio exsultantes ad Nearchum adducunt: qui rem omnem ei retulit, castraque & regem quinque dierum itinere inde abesse. Præsidem etiam illius regionis Nearcho nominavit & ostendit. tum Nearchus cum eo consilium capit quo pacto ad regem reverti possit: simulque ad class-

φίλια τε ἤδη καὶ πάμφορα ταύτη ἦν, πλὴν ἐλαῖαι οὐ πεφύκεσαν. ἐνταῦθα ἐκβαίνουσί τε ἐκ τῶν νεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν πολλῶν πόνων ἄσμενοι ἀνεπαύοντο, μεμνημένοι ὅσα κακὰ κατὰ τὴν θάλασσαν πεπονθότες ἦσαν, καὶ πρὸς τῇ γῇ τῇ Ἰχθυοφάγων, τήν τε ἐρημίην τῆς χώρης, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅπως θηριώδεες, καὶ τὰς σφῶν ἀπορίας ἐπιλεγόμενοι. καί τινες αὐτῶν ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸ πρόσω ἀνῆλθον, ἀποσκεδασθέντες τῆς στρατιῆς κατὰ ζήτησιν ἄλλος ἄλλου. ἐνταῦθα ἄνθρωπος σφισιν ὤφθη χλαμύδα τε φορέων Ἑλληνικὴν, καὶ τὰ ἄλλα ὡς Ἕλλην ἐσκευασμένος, καὶ φωνὴν [1] Ἑλλάδα ἐφώνεε. τοῦτον οἱ πρῶτοι ἰδόντες, δακρῦσαι ἔλεγον· οὕτω τι παράλογον σφίσι φανῆναι, ἐκ τῶν τοσῶνδε κακῶν Ἕλληνα μὲν ἄνθρωπον ἰδεῖν, Ἑλλάδος δὲ φωνῆς ἀκοῦσαι. ἐπηρώτων τε ὁπόθεν ἥκοι, καὶ ὅστις ὤν. ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀποσκεδασθῆναι ἔλεγε, καὶ εἶναι οὐ πόρρω τὸ στρατόπεδον, καὶ αὐτὸν Ἀλέξανδρον. τοῦτον τὸν ἄνθρωπον βοῶντές [2] τε καὶ κροτέοντες ἀνάγουσι παρὰ τὸν Νέαρχον· καὶ Νεάρχῳ πάντα ἔφρασε, καὶ ὅτι πέντε ἡμερέων ὁδὸν ἀπέχει τὸ στρατόπεδον καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ θαλάσσης. τόν τε ὕπαρχον τῆς χώρης ταύτης [3] δείξειν ἔφη Νεάρχῳ, καὶ ἔδειξε. καὶ μετὰ τούτου Νέαρχος γνώμην ποιέεται ὅπως ἀναβήσεται [4] πρὸς βασιλέα. τότε μὲν δὴ ἐπὶ

1 In *Ed. Bas.* Ἑλλάδος. 2 Τε καὶ κροτέοντες absunt in *vett. Ed.* 3 Ita expressi *Vulcanii.* cæteri τὸ δείξειν non agnoscunt. 4 Πρὸς τὸν βασιλέα *MS. Bodl.*

τὰς

τὰς νέας ἀπῆλθον. ὑπὸ δὲ τὴν ἕω τὰς νέας ἀνελκέειν, ἐπισκευῆς τε εἵνεκα, ὅσαι αὐτῷ κατὰ τὸν πλοῦν πεπονήκεσαν· καὶ ἅμα ὅτι ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ὑπομεῖναί οἱ ἐδόκεε τὸν πολλὸν στρατόν. χάρακά τε οὖν περιβάλλεται διπλοῦν ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου, καὶ τεῖχος γήϊνον καὶ τάφρον βαθεῖαν, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῆς ὄχθης ἀρξάμενος, ἔστε ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν, ἵνα αἱ νέες αὐτῷ ἀνειρυσμέναι ἦσαν. ἐν ᾧ δὲ ὁ Νέαρχος ταῦτα ἐκόσμεε, τῆς χώρης ὁ ὕπαρχος πεπυσμένος ὅπως ἐν μεγάλῃ φροντίδι ἔχοι Ἀλέξανδρος τὰ ἀμφὶ τοῦ στόλου τούτου, μέγα δή τι ἐξ Ἀλεξάνδρου ἀγαθὸν [1] ἀνέγνω πείσεσθαι, εἰ πρῶτός οἱ ἀπαγγείλειε τοῦ στρατοῦ τὴν σωτηρίην, καὶ τοῦ Νεάρχου, ὅτι οὐ πολλῷ ὕστερον ἀφίξεται ἐς ὄψιν τοῦ βασιλέως· οὕτω δὴ [2] τὴν βραχύτητα ἐλάσας, ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι Νέαρχος οὗτος προσέρχεται ἀπὸ τῶν νεῶν. τότε μὲν δὴ καίπερ ἀπιστέων τῷ λόγῳ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ ἐχάρη γε κατὰ τὸ εἰκὸς τῇ ἀγγελίῃ. ὡς δὲ ἡμέρη τε ἄλλη ἐξ ἄλλης ἐγίνετο καὶ ξυντιθέντι αὐτῷ τῆς ἀγγελίης τὸν χρόνον, οὐκέτι πιστὰ τὰ ἐξηγγελμένα ἐφαίνετο· πεμπόμενοί τε ἄλλοι ἐπ' ἄλλοισιν, ὡς ἐπὶ κομιδῇ τοῦ Νεάρχου, οἱ μέν τινες ὀλίγον τῆς ὁδοῦ προελθόντες, καὶ [3] διαμαρτόντες τῶν ἀμφὶ τὸν Νέαρχον, οὐδὲ αὐτοὶ ἐπανήεσαν· ἐνταῦθα δὴ τὸν μὲν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, ὡς κενά τε ἀγγείλαντα, καὶ

ſem ſeſe recipiunt. Poſtridie vero ſub lucem ſubduci naves jubet, partim ut quæ longa navigatione quaſſatæ erant, reficerentur: partim quod magnam exercitus partem ibi relinquere ſtatuerat. Duplici itaque vallo & muro terreo navale cingit, foſſamque profundam à ripa fluminis ad eam littoris partem, in quam naves ſubductæ erant, ducit. Interea dum hæc à Nearcho parantur, præſes regionis quum audiſſet Alexandrum vehementer de claſſe hac ſolicitum eſſe, magnum aliquod munus ſe ab Alexandro accepturum arbitratus, ſi primus nuntiaret exercitum ſalvum eſſe, & Nearchum propediem in conſpectum regis venturum: compendio viæ inito, renuntiat Alexandro, Nearchum à navibus venire. Alexander tametſi fidem ejus verbis non haberet, magnam tamen ut par eſt ex eo nuntio lætitiam cepit. Quum vero alius ex alio dies traheretur, & tempus ex quo nuntium allatum fuerat conferret, non jam amplius credibile ei videbatur. quumque alii atque alii mitterentur qui Nearchum adveherent, nonnullique aliquantulum viæ progreſſi Nearchum non offenderent, ne ipſi quidem revertebantur. Tum Alexander hominem illum tanquam mendacis nuntii aucto-

1 *Ἂν ἔγνω MS. Bodl.* 2 An cum Interprete ſcribendum *τὴν βραχυτάτην*, ut ſubaudiatur ſubſtantivum *ὁδὸν*? Ego nihil muto, & libentius ſubaudio *τῆς ὁδοῦ*. *Blanc.* 3 *Vulcanius* edidit, *διαμαρτάνοντες τῶν ἀμφὶ τὸν Νέαρχον.* Revocavi veterem ſcripturam *ἀμφὶ τὸν*, quæ & à libris confirmatur. *Blancardus.*

rem,

rem, quique ſuum mœrorem vano illo gaudio duplicarat, comprehendi jubet: ingentemque dolorem & vultu & animo præ ſe ferebat. Interea nonnulli, qui cum equis & vehiculis ad quærendum adducendumque Nearchum miſſi fuerant, in ipſo itinere Nearcho & Archiæ obvii facti ſunt: qui quidem aliis quinque aut ſex viris comitati veniebant. Neque tamen primo aſpectu vel Nearchum vel Archiam agnoverunt: adeo immutati atque ab ſeipſis diverſi erant, hirſuti & ſordidi, ſalſugineque repleti, rugoſi, ſqualidi, & ex multis vigiliis laboribuſque pallidi. Interrogantibus enim illis ubinam eſſet Alexander, cognito loco, iter ſuum perſecuti ſunt. Tum Archias animadverſa re ad Nearchum converſus ait, “Homines iſtos, Nearche, eadem qua nos via per “deſerta contendere non aliam “ob cauſam judico, quam quod “nos quæſitum miſſi ſint. Quod “vero nos non agnoſcunt, equidem non miror: ita enim “ſqualidi maleque habiti ſumus, “ut agnoſci non poſſimus. Significemus itaque eis quinam “ſimus, eoſque viciſſim percontemur, quam ob rem hoc itinere proficiſcantur. Nearcho Archiæ conſilium perquam opportunum eſt viſum. Rogarunt itaque quonam proficiſcerentur, qui reſpondent, Nearchum ſe & navalem exercitum quæſitum ire: ſtatimque Nearchum reſpondiſſe, “Hic ego

λυπηρότερα οἱ τὰ πρήγματα ποιήσαντα τῇ ματαίῃ εὐφροσύνῃ, συλλαβεῖν κελεύει Ἀλέξανδρος· αὐτὸς δὲ τῇ τε ὄψει καὶ τῇ γνώμῃ δῆλος ἦν μεγάλῳ ἄχει βεβλημένος. ἐν τούτῳ δὲ τῶν τινες κατὰ ζήτησιν τοῦ Νεάρχου ἐσταλμένων, ἵππους τε ἐπὶ κομιδῇ αὐτῶν καὶ ἀπήνας δὲ ἄγοντες, ἐντυγχάνουσι κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ τε [1]τῷ Νεάρχῳ καὶ τῷ Ἀρχίῃ, καὶ πέντε ἢ ἓξ ἅμα αὐτοῖσι· μετὰ τοσούτων γὰρ ἀνῄει. καὶ ἐντυχόντες, οὔτε αὐτὸν ἐγνώρισαν, οὔτε τὸν Ἀρχίην· οὕτω τι κάρτα [2]ἀλλοῖοι ἐφάνησαν, [3]κομέοντές τε καὶ ῥυπόωντες, καὶ μεστοὶ ἅλμης, καὶ ῥικνοὶ τὰ σώματα, καὶ ὠχροὶ ὑπὸ ἀγρυπνίης τε καὶ τῆς ἄλλης ταλαιπωρίης. ἀλλὰ ἐρομένοις γὰρ αὐτοῖς ἵναπερ εἴη Ἀλέξανδρος, ὑποκρινάμενοι τὸν χῶρον, οἱ δὲ παρήλαυνον. Ἀρχίης δὲ ἐπιφρασθεὶς λέγει πρὸς Νέαρχον, “Ὦ Νέαρχε, τούτους τοὺς “ἀνθρώπους δι᾽ ἐρημίης ἐλαύνειν τὴν “αὐτὴν ἡμῖν ὁδὸν, οὐκ ἐπ᾽ ἄλλῳ τι-“νι συντίθημι, ἢ ὅτι μὴ κατὰ ζή-“τησιν ἡμετέρην ἀπεσταλμένους· ὅτι “δὲ οὐ γιγνώσκουσιν ἡμέας, οὐκ ἐν θώ-“ματι ποιέομαι· οὕτω γάρ τι ἔχο-“μεν κακῶς, ὡς ἄγνωστοι εἶναι. φρά-“σωμεν ὦν αὐτοῖς οἵτινες εἰμὲν καὶ “τοὺς ἐρώμεθα καθ᾽ ὅ,τι ταύτῃ ἐλαύ-“νουσιν. ἔδοξε τῷ Νεάρχῳ ἐναίσιμα λέγειν. καὶ ἤροντο ὅποι ἐλαύνουσιν· οἱ δὲ ὑποκρίνονται ὅτι κατὰ ζήτησιν Νεάρχου τε καὶ στρατοῦ τοῦ ναυτικοῦ. ὁ δὲ, “Οὗτος

1 Articulus deeſt in *MS. Bodl.* 2 Ita emendatum ab *Interprete.* Prius legebatur [illegible] *Id.* 3 Κομόωντες in *MS. Bodl.* & *Ed.Ven.*

"ἔφη, ἐγώ εἰμι Νέαρχος, καὶ Ἀρχίης οὗτος. ἀλλ' ἄγετε ἡμέας· ἡμεῖς δὲ τὰ ὑπὲρ τῆς στρατιῆς Ἀλεξάνδρῳ ἀπηγησόμεθα. ἀναλαβόντες [1] ὧν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς ἀπήνας, ὀπίσω ἤλαυνον. καί τινες αὐτῶν τούτων ὑποφθάσαι ἐθελήσαντες τὴν ἀγγελίην, προδραμόντες λέγουσιν Ἀλεξάνδρῳ, ὅτι οὗτός τοι Νέαρχος, καὶ σὺν αὐτῷ Ἀρχίης καὶ πέντε ἄλλοι κομίζονται παρὰ σέ· ὑπὲρ δὲ τοῦ στρατοῦ παντὸς οὐδὲν εἶχον ὑποκρίνασθαι. τοῦτο δὴ ἐκεῖνο συνθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος, τοὺς μὲν παραλόγως ἀποσωθῆναι, τὴν στρατιὴν δὲ πᾶσαν διεφθάρθαι αὐτῷ, οὐ τοσόνδε τοῦ Νεάρχου τε καὶ τοῦ Ἀρχίου τῇ σωτηρίῃ ἔχαιρεν, ὅσον ἐλύπει αὐτὸν ἀπολομένη ἡ στρατιὰ πᾶσα. οὔπω πάντα ταῦτα εἴρητο, καὶ ὁ Νέαρχός τε καὶ ὁ Ἀρχίης προσῆγον. τοὺς δὲ μόγις καὶ χαλεπῶς ἐπέγνω Ἀλέξανδρος, ὅτι τε κομόωντας καὶ κακῶς ἐσταλμένους ἐθεώρεε, ταύτῃ μᾶλλόν τι βεβαιότερον αὐτῷ τὸ ἄχος ὑπὲρ τῆς στρατιῆς τῆς ναυτικῆς ἐγίνετο. ὁ δὲ τὴν δεξιὴν τῷ Νεάρχῳ ἐμβαλὼν καὶ ἀπαγαγὼν μόνον αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἑταίρων τε καὶ τῶν ὑπασπιστῶν, πολλὸν ἐπὶ χρόνον ἐδάκρυεν. ὀψὲ δὲ ἀνενεγκὼν, "ἀλλὰ ὅτι σύ γε ἡμῖν ἐπανήκεις σῶς (ἔφη) καὶ Ἀρχίης οὗτος, ἔχοι ἂν ἔμοιγε ὡς ἐπὶ συμφορῇ τῇ ἁπάσῃ μετρίως· αἱ δέ τοι νέες καὶ ἡ στρατιὴ κοίῳ τινὶ τρόπῳ διεφθάρησαν[c]; ὁ δὲ ὑπολαβὼν, "Ὦ βασιλεῦ (ἔφη) καὶ αἱ νέες τοι σῶαί εἰσι, καὶ ὁ στρατός·

"sum Nearchus, & hic, Archias. at vos nobis duces itineris estote: nos Alexandro de classe referemus. Illis itaque in vehicula exceptis ad regem revertuntur. Nonnulli horum, nuntium celeritate prævertere cupientes, præcurrentes Alexandro nuntiarunt Nearchũ ipsum, & cum eo Archiam ac quinque alios adventare: de exercitu vero, nihil sese explorati quod nuntient habere. Ex hoc ipso nuntio colligebat Alexander, Nearchum quidem & Archiam præter opinionem & fortuito servatos esse, exercitum vero universum periisse. neque tantum gaudii ex Nearchi & Archiæ salute percepit, quantum ex amissa classe mœroris. necdum hic sermo desierat, quum Nearchus & Archias adveniunt, quos Alexander difficulter admodum agnoscere potuit, quod ita hirsutos & squalidos maleque habitos cerneret: tantoque magis ejus dolor ob amissum exercitum navalem confirmabatur. Injecta tamen Nearcho dextra, eoque seorsim ab amicis & scutatis abducto, multo tempore collacrymatus est. Tandem repressis lacrymis, "Enimvero quod tu (inquit) Nearche & Archias sospites ac salvi redieritis, moderatius universæ classis jacturam fero: at vero naves & exercitus quonam pacto perierunt? Tum Nearchus regis sermonem excipiens, "Salvæ sunt (inquit) tibi, rex, & naves & exercitus:

1 Adverbium ὧν hic & alibi desideratur in *MS. Bodl.*

“nos vero hujus salutis nuntii
“venimus. Tum uberiores Alexandro lacrymæ manarunt, quod præter omnem exspectationem ei exercitus salvus esset: simulque ubi portum ceperint rogat. Nearchus eas ad fauces Anamidis fluvii consistere ait, atque in terram subductas refici. Post hæc Alexander per Jovem Græcorum & Hammonem Libycum jurans affirmavit, gratius sibi jucundiusque id nuntii accidisse, quam quod universam Asiam subjugasset. Dolorem enim ob amissum exercitum, universæ felicitati suæ parem fuisse. Præses vero provinciæ, quem ob nuntii vanitatem comprehendi jusserat, Nearchum præsentem conspicatus, ei ad genua provolutus, “Ego, inquit, is sum qui Alexandro
“nuntiavi vos salvos rediisse.
“vides quo pacto exceptus sim. Tum rogatu Nearchi Alexander eum dimitti jubet. Alexander ob servatum exercitum, Jovi servatori, atque Herculi, & Apollini Alexicaco, *sive infortuniorum propulsatori*, & Neptuno, aliisque diis marinis sacrum fecit. Ludos etiam gymnicos & musicos edidit, pompamque induxit: pompæ dux Nearchus erat, sertis ac floribus ab omni exercitu petitus. His rebus peractis, Alexander ita Nearchum alloquitur,

“ἡμεῖς δὲ οὔτοι ἄγγελοι τῆς σωτηρίης
“αὐτῆς ἥκομεν. ἔτι ὧν μᾶλλον ἐδάκρυε Ἀλέξανδρος, καθότι ἀνέλπιστός οἱ ἡ σωτηρίη τοῦ στρατοῦ ἐφαίνετο· καὶ ὅπου ὁρμέουσιν αἱ νέες [1] ἐπανηρώτα. ὁ δὲ, αὗται (ἔφη) ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀνάμιδος ποταμοῦ ἀνειρυσμέναι ἐπισκευάζονται. Ἀλέξανδρος δὲ τόν τε Δία τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὸν Ἄμμωνα τῶν Λιβύων ἐπομνύειν, ἦ μὴν μεῖζον ὡς ἐπὶ τῇδε τῇ ἀγγελίῃ χαίρειν, ἢ ὅτι τὴν Ἀσίην πᾶσαν [2] ἐκτημένος ἔρχεται. καὶ γὰρ καὶ τὸ ἄχος οἱ ἐπὶ τῇ ἀπωλείῃ τῆς στρατιῆς ἀντίῤῥοπον γενέσθαι τῇ ἄλλῃ πάσῃ εὐτυχίῃ. ὁ δὲ ὕπαρχος τῆς χώρης, ὅντινα συνειλήφει Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς ἀγγελίης τῇ ματαιότητι, παρεόντα κατιδὼν τὸν Νέαρχον, πίπτει τε αὐτοῦ πρὸς τὰ γούνατα, καὶ, “Οὗτός τοι (ἔφη) ἐγώ εἰμι,
“ὃς ἀπήγγειλα Ἀλεξάνδρῳ ὅτι σῶοι
“ἥκετε. ὁρᾷς ὅπως διάκειμαι. ἔνθα δὴ δεῖται Ἀλεξάνδρου Νέαρχος ἀφεῖναι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀφίεται. Ἀλέξανδρος δὲ σωτήρια τοῦ στρατοῦ ἔθυε Διὶ σωτῆρι, καὶ Ἡρακλεῖ, καὶ Ἀπόλλωνι Ἀλεξικάκῳ, καὶ Ποσειδῶνί τε, καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι. καὶ ἀγῶνα ἐποίεε γυμνικόν τε καὶ μουσικὸν καὶ πομπὴν ἔπεμπε· καὶ Νέαρχος ἐν πρώτοις ἐπόμπευε, ταινίῃσί τε καὶ ἄνθεσι πρὸς τῆς στρατιῆς βαλλόμενος. ὡς δὲ ταῦτά οἱ τέλος εἶχε, λέγει πρὸς Νέαρχον,

1 *Ανηρώτα* in *MS. Bodl.* 2 Servo lectionem quæ in manuscriptis hæc est, τὴν Ἀσίην πᾶσαν ἐκτημένος ἔρχεται. Vulgati Basilienses, *κεκτημένος*. *Herodotus* Musa octava, tmemate CXL. ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τῆς γῆς ἐκτημένων. Utitur & voce ἐκτῆσθαι *Homerus* Il. β'.

———— οὐδ' ἔσα φασὶν
Ἴλιον ἐκτῆσθαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον. *Blanc.*

“ Ἐγὼ

"Ἐγώ σε ὦ Νέαρχε οὐκέτι ἐθέλω τὸ "πρόσω οὔτ' οὖν κινδυνεύειν, οὔτ' οὖν "ταλαιπωρέεσθαι· ἀλλὰ ἄλλος γὰρ τοῦ "ναυτικοῦ ἐξηγήσεται τὸ ἀπὸ τοῦδε, ἔσ"τε καταστήσαι αὐτὸ ἐς Σοῦσα. Νέαρχος δὲ ὑπολαβὼν λέγει, " Ὦ βα"σιλεῦ, ἐγὼ μέν τοι πάντα πείθεσθαι "ἐθέλω τε καὶ ἀναγκαίη μοι ἐστίν. ἀλλὰ "εἰ δή τι καὶ σὺ ἐμοὶ χαρίζεσθαι ἐθέ"λεις, μὴ ποιήσῃς ὧδε. ἀλλά με "ἔασον ἐξηγήσασθαι ἐς ἅπαν τοῦ στρατοῦ, "ἔστε σοι σώας καταστήσω ἐς Σοῦσα "τὰς νέας. μηδὲ τὰ μὲν χαλεπά τε "αὐτοῦ καὶ ἄπορα ἐμοὶ ἐπιτετραμμένα "ἐκ σοῦ ἔστω· τὰ δὲ εὐπετέα τε καὶ "κλέους ἤδη ἑτοίμου ἐχόμενα, ταῦτα "δὲ ἀφαιρεθέντα, ἄλλῳ ἐς χεῖρας "διδόσθω. ἔτι λέγοντα παύει αὐτὸν Ἀλέξανδρος, καὶ χάριν προσωμολόγει εἰδέναι. οὕτω δὴ καταπέμπει αὐτὸν, στρατιὴν δοὺς ἐς παραπομπὴν, [1] ὡς διὰ φιλίας ἰόντι, ὀλίγην. τῷ δὲ, οὐδὲ τὰ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ θάλασσαν ἔξω πόνου ἐγένετο· ἀλλὰ συλλελεγμένοι γὰρ οἱ κύκλῳ βάρβαροι, τὰ ἐρυμνὰ τῆς χώρης τῆς Καρμανίης κατεῖχον, ὅτι καὶ ὁ σατράπης αὐτοῖσι τετελευτήκει κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου. ὁ δὲ νεωστὶ καθεστηκὼς Τληπόλεμος, οὔπω βέβαιον τὸ κράτος εἶχε. καὶ δὶς οὖν καὶ τρὶς τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ ἄλλοισι καὶ ἄλλοισι τῶν βαρβάρων ἐπιφαινομένοισιν ἐς χεῖρας ἤεσαν· καὶ οὕτως οὐδέν τι ἐλινύσαντες, μόλις καὶ χαλεπῶς ἐπὶ θάλασσαν ἀπεσώθησαν. ἐνταῦθα θύει Νέαρχος Διῒ σωτῆρι, καὶ ἀγῶνα ποιεῖ γυμνικόν. ὡς δὲ αὐτῷ

1 Illud ὡς deest in MS. Bodl.

"Ego te, Nearche, nulla post-"hac pericula aut labores adi-"re volo. Sed alius classi præ-"fectus eam in Susas ducet. Nearchus regis sermonem excipiens, "Equidem, ô rex (inquit) tibi per omnia morem "gerere & cupio & debeo. "Cæterum siqua in re mihi gra-"tificari volueris, hoc ne fece-"ris: quin potius me univer-"so exercitui præfectum esse "patiare, donec tibi naves sal-"vas in Susas perduxerim: ne-"ve quum res arduæ atque dif-"ficiles mihi abs te commissæ "fuerint; faciles, quarum glo-"ria jam in promtu est, aliis "in manus dederis. Adhuc loquentem sedat Alexander, gratiam se illi habere professus: atque ita eum dimittit, exiguo exercitu comitatum, quippe cui per amicam regionem eundum esset. Cæterum neque ipsa ad mare profectio Nearcho expers laboris fuit. Collecti enim undequaque barbari tuta munitaque Carmaniæ loca occuparant. nam Satrapa eorum jussu Alexandri interfectus fuerat. Tlepolemus autem, qui recens Satrapatum inierat, nondum firmum imperium nactus erat. Bis itaque ac ter uno atque eodem die diversis in eum barbaris irruentibus pugnandum fuit. Atque ita magno cum labore ægre tandem ac difficulter ad mare salvi pervenerunt. Ibi Nearchus Jovi servatori sacrum facit, gymnicosque ludos edidit. Rebus ita-

que divinis rite peractis, oram ſolvit: hinc inſulam deſertam atque aſperam prætervecti, ad aliam inſulam grandem atque habitatam, CCC ſtadiis emenſis, appellunt, ibique portum capiunt. Deſerta illa inſula, Organa vocabatur: ubi vero conſtiterunt, Oaracta. Erat hæc vitium, palmarum, & frumenti ferax. Longitudo inſulæ DCCC ſtadia efficiebat. Præſes ejus loci Mazenes, ſua ſponte ſe Nearcho & comitem & ducem navigationis Suſas uſque adjunxit. In hac inſula ajebant ſepulcrum ejus exſtare qui primus imperium inſulæ tenuiſſet, nomenque ei fuiſſe Erythræ, atque inde mare illud Erythræum appellatum. Ex eo loco ad CC ſtadia Nearchus cum claſſe profectus, rurſus in eadem inſula portum cepit. Inde aliam inſulam proſpiciunt, XL circiter ſtadiis à magna illa diſtantem, quæ Neptuno ſacra & inacceſſa eſſe dicebatur. ſub auroram itaque inde ſolvunt. Cæterum æſtus adeo vehemens in mare refuſus eſt, ut tres naves impactæ in vado ſicco hæſerint, & reliquæ difficulter è rupicoſis locis enavigantes in altum evadere potuerint. At vero quæ impactæ erant, accedente rurſus æſtu, & ipſæ deductæ poſtero die ad reliquam claſſem appulerunt. &, CCCC ſtadiis emenſis, ad aliam inſulam, CCC ſtadiis à continente

τὰ θεῖα ἐν κόσμῳ πεποίητο, οὕτω δὴ ἀνήγοντο. παραπλώσαντες δὲ νῆσον ἐρήμην τε καὶ τραχεῖαν, ἐν ἄλλῃ νήσῳ ὁρμίζονται, μεγάλῃ ταύτῃ καὶ οἰκουμένῃ, πλώσαντες σταδίους τριακοσίους, ἔνθενπερ ὡρμήθησαν. καὶ ἡ μὲν ἐρήμη νῆσος, [1] Ὀργάνα ἐκαλέετο· ἐς ἣν δὲ ὡρμήθησαν, Ὀάρακτα. ἄμπελοί τε ἐν αὐτῇ ἐπεφύκεσαν, καὶ φοίνικες, καὶ σιτοφόρος. τὸ δὲ μῆκος ἦν τῆς νήσου, στάδιοι ὀκτακόσιοι. καὶ ὁ ὕπαρχος τῆς νήσου [2] Μαζήνης συνέπλει αὐτοῖσι μέχρι Σούσων, ἐθελοντὴς ἡγεμὼν τοῦ πλόου. ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ἔλεγον καὶ τοῦ πρώτου δυναστεύσαντος τῆς χώρης ταύτης δείκνυσθαι τὸν τάφον· ὄνομα δὲ αὐτῷ Ἐρύθρην εἶναι. ἀπ' ὅτου καὶ τὴν ἐπωνυμίην τῇ θαλάσσῃ ταύτῃ εἶναι, Ἐρυθρὴν καλέεσθαι. ἐνθένδε ἐκ τῆς νήσου ἄραντες ἔπλεον· καὶ τῆς νήσου αὐτῆς παραπλώσαντες ὅσον διηκοσίους σταδίους, ὁρμίζονται ἐν αὐτῇ [3] αὖθις. καὶ καθορῶσιν ἄλλην νῆσον, ἀπέχουσαν τῆς μεγάλης ταύτης τεσσαράκοντα μάλιστα σταδίους· Ποσειδῶνος ἱερὴ ἐλέγετο εἶναι, [4] καὶ ἄβατος. ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἀνήγοντο· καὶ καταλαμβάνει αὐτοὺς ἀνάπωτις, οὕτω τι καρτερή, ὥστε τρεῖς τῶν νεῶν ἐποκείλασαι ἐν τῷ ξηρῷ ἐσχέθησαν· αἱ δὲ ἄλλαι, χαλεπῶς διεκπλώουσαι τὰς ῥηχίας, ἐς τὰ βάθεα διεσώθησαν. αἱ δὲ ἐποκείλασαι, τῆς πλημμυρίδος ἐπιγενομένης, αὖθις ἐξέπλωσάν τε καὶ δευτεραῖαι κατήγοντο ἵνα περ ὁ πᾶς στόλος. ὁρμίζονται δὲ ἐς νῆσον ἄλλην, διέχουσαν τῆς ἠπείρου ὅσον τριη-κοσίους

1 Vide *Ortelii* Theſaurum in voce *Organa*. 2 In *Ed. Baſil.* Μαζήνης. 3 Alii ſcribunt εὐθύς. 4 Ναυσὶ ἄβατος in *MS. Bodl.*

κοσίους σταδίους, πλώσαντες τετρακοσίους. ἐντεῦθεν ὑπὸ τὴν ἕω ἔπλεον, νῆσον ἐρήμην ἐν ἀριστερᾷ παραμείβοντες (ὄνομα δὲ τῇ νήσῳ Πύλωρα) ὁρμίζονται [1] πρὸς Σιδωδώνῃ, πολιχνίῳ σμικρῷ, καὶ πάντων ἀπόρῳ, ὅτι μὴ ὕδατος καὶ ἰχθύων. ἰχθυοφάγοι γὰρ καὶ οὗτοι ὑπ᾽ ἀναγκαίης ἦσαν, ὅτι πονηρὰν γῆν νέμονται. ἐνθένδε ὑδρευσάμενοι, καταίρουσιν ἐς Ταρσίην ἄκρην, ἀνατείνουσαν ἐς τὸ πέλαγος, πλώσαντες σταδίους τριηκοσίους. ἔνθεν ἐς Καταίην, νῆσον ἐρήμην, ἀλιτενέα. αὕτη ἱρὴ Ερμεω καὶ Αφροδίτης ἐλέγετο· στάδιοι τοῦ πλόου τριηκόσιοι. ἐς ταύτην ὅσα ἔτη ἀφίεται ἐκ τῶν περιοίκων πρόβατα καὶ αἶγες, ἱρὰ τῷ Ερμῇ καὶ τῇ Αφροδίτῃ. καὶ ταῦτα ἀπηγριωμένα ἦν ὁρᾷν ὑπὸ χρόνου τε καὶ ἐρημίης. μέχρι τοῦδε Καρμανίη. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦδε Πέρσαι ἔχουσι. μῆκος τοῦ πλόου παρὰ τὴν Καρμανίην χώρην, στάδιοι τρισχίλιοι καὶ ἑπτακόσιοι. ζώουσι δὲ κατάπερ Πέρσαι, ὅτι καὶ ὅμοροί εἰσι Πέρσῃσι· καὶ τὰ ἐς τὸν πόλεμον ὡσαύτως κοσμέονται. ἐνθένδε ἄραντες ἐκ τῆς νήσου τῆς ἱρῆς παρὰ τὴν Περσίδα ἤδη ἔπλεον· καὶ κατάγονται ἐς Ιλαν χῶρον, ἵνα λιμὴν πρὸ νήσου σμικρῆς καὶ ἐρήμης γίνεται· οὔνομα τῇ νήσῳ Καΐκανδρος. ὁ δὲ πλόος στάδιοι τετρακόσιοι. ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἐς ἄλλην νῆσον πλώσαντες ὁρμίζονται οἰκουμένην· ἵνα καὶ μαργα-

distantem, portum ceperunt. Inde sub auroram solventes, insula quadam deserta, quæ ad lævam erat, (Pyloræ ei nomen erat) præterita, ad Sidodonem, urbem exiguam, omniumque rerum inopem, præterquam aquæ & piscium, pervenerunt. Nam & hos quoque Ichthyophagos esse, *hoc est ut piscibus vescantur*, necessitas facit. sterilem enim terram incolunt. Aqua inde tantum sumta, in Tarsian promontorium, longe in mare porrectum, deferuntur, CCC stadiis emensis. Inde in Catæan insulam desertam ac vadosam (ea Mercurio & Veneri sacra esse dicebatur) navigatio CCC stadiorum fuerat. Ad hanc insulam singulis annis à finitimis oves & capreæ mittuntur, Mercurio & Veneri sacræ. Has temporis longinquitate ac solitudine efferatas videre erat. Ad hunc usque locum Carmania pertingit: citeriora Persæ tenent. Longitudo navigationis ad Carmaniæ oram est stadiorum IIIM. & DCC. Vivunt Carmani Persarum more. nam & Persis finitimi sunt: eodem etiam armorum & bellandi genere utuntur. Soluta inde classe, Persidis oram circumvecti, in locum quendam Ilan dictum appulerunt, qui insulæ exiguæ ac desertæ, cui Caïcandrus nomen est, objectus, portum efficit. Navigatio est stadiorum CCCC. Sub auroram in aliam insulam habitatam delati sunt, in qua perinde

1 In *Ed. Basil.* πρὸς Δωδώνῃ In *MS. Bodl.* πρὸ Σιδωδώνῃ. *Ortelio* videtur esse eadem cum *Sidoniorum insula* in mari Persico.

atque

atque in mari Indico margaritam capi Nearchus ſcribit. Hujus inſulæ promontorio prænavigato, ſtadiis XL emenſis, ibi conſtiterunt. Inde ad montem excelſum, Ochum dictum, appulerunt, portumque à ventis tutum; & piſcatores ea loca habitantes repererunt. Inde rurſum ſolventes, CCCCL ſtadiis emenſis, ad Apoſtanos appulerunt. Complura ibi navigia in ſtatione erant: & pagus adjacebat, LX ſtadiis à mari remotus. Hinc, repetita per noctem navigatione, in ſinum quendam frequentibus pagis celebrem delati ſunt, CCCC ſtadiis emenſis: ibi, claſſe ad radicem montis collocata, ſubſtiterunt. Loca illa palmas aliaſque pomiferas arbores, quotquot in Græcia naſcuntur, ferebant. Inde ſolventes, in Gogana, regionem habitatam, DC circiter ſtadiis emenſis, navigant: claſſemque ad fauces fluvii cujuſdam qui torrenti ſimilis erat (Areon ei erat nomen) collocavit, idque iniquo ſatis loco: quod aditus faucium anguſtus eſſet, ob vada quæ æſtus marini receſſus in orbem fecerat. Inde rurſus ad alterius fluminis, cui Sitaco nomen eſt, fauces appulerunt, DCCC ſtadiis emenſis. ſed ne ibi quidem commodam ſtationem nacti ſunt. Univerſa hæc ad Perſidis oram navigatio plurima vadoſa & petricoſa paluſtriaque loca habet. Eo loci Nearchus multum frumenti, quod rex ad

ίτην θηρᾶσθαι λέγει Νέαρχος, καθάπερ ἐν τῇ Ἰνδῶν θαλάσσῃ. ταύτης τῆς νήσου τὴν ἄκρην παραπλώσαντες σταδίους ὡς τεσσαράκοντα, ἐνταῦθα ὡρμίσθησαν. ἐνθένδε πρὸς ὄρει ὁρμίζονται ὑψηλῷ (Ὦχος ὄνομα τῷ ὄρει) ἐν λιμένι εὐόρμῳ· καὶ ἁλιέες αὐτοῦ ᾤκεον. καὶ ἔνθεν πλώσαντες σταδίους τετρακοσίους καὶ πεντήκοντα, ὁρμίζονται ἐν Ἀποστάνοισι. καὶ πλοῖα πολλὰ αὐτόθι ὥρμεε· κώμη τε ἐπῆν ἀπέχουσα ἀπὸ θαλάσσης σταδίους ἑξήκοντα. νυκτὸς δὲ ἐπάραντες ἔνθεν, ἐσπλώουσιν ἐς κόλπον συνῳκισμένον πολλῇσι κώμῃσι· στάδιοι τοῦ πλόου τετρακόσιοι· ὁρμίζονται δὲ πρὸς ὑπωρείην· ταύτῃ φοίνικές τε πολλοὶ ἐπεφύκεσαν, καὶ ὅσα ἄλλα ἀκρόδρυα ἐν τῇ Ἑλλάδι γῇ φύεται. ἔνθεν ἄραντες ἐς Γώγανα παραπλέουσι, σταδίους μάλιστα ἑξακοσίους, ἐς χώρην οἰκουμένην. ὁρμίζονται δὲ τοῦ ποταμοῦ τοῦ χειμάρρου (ὄνομα δέ [1] οἱ Ἀρεών) ἐν τῇσιν ἐκβολῇσιν· ἐνταῦθα χαλεπῶς ὁρμίζονται. στεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἔσπλους κατὰ τὸ στόμα, ὅτι βράχεα τὰ κύκλῳ αὐτοῦ ἡ ἀνάπωτις ἐποίεε. καὶ ἔνθεν αὖ ἐν στόματι ἄλλου ποταμοῦ ὁρμίζονται, διεκπλώσαντες σταδίους [2] ὀκτακοσίους· Σιτακὸς ὄνομα τῷ ποταμῷ ἦν· οὐδὲ ἐν τούτῳ εὐμαρέως ὁρμίζονται. καὶ ὁ πλόος ἅπας οὗτος ὁ παρὰ τὴν Περσίδα, βράχεά τε ἦν, καὶ ῥηχίαι καὶ τενάγεα. ἐνταῦθα σῖτον καταλαμβάνουσι πολλόν, [3] ξυγκεκομισμένον κατὰ πρόσ-

1 Οἱ deeſt in MS. Bodl. 2 Ἐς ὀκτακοσίους MS. Bodl. 3 Ξυγκεκομισμένον in Cod. Richel. & Ed. Baſil.

...ἀγορῆ βασιλέως, ὡς σφίσιν εἶναι ὁ ἐπισιτισμός... ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τὰς πάσας μίαν καὶ εἴκοσι· καὶ τὰς ναῦς ἀνειρυσάμενοι, ὅσαι μὲν πεπονήκεσαν, ἐπεσκεύαζον· τὰς δὲ ἄλλας [1]ἐθεράπευον. ἐνθένδε δὲ ὁρμηθέντες, ἐς Ἱέρατιν πόλιν ἀφίκοντο, ἐς χῶρον οἰκούμενον· ἑπτακόσιοι καὶ πεντήκοντα στάδιοι ὁ πλόος· [2]ὡρμίσθησαν δὲ ἐν διώρυχι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐμβεβλημένῃ ἐς θάλασσαν, ᾗ ὄνομα ἦν Ἡράτεμις. ἅμα δὲ ἡλίῳ ἀνίσχοντι παρέπλεον ἐς ποταμὸν χειμάῤῥουν, ὄνομα Πάδαργον. ὁ δὲ χῶρος χερρόνησος ἅπας. καὶ ἐν αὐτῷ κῆποί τε πολλοί, καὶ ἀκρόδρυα παντοῖα [3]ἐφύετο· ὄνομα τῷ χώρῳ Μεσαμβρίη. ἐκ Μεσαμβρίης δὲ ὁρμηθέντες, καὶ διεκπλώσαντες σταδίους μάλιστα ἐς διηκοσίους, ἐς [4]Ταόκην ὁρμίζονται, ἐπὶ ποταμῷ Γράνιδι. καὶ ἀπὸ τούτου ἐς τὰ ἄνω Περσέων βασίλεια ἦν, ἀπέχοντα τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων σταδίους ἐς διηκοσίους. κατὰ τοῦτον τὸν παράπλουν λέγει Νέαρχος ὀφθῆναι κῆτος ἐκβεβλημένον ἐς τὴν ἠϊόνα· καὶ τοῦτο προσπλώσαντας τινὰς τῶν ναυτέων ἐκμετρῆσαι, καὶ φάναι εἶναι πηχέων [5]πεντήκοντα· δέρμα δὲ αὐτῷ εἶναι [6]φολιδωτόν, οὕτω τι ἐς βάθος ἧκον, ὡς καὶ ἐπὶ πῆχυν ἐπέχειν· ὄστρειά τε καὶ λοπάδας καὶ φυκία πολλὰ ἔχειν ἐπιπεφυκότα. καὶ δελφῖνας λέγει ὅτι καθορᾶν ἦν πολλοὺς ἀμφὶ τῷ κήτει, καὶ τοὺς δελφῖνας τῶν [7]ἐν τῇ ἑώᾳ θαλάσσῃ μέζονας. ἔνθεν δὲ ὁρμηθέν-

frumentandum exercitum convehi curarat, accepit. Ibi XXI dies in universum commorati, naves quæ salo quassatæ erant in terram subductas refecerunt. Inde rursum oram solventes ad Hieratin, oppidum habitatum, DCCL stadiis emensis, appulsi sunt; classemque in alveo fluminis Heratemis, qui illac in mare fertur, collocarunt. Postero die sub auroram ad exiguum quendam amnem, Padargum nomine, appellunt. Totus is tractus cherronesus est. in eo hortos quamplurimos arboresque pomiferas omnis generis repererunt. nomen illi tractui est Mesambria. Ex Mesambria digressi, stadiis circiter CC emensis, in Taocen ad Granidem fluvium pervenerunt. Ab hujus fluminis ostio CC fere introrsum stadia Persarum regia est. In hac navigatione Nearchus balænam abs se visam esse scribit, quæ in littus ejecta erat: nautasque nonnullos in terram egressos, eam mensos, retulisse quinquaginta cubitorum esse. pellem ejus squamosam cubiti unius crassitudine fuisse. Multa etiam ostrea, & lopades, multamque algam adnatam ei fuisse: delphines quoque circa belluam visos, majores quam orientale mare fert. Inde profecti ad

1 Θεραπεύειν hic loci aut *purgare*, *detergere*, *& curare* significat; aut idem valet quod τὸ ἐπισκευάζειν. *Blanc.* 2 Ὡρμήθησαν *MS. Bodl.* 3 In *Stephani* libro [illegible]. 4 In *Ed. Bas.* & *MS. Bodl.* Τώκην. In margine *Codicis* Τάρκην. 5 Cum libb. nonnullis ἐννενήκοντα legendum censet *Blanc.* 6 Φολιδοτὸν *MS. Bodl.* 7 Ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ (ut reperitur in *Ed. Bas.*) germana est lectio. *Idem.*

Rogonim

Rogonim, fluvium exiguum, in tutum portum ſe recipiunt, CC ſtadiis emenſis. Ab hoc flumine CCCC ſtadia progreſſi ad alium exiguum amnem, Brizana dictum, devenerunt. Ibi difficili ſtatione ſunt uſi, quod frequentia vada & ſcopuli ac rupes ad mare eſſent. Accedente itaque æſtu portum ceperunt: recedente, in vado hærebant. Mox reciprocante æſtu enavigantes, ad Aroſin fluvium conſtiterunt. Maximum hunc fluvium Nearchus eſſe ſcribit omnium, qui per hanc navigationem in exterius mare influunt. Ad hunc amnem uſque Perſæ habitant: ulterius Suſii incolunt. Horum gens quædam libera, Uxii dicti, ulteriora loca tenent: quos in ſuperiori opere latrocinia exercere diximus. Univerſa Perſidis ora ſtadia IIIIM, CCCC efficit. Porro totius Perſicæ regionis temperaturam tripliciter dividi fama eſt. Nam quæ pars ejus ad mare rubrum ſita eſt, arenoſam ac ſterilem ob æſtum eſſe: quæ vero omnino ad ſeptentrionem & borealem plagam jacet, conſtitutionem cœli temperatam habere; regionemque ipſam herboſam, multa irrigua prata, multaſque vites habere, atque adeo omne genus fructuum, excepta olea. Hortus enim amæniſſi-

τες, κατάγονται ἐς Ῥώγονιν ποταμὸν χειμάῤῥουν, ἐν λιμένι εὐόρμῳ· μῆκος τοῦ παράπλου στάδιοι διηκόσιοι. ἐνθένδε τετρακοσίους σταδίους διεκπλώσαντες, αὐλίζονται ἐν ποταμῷ χειμάῤῥῳ· [1] Βρίζανα τῷ ποταμῷ ὄνομα. ἐνταῦθα χαλεπῶς ὡρμίσαντο, ὅτι ῥηχίη ἦν, καὶ βράχεα, καὶ χοιράδες ἐκ τοῦ πόντου ἀνεῖχον. ἀλλ' ὅτε ἡ πλημμύρα ἐπῄει, τότε ὡρμίσαντο· ὑπονοστήσαντος δὲ τοῦ ὕδατος, ἐπὶ ξηρῷ ὑπολείφθησαν αἱ νῆες. ἐπεὶ δὲ ἡ πλημμυρὶς ἐν τάξει ἀμείβουσα ἐπῆλθε, τότε δὴ ἐκπλώσαντες ὁρμίζονται ἐπὶ ποταμῷ· ὄνομα δὲ [2] τῷ ποταμῷ Ἄρωσις, μέγιστος τῶν ποταμῶν, ὡς λέγει Νέαρχος, ὅσοι ἐν τῷ παράπλῳ τῷδε ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν ἔξω πόντον. μέχρι τοῦδε Πέρσαι οἰκέουσι· τὰ δὲ ἀπὸ τούτων, Σούσιοι. Σουσίων δὲ ἔθνος αὐτόνομον κατύπερθε προσοικέει· Οὔξιοι καλέονται· ὑπὲρ ὅτων λέλεκταί μοι ἐν τῇ ἄλλῃ ξυγγραφῇ, ὅτι λῃσταί εἰσι. μῆκος τοῦ παράπλου τῆς Περσίδος χώρης, στάδιοι τετρακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι. τὴν δὲ Περσίδα γῆν, [3] τριχῇ νενεμῆσθαι τῶν ὡρέων, λόγος κατέχει. τὸ μὲν αὐτῆς πρὸς τῇ ἐρυθρῇ θαλάσσῃ οἰκεόμενον, ἀμμῶδές τε εἶναι καὶ ἄκαρπον ὑπὸ καύματος· τὸ δὲ ἐπιτελέως πρὸς ἄρκτον τε καὶ βορέην ἄνεμον ἰόντων, καλῶς κεκρᾶσθαι τῶν ὡρέων· καὶ τὴν χώρην ποιώδεά τε εἶναι, καὶ λειμῶνας ὑδρηλοὺς καὶ ἄμπελον πολλὴν φέρειν, καὶ ὅσοι ἄλλοι καρποί, πλὴν ἐλαίης· παραδείσοισί τε

1 Βριζάνα *Ptolemæo.* 2 Hæc lectio eſt *Codd. MSS.* & *vett Ed.* In *Stephani cod* ἐπὶ ποταμῷ Ἀρώσι, μεγίστῳ ποταμῶν. ex quo forſan vera lectio. vocem Ἀρώσι præponendo, elici poteſt. *Blanc.* 3 Τειχῇ *MS. Bodl.*

παντοίοισι

παντοίοισι τεθηλέναι, καὶ ποταμοῖσι καθαροῖσι διαῤῥέεσθαι, καὶ λίμνῃσι· καὶ ὄρνισιν ὁκόσοισιν ἀμφὶ ποταμούς τε καὶ λίμνας ἐστὶ τὰ ἤθεα. ἵπποισί τε ἀγαθὴν εἶναι καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὑποζυγίοισι νέμεσθαι. καὶ ὑλώδεά τε πολλαχῇ καὶ πολύθηρον. τὴν δὲ προσωτέρω ἐπ' ἄρκτον ἰόντων, χειμερίην τε καὶ νιφετώδεα· ὥστε πρέσβεις τινὰς ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου λέγει Νέαρχος κάρτα ὀλίγην ὁδὸν διελθόντας, ἐντυχεῖν καθ' ὁδὸν ἰόντι τὴν Περσίδα, καὶ θῶυμα γενέσθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ τῆς ὁδοῦ τὴν βραχύτητα. Σουσίοις δὲ πρόσοικοι ὅτι εἰσὶν Οὔξιοι, λέλεκταί μοι· κατάπερ Μάρδοι μὲν Πέρσῃσι πρόσχωροι οἰκέουσι, λῃσταὶ καὶ οὗτοι· Κοσσαῖοι δὲ, Μήδοισι. καὶ ταῦτα πάντα τὰ ἔθνεα ἡμέρωσεν Ἀλέξανδρος, χειμῶνος ὥρῃ ἐπιπεσὼν αὐτοῖσιν, ὅτε ἄβατον σφῶν τὴν χώρην ἦγον. καὶ πόλιας ἐπέκτισε, τοῦ μὴ νομάδας ἔτι εἶναι, ἀλλὰ ἀροτῆρας καὶ γῆς ἐργάτας, καὶ ἔχειν ὑπὲρ ὅτων δειμαίνοντες, μὴ κακὰ ἀλλήλους ἐργάσωνται. ἐνθένδε τὴν Σουσίων γῆν παρήμειβε καὶ ὁ στρατός. καὶ ταῦτα οὐκέτι ὡσαύτως [1] καὶ ἀτρεκέως λέγει Νέαρχος ὅτι ἔστιν οἱ φράσαι, πλήν γε δὴ τοὺς ὅρμους τε καὶ τὸ μῆκος τοῦ πλόου. τὴν χώρην τε γὰρ τεναγώδεά τε εἶναι τὴν πολλὴν, καὶ ῥηχίῃσιν ἐπὶ μέγα ἐς τὸν πόντον ἐσέχουσαν· καὶ ταύτην σφαλερὴν ἐγκαθορμίζεσθαι πελαγίοισιν, ὧν σφίσι τὴν κομιδὴν

mis florere, fluviiſque & lacubus limpidiſſimis irrigari, omnique genere avium, quæ circa flumina aut lacus verſari ſolent, abundare: equis etiam aliiſque jumentis paſcendis idoneam eſſe; ſylvoſam præterea eſſe, venatuique aptiſſimam. Eam autem, quæ adhuc magis in ſeptentrionem vergit, frigidam ac nivalem eſſe. Nearchus legatos quoſdam ab Euxino ponto, breviſſimo itinere profectos, Alexandro Perſidem tranſeunti obviam veniſſe ſcribit. Idque Alexandro permirum viſum fuiſſe, brevitate viæ ex ipſis cognita. Quod vero Suſiis finitimi ſunt Uxii, antea à nobis dictum eſt. quemadmodum & Mardi (latrones etiam ipſi) Perſas, Coſſæi Medos accolunt. Quas quidem gentes omnes Alexander domuit; hyeme eas adortus, quando regionem ſuam adiri nulla ratione poſſe putabant. Urbes quoque iis condidit, ne jam amplius paſtores ſed aratores agricolæque eſſent; utque, quum pro quibus metuerent haberent, ab injuria ac vi alter alteri inferenda abſtinerent. Inde Suſiorum regionem prætervectus eſt exercitus. Ab hoc loco Nearchus ſe non ita certa narrare poſſe ſcribit, præterquam portus & longitudinem navigationis. Omnem enim illum maris tractum longe lateque vadoſum ac ſcopuloſum eſſe: neque citra periculum portum è mari capi poſſe. Idcirco hanc præcipuam eorum curam fuiſſe,

[1] Καὶ deeſt in MS. Bodl.

ut ex faucibus amnis, ubi ad fines Persidis consederant, solverent, & de aqua in quinque dies classi prospicerent. Duces enim navigationis monuerant, aquam in iis partibus non reperiri. Quumque ad quingenta stadia provecti essent, ad fauces piscosi cujusdam lacus, qui Catadcrbis dicebatur, constiterunt. Exigua ad hujus lacus fauces insula adjacebat, quam Margastanam vocant. Inde sub auroram solventes, per vada vix unius navis capacia navigarunt. Pali hinc inde fixi vada ostendebant, perinde atque apud Isthmum inter Leucadem insulam atque Acarnaniam signa quædam navigantibus exposita sunt, ne naves in vada impingant. Cæterum vada apud Leucadem sabulosa sunt. quo fit ut naves iis impactæ facile accessu æstus subducantur. Verum hic limus est ab utraque parte profundus & tenax, adeo ut naves impactæ nullo artificio evelli possint. Contis enim in limo subsidentibus nihil proficiebatur. neque nautæ navibus egredi ad eas vadis evellendas poterant, quod limus vestigiis sedens eos pectore tenus absorberet. Atque ita difficillima navigatione per DC stadia usi, ad nullum portum delati in navibus corpora curarunt. Noctu vero repetita navigatione in altum delati, totum etiam diem posterum in vesperam us-

τὸ πολὺ γίνεσθαι, ὁρμηθῆναι μὲν δὴ ἐκ τοῦ ποταμοῦ τῶν ἐκβολέων, ἵνα ἐφηυλίσθησαν, ἐπὶ τοῖσιν [1] ὄρεσι τῆς Περσίδος· ὕδωρ γὰρ ἐμβάλλεσθαι πέντε ἡμερέων. οὐκ ἔφασκον γὰρ εἶναι ὕδωρ οἱ καθηγεμόνες τοῦ πλόου. σταδίους δὲ πεντακοσίους κομισθέντες, ὁρμίζονται ἐπὶ στόματι λίμνης ἰχθυώδεος, ᾗ οὔνομα Κατάδερβις. καὶ νησὶς ἐπῆν τῷ στόματι· Μαργάστανα τῇ νησῖδι οὔνομα. ἐνθένδε ἐπὶ τὴν ἕω ἐκπλώσαντες, κατὰ βράχεα ἐκομίζοντο ἐπὶ μιῆς νεώς. πασσάλοισι δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν πεπηγόσιν ἀπεδηλοῦτο τὰ βράχεα, κατάπερ ἐν τῷ μεσσηγὺς Λευκάδος τε νήσου Ἰσθμῷ καὶ Ἀκαρνανίης ἀποδέδεικται σημεῖα τοῖσι ναυτιλλομένοισι, τοῦ μὴ ἐποκέλλειν ἐν τοῖσι βράχεσι τὰς νέας. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Λευκάδα ψαμμώδεα ὄντα, καὶ τοῖσιν ἐποκείλασι ταχεῖαν τὴν ἀπονόστησιν ἐνδιδοῖ. κεῖθι δὲ πηλὸς ἐστὶν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλεομένου [2] βαθὺς καὶ ἰλυώδης· ὥστε οὐδεμίῃ μηχανῇ ἐποκείλασιν ἦν ἀποσωθῆναι. οἵ τε γὰρ κοντοὶ κατὰ τοῦ πηλοῦ δύοντες, αὐτοὶ οὐδέν τι ἐπωφέλουν· ἀνθρώπῳ τε ἐκβῆναι τοῦ ἀπῶσαι τὰς νέας ἐς τὰ πλεόμενα, ἄπορον ἐγίνετο· ἔδυνον γὰρ κατὰ τοῦ πηλοῦ ἔστε ἐπὶ τὰ στήθεα. οὕτω δὴ χαλεπῶς διεκπλώσαντες σταδίους ἑξακοσίους, κατὰ ναῦν ἕκαστοι ὁρμισθέντες, ἐνταῦθα δείπνου ἐμνήσθησαν. τὴν νύκτα δὲ ἤδη κατὰ βάθεα ἔπλωον, καὶ τὴν ἐφεξῆς ἡμέρην ἔστε ἐπὶ βου-

1 Sive ὄρεσι legas, aut οὔροισι, ut quidam habent, nihil interest. 2 Ita in Codd. MSS. Haud recte Basilienses, qui priorem vocem non agnoscunt.

τὸν

πῃ καὶ ἦλθον σταδίους [1] ἐννακοσίους. καὶ ὁρμίζονται ἐπὶ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου, πρὸς κώμῃ τινὶ τῆς Βαβυλωνίης χώρης· ὄνομα δὲ αὐτῇ [2] Διρίδωτις. ἵνα λιβανωτόν τε ἀπὸ τῆς ἐμπορείης γῆς οἱ ἔμποροι ἀγινέουσι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα θυμιήματα ἡ Ἀράβων γῆ φέρει. ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Εὐφράτου ἔστε Βαβυλῶνα, πλοῦν λέγει Νέαρχος σταδίους εἶναι ἐς τρισχιλίους καὶ τριακοσίους. ἐνταῦθα ἀγγέλλεται Ἀλέξανδρον ἐπὶ Σούσων στέλλεσθαι. ἔνθεν καὶ αὐτοὶ τὸ ὀπίσω ἔπλεον, ὡς κατὰ τὸν Πασιτίγριν ποταμὸν ἀναπλώσαντες, συμμῖξαι Ἀλεξάνδρῳ. ἔπλεον δὴ τὸ ἔμπαλιν ἐν ἀριστερᾷ τὴν γῆν τὴν Σουσίδα ἔχοντες· καὶ παραπλέουσι λίμνην, ἐς ἣν ὁ Τίγρης ἐσβάλλει ποταμός· ὃς ῥέων ἐξ Ἀρμενίης παρὰ πόλιν Νῖνον, πάλαι ποτὲ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μέσην ἑωυτοῦ τε καὶ τοῦ Εὐφράτου (ἣν Μεσοποταμίην ἐπὶ τῷδε κληΐζεσθαι) ποιέει. ἀπὸ δὲ τῆς λίμνης ἐς αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἀνάπλους στάδιοι ἑξακόσιοι. ἵνα καὶ κώμη τῆς Σουσίδος, ἣν καλέουσιν Ἄγινιν. αὕτη δὲ ἀπέχει Σούσων σταδίους [3] ἐς πεντακοσίους. μῆκος τοῦ παράπλου τῆς Σουσίων γῆς ἔστε ἐπὶ στόμα τοῦ Πασιτίγριδος ποταμοῦ, στάδιοι δισχίλιοι. ἐνθένδε κατὰ τὸν Πασιτίγριν [4] ἄνω ἔπλεον διὰ χώρης οἰκουμένης καὶ εὐδαίμονος. ἀναπλώσαντες δὲ σταδίους ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, αὐ-

que navigantes, DCCCC ſtadiis confectis, ad Euphratis oſtia appulerunt, & ad pagum quendam Babylonicæ regionis, cui Diridotis nomen eſt, pervenerunt. è quo mercatu thus, aliaque aromata, quæ fert Arabia, negotiatores adferunt. Ab oſtiis Euphratis Babylonem uſque Nearchus ſtadia III M CCC ſtatuit. Eo loci de Alexandri ad Suſios profectione nuntium acceperunt. Ipſi etiam inde retrorſum profecti per Paſitigrim fluvium navigarunt, ut dextras cum Alexandro jungerent. Oram relegentes, à læva Suſios habebant, lacumque prætervehuntur in quem Tigris fluvius decurrit: qui ex Armenia fluens juxta Ninum, magnam olim & opulentam urbem, regionem efficit quæ inter ſe & Euphratem media eſt, ideoque Meſopotamia dicitur. A lacu ad ipſum flumen navigatio eſt ſtadiorum DC. Ibi & pagus quidam Suſiorum eſt, quem Aginim vocant. Is à Suſis diſtat ſtadiis quingentis. Suſiorum ora uſque ad Paſitigris oſtium ad II M ſtadiorum porrigitur. Inde per Paſitigrim adverſo flumine per regionem bene habitatam atque opulentam vecti ſunt: confectiſque ſtadiis CL ibi conſtiterunt, ex-

1 Ante legebatur, ὀκτακοσίους. *Blanc.* 2 Forſan Τερηδὼν *Ptolemæi*. Ad Euphratis oſtium Ἀπολόγον collocat *Auctor* Peripli maris rubri. 3 Scriptura veterum formis excuſorum variat: ἐς πεντακοσίους, μῆκος τῆς παράπλου τῆς Συσίων γῆς ἐστιν ἐπὶ στόμα τοῦ Πασιτίγριδος ἄνω ἐνέπλεον. Hic vero audaçia correctorum pervagata eſt. nam quis non videt alia mutila eſſe, alia ab Helleniſſimo aliena, pleraque falſo diſtincta? *Blanc.* 4 Ἄνω ἐνέπλεον *MS. Bodl.*

ſpectantes reditum eorum, quos Nearchus miſerat ſciſcitaturos, ubinam locorum rex eſſet. Ipſe diis ſervatoribus ſacrum fecit, ludoſque edidit, univerſo exercitu navali in lætitiam effuſo. Poſtquam vero nuntiatum eſt Alexandrum appropinquare, rurſus adverſo flumine nitentes ad pontem quendam recens factum, per quem Alexander exercitum in Suſas traducturus erat, conſiſtunt. Eo loci exercitus conjuncti ſunt: Alexander pro navibus ſimul & milite ſalvis ſacrificia fecit, ludoſque edidit. Nearchus, quoquoverſus per caſtra ibat, floribus ac ſertis petebatur. Poſt hæc Alexander Nearchum & Leonnatum aureis coronis donavit: Nearchum, ob claſſem ſervatam; Leonnatum ob victoriam, quam de Oritis aliiſque barbaris Oritarum vicinis reportarat. In hunc modum exercitus ab Indi amnis oſtiis ſalvus Alexandro reductus eſt. Quæ vero ad dextram maris rubri partem ultra Babyloniam ſita eſt regio, Arabia magna ex parte eſt: atque hujus quidem pars quædam pertinet ad mare Phœniciæ ac Syriæ Palæſtinæ. Ad occidentem vero, qua interius mare eſt, Ægyptii Arabiæ conterminí ſunt. Sinus autem, qui ad Ægyptum ex Oceano fertur, manifeſto indicat, ratione concurſus cum exteriori mari, na-

τοῦ ὁρμίζονται, προσμένοντες οὕστινας ἐστάλκει Νέαρχος, σκεψομένους ἵνα ὁ βασιλεὺς εἴη. αὐτὸς καὶ ἔθυε θεοῖς τοῖς σωτῆρσι, καὶ ἀγῶνα ἐποίεε· καὶ ἡ στρατιὴ ἡ ναυτικὴ πᾶσα ἐν εὐθυμίῃσι ἦν. ὡς δὲ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος ἠγγέλλετο, ἔπλεον ἤδη αὖθις ἐς τὸ ἄνω κατὰ τὸν ποταμόν· καὶ πρὸς τῇ [1] σχεδίῃ ὁρμίζονται, ἐφ᾽ ᾗ τὸ στράτευμα διαβιβάσειν ἔμελλεν Ἀλέξανδρος ἐς Σοῦσα. ἐνταῦθα ἀνεμίχθη ὁ στρατὸς, καὶ θυσίαι πρὸς Ἀλεξάνδρου ἐθύοντο ἐπὶ τῶν νεῶν τε [2] καὶ ἀνθρώπων τῇ σωτηρίῃ· καὶ ἀγῶνες ἐποιέοντο. καὶ Νέαρχος ὅποι παραφανείη τῆς στρατιῆς, ἄνθεσί τε καὶ ταινίῃσιν ἐβάλλετο. ἔνθα καὶ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανοῦνται [3] ἐξ Ἀλεξάνδρου Νέαρχός τε καὶ Λεοννάτος· Νέαρχος μὲν, ἐπὶ τῆς ναυτικῆς [4] τῇ σωτηρίῃ· Λεοννάτος δὲ, ἐπὶ τῇ νίκῃ ἣν Ὠρείτας τε ἐνίκησε καὶ τοὺς Ὠρείταις προσοικέοντας βαρβάρους. οὕτω μὲν ἀπεσώθη Ἀλεξάνδρῳ ἐκ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς ὁ στρατός. τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης ὑπὲρ τὴν Βαβυλωνίην, Ἀραβίη ἡ πολλή ἐστι· καὶ ταύτης τὰ μὲν κατήκει ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν κατὰ Φοινίκην τε καὶ τὴν Παλαιστίνην Συρίην. πρὸς δυομένου δὲ ἡλίου ὡς ἐπὶ τὴν εἴσω θάλασσαν Αἰγύπτιοι τῇ Ἀραβίῃ ὁμορέουσι. κατὰ δὲ Αἴγυπτον [5] ἐσέχων ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης κόλπος δῆλον ποιέει, ὅτι ἕνεκά γε τοῦ σύῤῥουν εἶναι τῇ ἔξω θαλάσσῃ,

1 In codd. al. χεδίων. ſed aliorum codicum conſenſu jamdudum docti viri σχεδίῃ repoſuerunt. *Idem.* 2 Καὶ τῶν ἀνθρώπων *MS. Bodl.* 3 Ὑπ᾽ Ἀλεξάνδρου in margine *MS. Bodl.* 4 Articulus deeſt in *MS. Bodl.* 5 Unus ſcriptorum ἐπέχων, & mox ἐπέχοντα habet *Blanc.*

περίπλους

ἐπίπλους ἂν ἦν ἐκ Βαβυλῶνος ἐς τὸν κόλπον τοῦτον ἐσέχοντα ὡς ἐπ' Αἴγυπτον. ἀλλὰ γὰρ [1] οὔ τις παρέπλωσε ταύτῃ οὐδαμῶς ἀνθρώπων ὑπὸ καύματος καὶ ἐρημίης, εἰ μή τινές γε πελάγιοι κομιζόμενοι. ἀλλὰ οἱ ἐπ' Αἰγύπτου γὰρ ἐς Σοῦσα ἀποσωθέντες τῆς στρατιῆς τῆς Καμβύσεω, καὶ οἱ παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου [2] πρὸς Σέλευκον τὸν Νικάνορα σταλέντες ἐς Βαβυλῶνα, διὰ τῆς Ἀραβίης χώρης, ἰσθμόν τινα διαπορευθέντες, ἐν ἡμέρῃσιν ἀπὸ τῶν πάσαις ἄνυδρον καὶ ἐρήμην χώρην ἐπῆλθον ἐπὶ καμήλων σπουδῇ ἐλαύνοντες, ὕδωρ τέ σφιν ἐπὶ τῶν καμήλων φέροντες, καὶ νυκτοπορέοντες. τὰς γὰρ ἡμέρας ὑπαίθριοι ἀνέχεσθαι διὰ καῦμα ἀδύνατοι ἦσαν. τοσούτου δεῖ τά γε ἐπέκεινα ταύτης τῆς χώρης ([3] ὅντινα ἰσθμὸν ἀποφαίνομεν) ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ Ἀραβίου κατήκοντα ἐς τὴν ἐρυθρὴν θάλασσαν, οἰκεόμενα εἶναι, ὅπου τὰ πρὸς ἄρκτον μᾶλλον αὐτῶν ἀνέχοντα ἐρῆμά τε ἐστὶ καὶ ψαμμώδεα. ἀλλὰ γὰρ τοῦ Ἀραβίου κόλπου τοῦ κατ' Αἴγυπτον ὁρμηθέντες ἄνθρωποι, ἐκπεριπλώσαντες τὴν πολλὴν Ἀραβίην, ἐλθεῖν ἐς τὴν κατὰ Σοῦσά τε καὶ Πέρσας θάλασσαν, ἐς τοσόνδε ἄρα περιπλώσαντες τῆς Ἀραβίης, ἐς ὅσον σφίσι τὸ ὕδωρ ἐπήρκεσε τὸ ἐμβληθὲν ἐς τὰς νέας, ἔπειτα ὀπίσω ἀπενόστησαν. ἐκ Βαβυλῶνός οὕστινας ἔστειλεν Ἀλέξανδρος, ὡς ἐπὶ μήκιστον πλέοντας ἐν δεξιᾷ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης, γνῶ-

vigari posse ex Babylone in eum sinum qui ad Ægyptum pertendit. Cæterum nemo mortalium ea loca præternavigavit, propter ardorem solis & solitudines, nisi qui mari eo delati fuerint. Nam qui de exercitu Cambysis ex Ægypto in Susas salvi pervenerunt, quique à Ptolemæo Lagi filio ad Seleucum Nicanorem Babyloniam missi fuerunt, per Arabiam, isthmum quendam transgressi, octo integros dies per regionem desertam & aquarum inopem iter fecerunt: idque camelis celeriter vecti, aquamque super iis portantes, & noctu proficiscentes. Interdiu enim sub dio esse ob ardorem solis nequaquam potuissent: tantum abest ut regio sita ultra isthmum illum, quem diximus, ex sinu Arabico in mare rubrum pertingens, habitabilis sit; quum ca quæ magis ad septentrionem vergit deserta sit atque arenosa. Cæterum nonnulli ex Arabico sinu, qui ad Ægyptum spectat, profecti, quum magnam Arabiæ partem circumnavigassent, ut ad mare quod ad Susas & Persiam pertinet pervenirent, postquam aqua navibus imposita deficere eos cœpit, retro conversi sunt. Ii vero, quos Alexander ex Babylone misit, ut, longissima ad dextram maris rubri partem navigatione facta, loca

1 In *Ed. Bas.* ἔν τις. Nec repugno, si ad præcedens verbum ἐπίπλους referatur. *Idem.* 2 Παρὰ Σέλευκον τὸν Νικάτορα in *MS. Bodl.* & *Ed. Ven.* 3 Ἥντινα in *MS. Bodl.* & *Ed. Ven.*

illius

illius regionis explorarent, inſulas quidem nonnullas viderunt, & interdum ad Arabiæ continentem appulerunt: at promontorium illud, quod ex adverſo Carmaniæ oppoſitum viſum abs ſe fuiſſe Nearchus ſcribit, nemo unquam navigatione in alteram ejus partem pertingere potuit. Et (mea quidem ſententia) ſi navigabilis is tractus eſſet, aut adiri ulla ratione poſſet, Alexandri certe curioſitas id comprobaſſet. Hanno quidem Afer, Carthagine profectus, trans Herculeas columnas in Oceanum enavigavit, Libyam ad lævam relinquens, & per xxxv dies navigationis ſuæ curſum orientem verſus tenuit. Poſtquam vero ad meridiem converſus eſt, in graviſſimas difficultates incidit, ſumma aquarum inopia preſſus, ſummaque æſtus flagrantia afflictus, igneïs quodammodo rivis mari incumbentibus. Cyrenæ tamen, Libyæ urbs, quanquam deſertioribus in locis ſitæ ſunt, herboſæ fertileſque & irriguæ ſunt: ſaltus etiam frequentiaque prata habent, omniſque generis fructus & jumenta ferunt, ad ea loca uſque quibus ſilphium gignitur. Ulteriora ejus loca deſerta altiſque arenis obruta ſunt.

ναι τὰς ταύτῃ χώρους, οὗτοι νήσους μέν τινας κατεσκέψαντο, ἐν τῷ παράπλῳ κειμένας, καί που καὶ τῆς ἠπείρου Ἀραβίης προσέσχον· τὴν δὲ ἄκρην, ἥντινα καταντικρὺ τῆς Καρμανίης ἀνέχουσαν λέγει φανῆναι σφίσι Νέαρχος, οὐκ ἔστιν ὅστις ὑπερβαλὼν, ἐπικάμψαι ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δυνατὸς ἐγένετο. δοκέω δὲ [1] ὡς εἴπερ πλωτά τε ἦν καὶ βαδιστὰ ταύτῃ, ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἂν τῆς πολυπραγμοσύνης ἐξελήλεγκτο πλωτά τε καὶ βαδιστὰ ἐόντα. [2] Ἄννων δὲ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείους στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγένετο, τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας. ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετράπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐνετύγχανεν, ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι, καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν. ἀλλ' ἡ Κυρήνη γὰρ τῆς Λιβύης ἐν τοῖς ἐρημοτέροις πεπολισμένη, ποιώδης τέ ἐστι καὶ μαλθακὴ, καὶ ἔνυδρος, καὶ [3] ἄλσεα καὶ λειμώνων καὶ καρπῶν παντοίων καὶ κτηνέων πάμφορος, ἔστε ἐπὶ τοῦ σιλφίου τὰς ἐκφύσιας. ὑπὲρ δὲ τὸ σίλφιον, τὰ ἄνω αὐτῆς ἔρημα καὶ ψαμμώδεα.

1 Ὥσπερ πλωτά τε *MS. Bodl.* & *Ed. Ven.* 2 Καὶ Ἄννων in *MS. Bodl.* & *Ed. Ven.* 3 Ἄλσεα καὶ λειμῶνες in *MS. Bodl.* & *Ed. Ven.* Mirum unde expreſſa hæc lectio: cum gignendi caſu proferri debeant, ut conſtat ex ſubſequente voce πάμφορος. Speciem haberet, ſi audaculi emendaſſent, ἀλσώδης καὶ λειμώνιος. *Bland.*

FINIS. ΤΕΛΟΣ.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ ΗΡΑΚΛΕΩΤΟΥ
ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ.

MARCIANI HERACLEOTÆ
PERIPLUS.

Interprete J. H.

TESTIMONIA DE MARCIANO HERACLEOTA, ET FRAGMENTA QUÆDAM EJUSDEM EX STEPHANO ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ.

In voce Αδάρου πόλις.

ΑΔΑΡΟΥ ΠΟΛΙΣ, πόλις Περσική, ὡς Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ τοῦ Περσικοῦ κόλπου.

In voce Αἰβοῦδαι.

ἀκρωτηρίου Ταμυράκης παρήκει ὁ [1] Ἀχίλλειος δρόμος, ὅσπερ ἐστὶν ἠών, τουτέστιν αἰγιαλὸς σφόδρα μακρὰ, καὶ στενὴ, διήκουσα τὸν πόρον ἐπὶ σαδίους ατ΄, μίλια ρξ΄. Τὸ δὲ πλάτος ἔχουσα τετράπλεθρον· τὰ δὲ ἄκρα αὐτῆς νησίζοντα ἔχει. Ἀφέστηκεν δὲ τῆς ἠπείρου σάδια ξ΄, μίλια η΄. Κατὰ μέσην δὲ αὐτῆς αὐχὴν ἰσθμοειδὴς, τουτέστι στενώδης, τῇ ἠπείρῳ ἤτοι τῇ γῇ συνάπτει ἐπὶ σάδια μ΄, μίλια ε΄, γ, διήκων τὸ μῆκος. Ἀπὸ Ταμυράκης τοίνυν παραπλεύσαντι τὸν προειρημένον δρόμον, ἐπὶ τὸ ἕτερον ἀκρωτήριον τοῦ Ἀχιλλέως δρόμου, ὃ καλεῖται ἱερὸν ἄλσος τῆς Ἑκάτης, εἰς Βορυσθένην ποταμὸν ναυσίπορον τὸν νῦν Δανάπριν λεγόμενον, σάδια σ΄, μίλια κς΄, Κ. ς΄. Οὗτος ὁ Βορυσθένης ποταμὸς πάντων ἐστὶν χρειωδέστατος, κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ, καὶ καρποὺς φέρων τοὺς φυομένους, νομάς τε τοῖς βοσκήμασιν. Ῥεῖν δ' αὐτὸν ἐπὶ μ΄ ἡμερῶν λέγουσιν πλοῦν ὡς τεσσαράκοντα πλωτόν. Εἰς δὲ τοὺς ἄνω τόπους ἄπλωτός ἐστιν, καὶ οὐ περάσιμος· ὑπὸ χιόνος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται. Ἐπὶ δὲ ταῖς καθ' Ὕπανιν καὶ Βορυσθένην τῶν δυσὶ ποταμῶν συμβολαῖς ἐστὶν κτισθεῖσα πόλις, πρότερον μὲν Ὀλβία Σαβία καλουμένη, μετὰ δὲ ταῦτα ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης καλ-

1 Tamyracen hic vocat orientale hujus inſulæ promontorium. Alterum vero ἱερὸν ἄλσος τῆς Ἑκάτης, quod omnino idem eſt ac illud, quod alii nominant, ἱερὸν ἄλσος Ἀχιλλέως. Atqui in continente hæc ſunt, non in inſula. Tanta autem eſt longitudo Achilleæ, quantum inter ſe diſtant hæc promontoria. nam prætenditur iis. Sed de hac, ut ſpero, ad *Ptolemæum* dicemus. *Voſſ.*

ζεῖται.

...ζεται. Ταύτην δὲ κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν Μιλήσιοι κτίζουσιν· διακοσίων δὲ καὶ τεσσαράκοντα σταδίων τὸν ἀνάπλουν ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἔχει. Τῷ ποταμῷ Βορυσθένει τῷ νῦν καλουμένῳ Δανάπρει, μίλια λβ΄. Ἀπὸ τοῦ Βορυσθένους ποταμοῦ, ἐπὶ νῆσον μικροτάτην, ἔρημον, καὶ ἀνώνυμον, στάδια ξ΄, μίλια η΄. Ἀπὸ δὲ νήσου μικροτάτου ἠρήμου καὶ ἀνωνύμου, εἰς [2] Ὀδησσὸν στάδια π΄, μίλια ι΄. β΄. Ἀπὸ δὲ Ὀδησσοῦ εἰς Σκοπέλους χωρίον, στάδια ρξ΄, μίλια κα΄. γ΄. Ἀπὸ δὲ Σκοπέλων εἰς Ἰστριανῶν λιμένα, στάδια ϙ΄. μίλια ιβ΄. Ἀπὸ δὲ Ἰστριανῶν λιμένος εἰς [3] Ἰακὼ λιμένα στάδια ϙ΄, μίλια ιβ΄. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰακὼ λιμένος ἐπὶ τὸ Νικόνιον χωρίον στάδια τ΄, μίλια μ΄. Ἀπὸ δὲ τοῦ Νικονίου χωρίου εἰς Τύραν ποταμὸν ναυσίπορον, στάδια λ΄, μίλια δ΄. Οὗτος ὁ Τύρας ποταμὸς βαθύς τε ὤν, καὶ εὐβότανος ταῖς νομαῖς τῶν ἰχθύων ἐστίν, διάθεσιν τοῖς ἐμπόροις ἔχων, ταῖς ὁλκάσι τε ναυσὶν ἀνάπλουν ἀσφαλῆ. Ὁμώνυμος δὲ τῷ ποταμῷ κεῖται πόλις [4] Τύρας λεγομένη, ἄποικος Μιλησίων. Ὁμοῦ ἀπὸ Βορυσθένους ποταμοῦ [5] ἕως Τύρα ποταμοῦ στάδια

appellata eſt. Hanc Mileſii, ſub Medorum imperio, condiderunt, ducentiſque & quadraginta ſtadiis à mari ſurſum navigando abeſt. Hinc ad fluvium Boryſthenem, qui nunc Danapris appellatur, ſtadia CCXL, milia XXXII. A Boryſthene fluvio, ad inſulam admodum parvam, deſertam, & abſque nomine, ſtadia LX, milia VIII. Ab exigua hac inſula, deſerta, & ſine nomine, ad Odeſſum ſtadia LXXX, milia x$\frac{2}{3}$. Ab Odeſſo ad Scopulorum oppidum ſtadia CLX, milia XXI$\frac{1}{3}$. A Scopulis ad Iſtrianorum portum ſtadia XC, milia XII. Ab Iſtrianorum portu, uſque ad Iaco portum, ſtadia XC, milia XII. Ab Iaco portu, ad oppidum Niconium, ſtadia CCC, milia XL. A Niconio oppido ad Tyram fluvium navigabilem, ſtadia XXX, milia IV. Hic fluvius profundus eſt, piſciumque pabulo ſatis exhibens herbarum, mutatione mercium mercatoribus commodus, navibuſque onerariis adverſo amne navigationem præbens tutam. Ejuſdem autem nominis urbs flumini adſita eſt, Mileſiorum colonia. A Boryſthene fluvio ad Tyram flumen, ſtadia

1 Quum ſic hæc diſcerpat *Voſſius*, non mirum eſt poſt vocem Δανάπρει ab eodem apponi aſteriſcum. Debent omnia conjungi, tollendo diſtinctionis notam, & procedit ſententia, *ducentiſque & quadraginta ſtadiis à mari ſurſum navigando abeſt per fluvium Boryſthenem, qui nunc Danapris appellatur, milia* XXXII. Certe non diſſimili ratione intellexit Holſtenius. *Gronovius.* 2 Infra meminit urbis Odeſſi. Ad Tyram vero nemo Odeſſon eſſe dixit. Omnino igitur reſcribendum eſt, Ὀρδησσὸν ex *Herodoto*, *Plinio*, & *Ptolemæo.* Quamvis etiam Ὀδησσὸν habeat *Arrianus*, unde hic noſter. *Voſſ.* 3 *Arrianus* habet Ἰστριανῶν λιμένα. *Voſſ.* 4 Τύρας, ἄποικος γενομένη Μιλησίων. *Holſten.* 5 Locus corruptiſſimus. A Boryſthene enim ad Tyram non plus numeravit, quam ſtadia ıↄ CCCX. *Voſſ.*

clↄ

cIↄcIↄcIↄcIↄcxx, mil. Iↄviii $\frac{1}{8}$. Artemidorus vero Geographus ab urbe Cherſone, uſque Tyram flumen, una cum circumvectione Carcinitis ſinus, numerat ſtadia cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ cc ccxx, milia Iↄlxxxix $\frac{1}{3}$. A Tyra flumine ad Neoptolemi ſtadia cxx. milia xvi. A Neoptolemi ad Cremniſcos ſtadia cxx, milia xvi. Artemidorus vero Geographus à Tyra flumine uſque Cremniſcos inquit eſſe ſtadia ccccLxxx, milia Lxiv. A Cremniſcis ad Antiphili ſtadia cccxxx, milia xLiv. Ab Antiphili ad Iſtri fluminis oſtium, quod Pſilon dicitur, ſtadia ccc, milia xL. Hi ſunt Thraces, & Baſtarnæ advenæ. Huic autem Iſtri oſtio, recta verſus ventum Borealem naviganti in mari inſula præjacet; quam hi quidem Achillis inſulam, illi Curſum Achillis, alii Leucen à colore appellant. Habet multitudinem avium manſuefactarum, & venerandum eo venientibus adſpectum præbet. Ex ea terra videri nequit; quamvis hæc à continenti abſit ſtadiis cccc, milibus Liii $\frac{1}{3}$. Ut vero inquit Demetrius, hanc inſulam dicitur Thetis filio ſuo

δρκ', μίλια φη'. η'. Αρτεμίδωρος δὲ ὁ γεωγράφος ἀπὸ πόλεως Χερσῶνος μέχρι Τύρα ποταμοῦ σὺν τῷ περίπλῳ τοῦ Καρκινίτου κόλπου γράφει σαδίους δυκ', μίλια φπθ'. γ. Ἀπὸ δὲ Τύρα ποταμοῦ ἐπὶ τοῦ Νεοπτολέμου σάδια ρκ', μίλια ις'. [1] Ἀπὸ δὲ τοῦ Νεοπτολέμου ἐπὶ Κρημνίσκους σάδια ρκ', μίλια ις'. Αρτεμίδωρος δὲ ὁ γεωγράφος ἀπὸ Τύρα ποταμοῦ [2] ἕως τῶν Κρημνίσκων εἶναι λέγει σάδια υπ'. μίλια ξδ'. Ἀπὸ δὲ τῶν Κρημνίσκων ἐπὶ τὰ Αντιφίλου σάδια τλ', μίλια μδ'. Ἀπὸ δὲ Αντιφίλου εἰς Ψιλὸν καλούμενον σόμα τοῦ Ἴσρου ποταμοῦ σάδια τ', μίλια μ'. Οὗτοι Θρᾶκες καὶ Βασάρναι ἐπήλυδες. Κατὰ τοῦτο μάλισα τὸ Ψιλὸν σόμα τοῦ Ἴσρου [3] ἐπ' εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ὡς τὸ πέλαγος νῆσος πρόκειται. ἣν τινα οἱ μὲν Αχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ δρόμον Αχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσιν. Ἔχει δὲ πλῆθος χειροήθεις ὀρνέων, θεάν τε ἱεροπρεπῆ τοῖς ἀφικνουμένοις. Οὐ δυνατὸν δέ ἐστιν ἀπὸ ταύτης χώραν ἰδεῖν, καίτοι ἀπεχούσης αὐτῆς ἀπὸ τῆς ἠπείρου σάδια υ', μίλια νγ'. γ'. Ὡς δὴ συγγράφει [4] Δημήτριος, ταύτην τὴν νῆσον λέγεται Θέτις ἀνεῖναι

1 Strabo vii: Ἐπὶ δὲ τῷ σόματι τοῦ Τύρα πύργος ἐστὶ Νεοπτολέμου καλούμενος, καὶ κώμη Ἑρμώνακτος λεγομένη. Quomodo abeſt igitur ſtadiis cxx ab Tyra fluvio ea turris? *Voſſ.* 2 Plinius lib. iv. c. xii: *Verum ab Iſtro oppida, Cremniſcoe, Polium, montes Macrocremni* &c. Sic MSS. *Voſſ.* 3 Forte ſcribendum: ἀνέμῳ ἀπαρκτίᾳ ὡς τὸ πέλαγος. Sed apud *Arrianum* eſt, ἰθέως τὸ πέλαγος. *Voſſ.* 4 Quin *Demetrium Callatianum* intelligat, nullum dubium. Ex hoc enim hauſit multa *Scymnus.* Sed ex *Callatiano* etiam hauſiſſe videtur *Arrianus.* Quamvis in epitome ejus, quæ hodieque exſtat, nomen id nuſquam appareat *Voſſ.*

τῶν

τῷ παιδὶ, καὶ ταύτην οἰκεῖν τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ναὸς ἐστὶν ἐν αὐτῇ τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ ξόανον, τῆς [1] πάλαι ἐργασίας. Ἡ δὲ νῆσος ἀνθρώπων μὲν ἐρήμη ἐστίν· νέμεται δὲ αἰξὶν οὐ πολλαῖς, καὶ ταύτας μὲν ἀνατιθέναι λέγονται τῷ Ἀχιλλεῖ, ὅσοι ἀεὶ προσίσχουσιν. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ ἀναθήματα [2] ἀνάκειται ἐν τῷ ναῷ φιάλαι καὶ δακτύλοι δακτύλιοι καὶ λίθοι τῶν πολυτελῶν καὶ πολυτελεστέρων. Ταῦτα ξύμπαντα χαριστήρια τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ ἀνάκειται, καὶ ἐπιγεγραμμένα τὰ μὲν Ῥωμαϊκῶς, τὰ δὲ Ἑλληνικῶς πεποιημένα, ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ μέτρῳ, ἔπαινοι τοῦ Ἀχιλλέως. Ἀπὸ δὲ τοῦ Ψιλοῦ καλουμένου στόματος τοῦ Ἴστρου εἰς δεύτερον στόμιον στάδια ξʹ, μίλια ηʹ. Ἀπὸ δὲ τοῦ δευτέρου στομίου ἐπὶ τὸ Καλὸν στόμιον, στάδια μʹ. μίλια εʹ, γʹ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Καλοῦ στομίου [3] ἐπὶ τὸ Ἀράκον, ὧδε ὀνομάζουσι στόμιον τέταρτον τοῦ Ἴστρου, στάδια ξʹ, μίλια ηʹ. Ἀπὸ δὲ Ἀράκου ἐπὶ ἱερὸν λεγόμενον στόμιον πέμπτον τοῦ Ἴστρου, στάδια ρκʹ, μίλια ιϛʹ. Ἐντεῦθεν τὰ μέρη Θράκης τῆς εἰς τὸν Πόντον καθηκούσης ἐκδέχεται, καὶ ὅροι τῶν Θρακῶν. Τὰ δὲ προτέρα πάντα Βάρβαρα ἐστὶν ἔθνη. Οὗτος Ἴστρος ποταμὸς, ὁ καὶ Δανούβις καλούμενος, κατέρχεται ἀπὸ τῶν Ἑσπερίων τόπων τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος· [4] δυσὶ δὲ περιοχιζόμενος, καὶ εἰς

conceſſiſſe, eamque inhabitare Achillem, cujus in ea eſt templum, & ſimulachrum, jam olim effictum. Rari autem in hac inſula ſunt homines, eamque capræ non admodum multæ depaſcuntur, quas, qui illuc appellunt, Achilli offerre dicuntur. Multa præterea alia dona in hoc templo repoſita ſunt; ut phialæ, annuli, gemmæ pretioſiſſimæ. Omnia hæc donaria Achilli dedicata ſunt. Inſcriptiones vero eorundem, partim Romano, partim Græco ſermone conceptæ ſunt, alio alioque verſuum genere, in laudem Achillis. Ab oſtio Iſtri, quod Pſilon appellatur, ad ſecundum ejus oſtium, ſtadia LX, milia VIII. A ſecundo oſtio ad Pulchrum oſtium, ſtadia XL, milia V$\frac{1}{3}$. A Pulchro oſtio ad Naracium (ita appellant quartum Iſtri oſtium) ſtadia LX, milia VIII. A Naracio ad quintum Iſtri oſtium, quod Sacrum dicitur, ſtadia CXX, milia XVI. Deinde excipiunt partes Thraciæ in Pontum vergentes, & Thracum limites. Præcedentes vero nationes ſunt Barbaræ. Hic Iſter fluvius, qui & Danubius vocatur, ab occiduis venit plagis, & per quinque oſtia exoneratur; ubi diffunditur, binis in Adriam

1 Τῆς παλαιᾶς, *Arrianus*. Confer cum eo hunc locum. *Voſſ.* 2 Locus corruptiſſimus. Corrige ex *Arriano*. Ἀνάκεινται ἐν τῷ ναῷ φιάλαι, καὶ δακτύλιοι, καὶ λίθοι τῶν πολυτελεστέρων. Margini adſcripta fuerant vocabula, pro variante lectione; unde duplex lectio in textum irrepſit. *Voſſ.* 3 Lego ἐπὶ τὸ Νάρακον. Et ſtatim poſt, ἀπὸ δὲ Ναράκου. *Voſſ.* Vide *Holſtenii* notas ad *Steph. Byzant.* p. 42. 4 Δυσὶ δὲ σχιζόμενος. *Holſten.*

oſtiis effluit. Uſque ad Celticam denique cognoſcitur, & æſtate omni tempore ſibi ſimilis permanet; hyeme quidem augetur, impleturque ex imbribus; è nive, ut inquiunt, & glacie liquefacta, incrementa accipiens. Æſtate vero undas evolvit æquales ſemper. Habet inſulas in ſe ſitas multas & magnas, ut fama eſt, quarum quæ inter mare & oſtia ejus ſita eſt, non minor eſt Rhodo inſula: appellatur vero Peuce, ob multitudinem quam fert picearum. Vicina huic in pelago eſt Achillis inſula jam ſupra memorata. A Sacro oſtio Iſtri ad flumen & oppidum Iſtrum ſtadia D, milia LXVI $\frac{2}{3}$. Hæc urbs Iſter à fluvio nomen accepit: & eam urbem condidere Mileſii, cum Scytharum barbarorum exercitus in Aſiam tranſiit, Cimmerios Boſporanos perſequens. Ab Iſtro urbe ad Tomitanorum urbem ſtationibus inſtructam ſtadia CCC, milia XL. Tomitani cum ſint coloni Mileſiorum, à Scythis tamen undique cinguntur. A Tomis ad Calatin urbem, in qua ſtatio navium, ſtadia CCC, milia XL. Calatis vero eſt Heracleotarum colonia monitu oraculi deducta. Condiderunt autem hanc cum Macedonum regnum Amyntas ordiretur. A Calatide ad Carôn portum ſtadia

τὴν Ἀδρίαν ῥεῖ. Αμέλει δὲ ἄχρι τῆς Κελτικῆς γινώσκεται, καὶ τοῦ θέρει τὸ πάντα διαμένων χρόνον· χειμῶνι μὲν γὰρ αὔξεται πληρούμενος τοῖς γινομένοις ὄμβροις, καὶ ἀπὸ τῆς χιόνος, ὡς φασὶν, τὰς ἐπιῤῥύσεις, τῶν τε πηγνυμένων λαμβάνων ἀεὶ πάγων. Ἐν δὲ τοῦ θέρει τὸ ῥεῖθρον ἔξεισιν ὡσαύτως ἴσον. Ἔχει δὲ καὶ νήσους ἐν αὐτῷ κειμένας πολλάς τε καὶ μεγάλας τοῖς μεγέθεσιν ὡς λόγος· ὧν ἡ μεταξὺ τῆς θαλάσσης κειμένη, καὶ τῶν στομάτων, ἐστὶν οὐκ ἐλάττων τῆς Ῥόδου νήσου. Πεύκη δὲ λέγεται αὕτη, διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἔχει πευκῶν. [1] Εἶθ' οὕτως μετ' αὐτὴν πελαγία κειμένη ἡ προειρημένη τῆς Ἀχιλλέως νῆσος. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ [2] εἰς πόλιν καὶ ποταμὸν, καὶ Ἴστρον στάδια φ', μίλια ξς' Κ. ς'. Αὕτη ἡ πόλις Ἴστρος, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔλαβεν τὸ ὄνομα· καὶ ταύτην τὴν πόλιν Μιλήσιοι κτίζουσιν, ἡνίκα Σκυθῶν εἰς τὴν Ἀσίαν στράτευμα διέβη βαρβάρων τὸ Κιμμερίους διῶκον ἐκ τοῦ Βοσπόρου. Ἀπὸ δὲ Ἴστρου πόλεως εἰς Τομέων πόλιν ἔχουσαν ὑφόρμους στάδια τ', μίλια μ'. Τομέοι [3] ἄποικοι γενόμενοι Μιλησίων ὑπὸ Σκυθῶν ἐν κύκλῳ οἰκουμένη. Ἀπὸ δὲ Τομέων εἰς Κάλατιν πόλιν, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσὶ, στάδια τ', μίλια μ'. Κάλατις Ἡρακλεωτῶν ἀποικία κατὰ χρησμὸν γενομένη. Ἔκτισαν δὲ ταύτην, ἡνίκα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν Ἀμύντας παρέλαβεν. Ἀπὸ δὲ Καλάτιδος εἰς Καρῶν λιμένα

1 Forte εἶτ' εὐθύ. 2 Εἰς πόλιν καὶ ποταμὸν Ἴστρον. 3 Legendum cum *Voſſio* ἄποικοι γενομένη &c. aut cum *Holſtenio*, ἄποικοι γενόμενοι, & dein ἐν κύκλῳ οἰκούμενοι

στάδια

[1]ςάδια ρκ′ *, μίλια κδ′. [2] Καὶ ἡ μὲν κύκλῳ τοῦ λιμένος καταλύζεται. Νῦν δὲ Αἴκαραι λέγονται Καραι. Απὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς [3]Τετρισιάδαν ἤτοι Τίριζαν ἄκραν λεγομένην, ἔχουσαν καὶ ὕφορμον τοῖς ἀπ' ἑσπέρας ἀνέμοις νῦν λεγομένην Ακραν, ςάδια ρκ′, μίλια ις′. Απὸ δὲ Τετρισιάδος ἤτοι Ακρας εἰς Βιζώνην πολίχνιον ἐν ᾧ σάλος ςάδια ξ′, μίλια η′. Τοῦτο τὸ πολίχνιον τινὲς μὲν φασὶν Βαρβάρων, τινὲς δὲ ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρείας. Απὸ δὲ [4]Βυζῶνος εἰς Διονυσόπολιν ςάδια π′, μίλια ι′. ∠. ς′. [5]Αὕτη ἡ Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο Κρουνοὶ διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις. Επειτα δὲ μετωνομάσθη Ματιόπολις. Υςερον δὲ, Διονυσιακοῦ ἀγάλματος προσπεσόντος ἐκ τῆς θαλάσσης τοῖς τόποις, Διονυσόπολιν κληθῆναι πάλιν. Εν μεθορίοις δὲ [6]τοῖς Κροβύζων καὶ Σκυθῶν χώρας κειμένη, μιγάδας Ελληνας οἰκητὰς ἔχει. Απὸ δὲ Διονυσοπόλεως εἰς Οδησσὸν πόλιν, ἐν ᾗ ὅρμος νηυσὶ, [7]ςάδια σμ′, μίλια κς′, ∠. ς′. Οδησσὸν κτίζουσι Μιλήσιοι, ὅτε Αςυάγης ἦρχε τῆς Μηδίας. Εν κύκλῳ δὲ [8]αὐτῆς ἔχει [9]Κροβύζης Θρᾶκας. Απὸ δὲ Οδησσοῦ εἰς τοὺς Αἵμου τὰς ὑπωρείας, αἳ δὴ εἰς τὸν Πόντον καθήκουσιν, ἐν αἷς ὅρμος ναυσὶ, ςάδια σξ′, μίλια, λδ′. ∠. ς′. Αἷμος

CLXXX, milia XXIV. Tellus vero, quæ circum eſt portum, undis obruitur. Nunc vero Caræ appellantur Careæ. A Carôn portu ad Tetriſiadam ſive Tirizam dictum promontorium, ornatum ſtatione ventis ab occidente flantibus contraria, nunc Acram vocatum, ſtadia CXX, milia XVI. A Tetriſiade ſive Acra ad Bizonen oppidulum, in quo ſtatio, ſtadia LX, milia IIX. Id oppidulum nonnulli Barbarorum, quidam vero Meſembriæ eſſe coloniam ajunt. A Bizone ad Dionyſopolin ſtadia LXXX, milia X$\frac{2}{3}$. Hæc urbs antea Cruni appellabatur, ob vicinas aquarum ſcaturigines. Deinceps vero dicta eſt Matiopolis. Tandem vero cum è mari appulſa eſſet Bacchi ſtatua, Dionyſopolis vocata. In confiniis vero Crobyzorum & Scytharum regionis cum ſita ſit, incolas habet Græcos aliis mixtos. A Dionyſopoli ad Odeſſum urbem, in qua ſtatio navium, ſtadia CC, milia XXXI$\frac{2}{3}$. Odeſſum condidere Mileſii, quo tempore Aſtyages regnabat in Media. Cingunt vero hanc Crobyzi Thraces. Ab Odeſſo ad Hæmi montis radices, quæ uſque in Pontum pertingunt, in quibus ſtatio navium, ſtad. CCLX, mil. XXXIV$\frac{2}{3}$. Hæmus

1 Reſcribendum ςάδια ρπ′. μίλια κδ′. *Voſſ.* 2 Vide *Annott.* 3 Scribe Τετρισιάδα, ut *Arrianus*, & ipſe infra. Aliis hoc promontorium eſt, Tiriſtria, ſive Tiriſtris. *Voſſ.* 4 Lege Βιζώνης. *Voſſ.* 5 Vide *Stephanum* in ΔΙΟΝΥΣΟΥ πόλις. 6 Τῆς Κροβύζων. *Holſten.* 7 Repone ςάδια σ′. μίλια, κς′. ∠, ς′. *Voſſ.* 8 Αὐτῆς ex *Holſtenio.* 9 Lege Κροβύζους. *Voſſ.*

maximus eſt mons ea in regione, Tauro, qui in Cilicia, non abſimilis magnitudine, & extenſione ſecundum eorum longitudinem. A Crobyzis enim, & montibus Ponticis, uſque ad Adriaticos excurrit tractus. Ab Hæmo ad Meſembriam ſtadia XC, milia XII. Hæc Meſembria urbs ad radices montis dicti Hæmi ſita eſt, Thraciæ, Geticæque telluri, contermina. Chalcedonii, & Megarenſes hanc condidere, Dario in Scythas movente. A Meſembria ad Anchialum, urbem ornatam portu, ventis ab occidente ſpirantibus objectum, ſtadia LXX, milia IX⅓. Ab Anchialo ad Apolloniam urbem, nunc Sozopolin dictam, binis magnis portubus inſtructam, ſtadia CLXXX, milia XXIV. Hanc urbem condidere Mileſii, cum in hæc loca deveniſſent, annis ante Cyri regnum quinquaginta. Plurimas enim colonias ex Ionia deduxerunt in Pontum: cui prius Axeno, propter Barbarorum irruptiones, dicto, cognomentum Euxini impoſuerunt. Omnes hæ civitates ſunt Græcæ, conditæ in Scythia, Pontum intrantibus ad ſiniſtram ſitæ. Ab Apollonia, quæ & Sozopolis, ad Cherſoneſum, in qua ſtatio navibus, ſtadia LX, milia IIX. A Cherſoneſo ad Caſtellum Aulæi, quod Venationis appella-

μέγιστον ἐστὶν ὑπὲρ αὐτὴν ὄρος τῷ Κιλικι Ταύρῳ τὸ μέγεθος παρεμφερής, τῇ τε κατὰ μῆκος τῶν τόπων παρεκτάσει. Ἀπὸ γὰρ Κρωβύζων, τῶν Ποντικῶν ὀρῶν, ἄχει τῶν Ἀδριατικῶν διεκβάλλει τόπων. Ἀπὸ δὲ τοῦ Αἵμου εἰς Μεσημβρίαν πόλιν στάδια ϙ', μίλια ιβ'. Αὕτη ἡ Μεσημβρία πόλις παρὰ τὴν ὑπώρειαν τοῦ καλουμένου Αἵμου κειμένη τῇ Θρακίᾳ τε καὶ τῇ Γετικῇ συνορίζεται γῇ. Καλχηδόνιοι δὲ ταύτην καὶ Μεγαρεῖς ᾤκησαν, ὅτε ἐπὶ Σκύθας Δαρεῖος ἐπεστρατεύετο. Ἀπὸ δὲ Μεσημβρίας εἰς Ἀγχίαλον πόλιν, ἔχουσαν καὶ λιμένα τοῖς ἀφ' ἑσπέρας ἀνέμοις, στάδια ο', μίλια θ. γ'. Ἀπὸ δὲ Ἀγχιάλου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν τὴν νῦν Σωζόπολιν λεγομένην, ἔχουσαν καὶ λιμένας μεγάλους δύο, στάδια ρπ', μίλια κδ'. Ταύτην τὴν Ἀπολλωνίαν πόλιν κτίζουσιν εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι πρὸ πεντήκοντα ἐτῶν τῆς Κύρου βασιλείας. Πλείστας γὰρ ἀποικίας ἐξ Ἰωνίας ἔστειλαν [1] εἰς τὸν Πόντον τὸν πρὶν Ἄξενον λεγόμενον διὰ τὰς ἐπιθέσεις τῶν Βαρβάρων, προσηγορίας ἐποίησε Εὐξείνου τυχεῖν. Αὗται πᾶσαι αἱ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν ᾠκισμέναι ἐν τῇ Σκυθίᾳ ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι εἰς τὸν Πόντον. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας, τῆς καὶ Σωζοπόλεως, εἰς Χερρόνησον, ἐν ᾗ ὅρμος ναυσί, στάδια ξ', μίλια η'. Ἀπὸ δὲ Χερρονήσου, εἰς Αὐλαίου τεῖχος τὸ λεγόμενον [2] Θήρας

1 Ita edidit *Voſſius*, non ex auctoritate autographi *Salmaſiani*; ſed ſua incuria. Nam ipſe in Chirographo ſuo ſcripſit, εἰς τὸν Πόντον. ὃν πρὶν Ἄξενον λεγόμενον &c. Quæ ſcriptura hîc reſtituenda eſt. *Gronov.* 2 Vide *Arrianum*. Θήρας autem χωρίου meminerunt tabulæ Peutingerianæ. *Voſſ.*

χωρίον, ἐν ᾧ καὶ ὕφορμος, στάδια σν', μίλια λγ'. γ'. Ἐντεῦθεν τὰ μέρη τῶν Βυζαντίων ἐκδέχεται· [1] τὰ δὲ πρόσω τῆς Θράκης τῆς εἰς τὸν Πόντον καθηκούσης τῶν ἐν τῷ Εὐρωπαίῳ μέρος τοῦ Πόντου περίπλου. [2] Ἀπὸ δὲ Θηρῶν χωρίου εἰς τὸ λεγόμενον Αὐλαίου τεῖχος εἰς Θυνιάδα ἀκρωτήριον καὶ ἀκτὴν, ἐν ᾗ καὶ ὅρμος ναυσὶ, στάδια ρκ', μίλια ις'. Θυνιὰς εὐλίμενος ἄκρα τῆς [3] Ἀστικῆς Θράκης ὑπάρχουσα. Ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Ἁλμυδησσὸν στάδια σ', μίλια κς'. Κ. ς'. Τούτου τοῦ χωρίου μνήμην ποιεῖ Ξενοφῶν ὁ πρεσβύτερος, καὶ μέχρι τούτου λέγει τὴν στρατείαν ἐλθεῖν τῶν Ἑλλήνων, ἧς αὐτὸς ἡγήσατο, ὅτε τὰ τελευταῖα σὺν Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ ἐστράτευσεν· καὶ περὶ τῆς ἀλιμενότητος τοῦ χωρίου πολλὰ ἀνέγραψεν, ὅτι ἐνταῦθα ἐκπίπτει τὰ πλοῖα χειμῶνι βιαζόμενα, καὶ οἱ Θρᾷκες οἱ πρόσχωροι ὅτι ὑπὲρ τῶν ναυαγίων ἐν ἐρίσιν διαμάχονται. Οὗτος δ' ὁ Ἁλμυδησσὸς αἰγιαλὸς, ἐφ' ἑπτακόσια στάδια τεναγώδης ἄγαν καὶ δυσπρόσορμος, ἀλίμενός τε παντελῶς παραπέπταται τοῖς ναυσὶν ἐχθρότατος τόπος. Ἀπὸ δὲ Ἁλμυδησσοῦ εἰς Φρυγίαν τὴν καὶ λεγομένην Φιλίαν, καὶ Βυζαντίων χωρίον, καὶ ἀκρωτήριον, στάδια τι', μίλια μα', γ'. Ἀπὸ δὲ Φρυγίας τῆς Φιλέας, εἰς Κυανέας ἤτοι Κύλας στάδια τκ', μίλια μβ', Κ. ς'. Αὗται δὲ αἱ Κυανέαι, ἃς λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι, καὶ διὰ τούτων

tur oppidum, in quo etiam ſtatio, ſtadia CCL, milia XXXIII$\frac{1}{3}$. Deinde tractus Byzantini excipiunt: ſuperiora vero ſunt Thraciæ Ponticæ, quæ in Europæ eſt parte Pontum circumnaviganti. A Venationis oppido, ſive Caſtello Aulæi, ad Thyniam promontorium & peninſulam, in qua ſtatio navium, ſtadia CXX, milia XVI. Thynias promontorium, quod commodum habet appulſum, eſt in Thracia Aſtica. A Thynia ad Halmydeſſum ſtadia CC, milia XXVI$\frac{2}{3}$. Hujus loci meminit Xenophon major, & inquit, Græcorum exercitum, cui ipſe præerat, poſtremo cum Seuthe Thrace militantem, huc uſque proceſſiſſe. Deque importunitate ejus tractus multa prodidit, quod navigia tempeſtate adacta eo ejiciantur, ac contermini Thraces de naufragii tabulis inter ſeſe decertent. Littus id Halmydeſſium ad ſeptingenta extenditur ſtadia, eſtque admodum cœnoſum, aditu difficile, penituſque importuoſum, nautis locus inimiciſſimus. Ab Halmydeſſo ad Phrygiam, quæ etiam Philia dicitur, Byzantiorum oppidum, & promontorium, ſtadia CCCX, milia XLI$\frac{1}{3}$. A Phrygia, quæ & Philea, ad Cyaneas ſive Cylas ſtadia CCCXX, milia XLII$\frac{2}{3}$. Hæ ſunt Cyaneæ, quas Poëtæ quondam erraticas fuiſſe inquiunt, per quas

1 Locus corruptus. *Voſſ.* 2 Lego. *ἀπὸ δὲ Θηρῶν χωρίου, τὸ λεγόμενον Αὐλαίου τεῖχος, εἰς Θυνιάδα* &c. *Voſſ.* cum *Arriano*. 3 *Ἀστικῆς* in *Ed. Hæſchelii.*

etiam

etiam primam navem Argo, quæ Jaſonem ad Colchos perduxit, tranſiiſſe ajunt. A Cyaneis ad fanum Jovis Urii, ubi eſt os Ponti, ſtadia XL, milia V$\frac{1}{3}$. A fano hoc ad portum Daphnes inſanientis, qui nunc Soſthenes dicitur, ſtadia LXXX, milia X$\frac{2}{3}$. Hæc vero ſunt inter Boſporum, dictum Cimmerium, & Boſporum Thracium, ac Byzantium. Navigatio à Sacro Iſtri oſtio, uſque ad fanum Jovis Urii, ſive os Ponti, ſtadia cIↄ cIↄ cIↄ Iↄc, milia CCCCLXXXV$\frac{2}{3}$. A Boryſthene fluvio, qui & Danapris dicitur, uſque ad fanum Jovis Urii, ſtadia cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ Iↄc, milia IↄCCXLVI$\frac{2}{3}$. A Cherſone uſque ad fanum Jovis Urii, ſtadia cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ CL, milia cIↄLXXXVI$\frac{2}{3}$. A Porthmiu oppido, quod in termino Europæ ad Pontum in oſtio Mæotidis paludis, ſive Boſpori dicti Cimmerii, ſitum eſt, uſque ad fanum Jovis Urii, ſtadia cIↄ C*, milia cIↄ CCCCLXXX. Europæ vero prætervectio dicitur æqualis eſſe prætervectioni Ponticæ, quæ in Aſiæ partibus. A fano Jovis Urii uſque ad Amiſum ſtadia cIↄ cIↄ cIↄ cIↄ Iↄ

παρ᾽ ὅτην ναῦν περάσαι τὴν Ἀργὼ, ἥτις εἰς Κόλχους τὸν Ἰάσονα ἤγαγεν. Ἀπὸ δὲ Κυανέων εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς Οὐρίου, [1] ἐν ᾧ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, στάδια μ′, μίλια ε′, γ′. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης τὸν νῦν λεγόμενον [2] Σωσθένην, στάδια π′, μίλια ι′. ∟. ϛ′. Τὰ δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θράκιον καὶ Βυζάντιον. Ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ στόματος τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, [3] ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου, στάδια ,γχ′, μίλια υπε′. γ′. Ἀπὸ δὲ Βορυσθένους ποταμοῦ, τοῦ καὶ Δανάπριος καλουμένου, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,εχ′, μίλια ψμϛ′, ∟. Ἀπὸ δὲ Χερσῶνος, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,ηυ′, μίλια ,απϛ′. ∟. ϛ′. Ἀπὸ δὲ τῆς Πορθμίας κώμης, τῆς ἐν τῷ τέλει τῆς Εὐρώπης, τοῦ Πόντου μερῶν τῆς ἐν τῷ στομίῳ Μαιώτιδος λίμνης κειμένης, ἤτοι Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου καλουμένου, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,αρ′, μίλια ,αυπ′. [4] Λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης ὁ παράπλους ἴσος εἶναι τῷ παράπλῳ τῆς Ποντικῆς τῶν τῆς Ἀσίας μερῶν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, ἕως Ἀμισοῦ στάδια ,δχξ′,

1 Scribo cum *Arriano*, ἵναπερ τὸ στόμα τοῦ Πόντου. *Voſſ.* 2 Aliis quoque Σωσθένιον dicitur hic locus. Vide *Arrianum*, p. 25. qui in numero ſtadiorum diſcrepat. *Voſſ.* Hic locus unicus & memorabilis, ſi inſpexeris hæſitationem *Harduini* ad *Plinium* in *Addendis* ad tomum primum, n. 811, ubi ad confirmationem hujus nominis citat *Nicephorum* ex *Ortelii* indicio, diſſimulato doctore, quum egregius ſit hic Peripli auctor. *Gronov.* 3 Emenda, ἤτοι στόματος τοῦ Πόντου ,γχμ′. μίλια υπε′. γ′. ſtatim lege, ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ,εχ′. μίλια ψμϛ′. ∟ ϛ′. ἀπὸ δὲ Χερσῶνος ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια ηρν′. μίλια ,απϛ′ ∟ ϛ′. *Voſſ.* 4 Forte λέγεται δὲ τῆς Εὐρώπης τῆς Ποντικῆς ὁ παράπλους &c. *Voſſ.*

μίλια

μίλια, χκα΄. ϛ΄. Ἀπὸ δὲ Ἀμισοῦ ἕως τοῦ Φάσεως ποταμοῦ ἕως τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἤτοι Ἀχιλλείου κώμης, στάδια ͵δκε΄, μίλια φλς΄. ∠. ς΄. Ὡς γίνεσθαι ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, ἕως τοῦ στομίου τῆς Μαιώτιδος, στάδια α̣βυπζ΄, μίλια α̣χξε΄. Ὁμοῦ γίνονται ὁ πᾶς περίπλους τοῦ Εὐξείνου Πόντου, τῶν τε δεξιῶν τῶν τε περὶ τὴν Ἀσίαν μερῶν τοῦ Πόντου, καὶ ἀριστερῶν δὲ τῶν περὶ τὴν Εὐρώπην μερῶν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἕως πάλιν τοῦ αὐτοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου, στάδια β̣γϡπζ΄, μίλια ͵γρμε΄. Ἔστι δὲ καὶ ὁ περίπλους τῆς Μαιώτιδος λίμνης στάδια ͵θ, μίλια α̣σ΄.

cLx, milia IↃcxxi⅓. Ab Amiso usque ad Phasin flumen * * * * * * * usque ad ostium Mæotidis paludis, sive vicum Achilleum, stadia cIↃ cIↃ cIↃ cIↃ xxv, milia IↃxxxvi⅔. Adeo ut à fano Jovis Urii usque ad ostium Mæotidis stadia fiant, xii cIↃ ccccLxxxvii, milia, cIↃ IↃcLxv. Omnis autem circumvectio Ponti Euxini, quique ad dextram secundum Asiæ Ponticæ partes, & qui ad sinistram secundum Europam, à fano Jovis Urii, usque ad id ipsum fanum Jovis Urii stadia, xxiii cIↃ IↃ Lxxxvii, milia cIↃ cIↃ cIↃ cxLv. Est vero & circumvectio paludis Mæotidis stadiorum ix cIↃ, milium cIↃ cc.

F I N I S.

PA
gular
in *ὠδ*
mitti
niam
canus
bræis
figni
ἱερέ
legitu
caftr
ut do
fpirat
Græ
tentia
V.
de R
Pa
ram
verin
alibi
molli
erat
peftr
[illegible]
cent
Θυμι
quan
pus.

ANNOTATIONES IN HANNONIS PERIPLUM.

PAG. 1. V. 1. ΑΝΝΩΝΟΣ] Hanno apud Plinium & alios fere Latinos adſpiratur. Non ita apud Græcos, forte propter regulam Grammaticorum, qui α ante υ lævigandum præcipiunt, niſi in ὠδίνω, quoniam id fiat ab ἠδὺ: quod nos in Græcis vocabulis admittimus, in Hebraicis & aliarum linguarum non item, quoniam Punica lingua, ſicut totius fere Africæ (ut Joan. Leo Africanus teſtatur) ab Hebraica originem duxit. Hannan autem Hebræis gratificari ſignificat. inde Hanno derivatum conjicio, & ſignificare gratioſum; vel potius qui aliis gratificatur, beneficum, ἐπιχάριτον: (Hannan quidem viri nomen non ſemel in ſacris libris legitur:) & Hannibal, id eſt, gratioſus princeps, (vel dominus caſtrorum: nam hanah Hebræis metari aut tenere caſtra ſignificat, ut doctiſſimus præceptor meus me admonuit.) & Annas dempta adſpiratione; & Joannes, vel Ananias, id eſt Deo gratus, quod Græce Theophilum ſonat. Quamobrem non laudo Pontani ſententiam, qui hujuſmodi vocabula non adſpirari mavult. *Geſnerus.*

V. 15. Πεντηκοντόρους] De πεντηκοντόροις vide *Bayſium* & *Schefferum* de Re navali.

Pag. 2. v. 2. Θυμιατήριον] Notum Græce Θυμιατήριον eſſe acerram vel thuribulum, quo nomine cur Phœnices urbem appellaverint nemo facile dixerit. Sed quod à Græcis paſſim fieri jam alibi notavimus, Hannonis Græcus interpres barbaram vocem ita mollivit, ne læderet aures Atticas. Nempe verum urbis nomen erat דמאתריה *Dumathiria*, quaſi πεδιάδα dixeris, id eſt, campeſtrem urbem. Arabice ſaltem in Giggeio דמאתיר *dumathir* & דמתר *dumthor* eſt *terra plana*; unde petitum urbis nomen docent ipſa verba Hannonis: Ἐκτίσαμεν πρώτην πόλιν, ἣν τινα ὠνομάσαμεν Θυμιατήριον, πεδίον δ' αὐτῇ μέγα ὑπῆν, *primam urbem condidimus, quam vocavimus Thymiaterium; illi quippe ſuberat magnus campus.* Δὲ pro γὰρ hoc loco ſumimus, ut paſſim apud Homerum; quia

nulla apparet cauſa cur Hanno addiderit Thymiaterio magnum ſubeſſe campum, niſi ut ſciremus quorſum oppidum ita nominaverit. *Bochart.*

V. 4. Ἐπὶ Σολόεντα] Hinc in Heſychio: Σολεντὶς, ἄκρα τῆς Λιβύης. & in Ptolemæo: Σολοεντία ἄκρα, & Σολοέντιοι populi, quamvis utrumque ad meridiem removeat juſto longius. Apud Plinium Agrippa corrupte Surrentiam appellat. Verum nomen erat Σολόεις Hebr. סלעים rupes. *Bochart.*

V. 5. Ἀκρωτήριον] Hinc forte tribus prioribus ſyllabis ablatis ῥίον dicitur de vertice montis eminente: κορυφὴ ὄρους ὑπερφαινομένη Euſtathio. Privatim tamen promontorium quoddam Ætoliæ vocabatur Rhion. Id vocabulum hodieque promontorium puto Hiſpanis ſignificare. *Geſner.*

V. 16. Καρικόν τι τεῖχος] Fallor an Καρικὸν τεῖχος, murus Caricus Pœnis erat קיר חרס *Kir chares*, murus Solis; cujus nominis urbem in Moabitis memorat Eſaias c. 16. v. 11. Quidni enim *Cares* ex חרס fecerit Græcus interpres, quomodo alii *Carrhas* ex חרן *Charan* & *Malacam* ex מלחא *Malacha*, & *Tapſacum* ex תפסח *Tipſach*, Hebræa adſpiratione mutata in conſonam K? Aut ut ex hoc ipſo חרס factum eſt Perſicum כורש *cores* vel *Cyrus* pro Sole. Plutarchus in Artaxerxe ubi de Cyri nomine: ἀπὸ τοῦ ἡλίου γενέσθαι φασί. Κῦρον γὰρ καλεῖν Πέρσας τὸν ἥλιον. *Bochart.*

V. 17. Γύττην] Gytta nomen habet à pecu, ut Cretæ urbs Πολύῤῥην, quam ſic appellari ſcribit Stephanus, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥῆνα, τουτέστι πρόβατα, ἔχειν. Nempe Syris גת *geth* eſt pecus, cujus plurale גתין *gitthin*. Sed veteres ſine aſpiratione ſcripſerunt. Inde Gath Philiſtæorum à Polybio, Joſepho, & Stephano *Gitta* dicitur, & à Plinio *Gettæ*. Ejus nominis fuit etiam Samariæ vicus è quo Simon apud Juſtinum, Epiphanium, & Zonaram. *Bochart.*

V. eod. Ἄκραν] *Acra* eſt חקרא *Hakra*, id eſt, arx, munitio; quam vocem, Græcis fruſtra repugnantibus, Syri ſibi vindicant. Hinc in Jonathane קרוין חקרא *urbes Hakra*, id eſt, munitionis, ſive munitæ, Deut. 3. 5. & in Chaldæa Paraphraſi lib. 2. Samuelis cap. 2. verſ. 7. חקרא רציון *Hakra de Sion* arx Sionis. Et cap. 7. verſ. 6. *habitavit David* בחקרא *in hacra*, id eſt in arce. Græci *Acran* dixerunt neglecta aſpiratione. Sic 1. Macchab. 1, 35. *Et ædificaverunt civitatem David muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis* εἰς Ἄκραν *in Acran*. Tamen à civitate David Joſephus Acran ita diſtinguit, ut in illa τὴν ἄνω πόλιν, in hac τὴν κάτω πόλιν ſitam fuiſſe aſſerat. *Bochart.*

V. 18. Μέλιτταν] Melitta vel מליטא *Melita* proprie ſignificat calicatam urbem, ſi verbo datur venia, id eſt, in qua condenda multum calcis ſit adhibitum, vel in ſtructuras, vel etiam in tectoria.

Radix

Radix מלט *melet* reperitur Jerem. 43, 9. pro cæmento ex arena & calce. Sed de hac voce vide partem poster. lib. 2. Geogr. Sacr. c. XXXVII. p. 642.

V. 18. Αραμβυν] Arambyn, quæ sola superest, à situ puto vocasse Phœnices הר-ענבין *har-anbin*, montem uvarum, vel הר-ענבי *har-anbi*, montem racemiferum: *Vites* enim *uberiores sunt in montibus*, ut scribit Servius in illud magni Poëtæ:

Bacchus amat colles.

Et vites fuisse in illis locis constat ex Periplo Scylacis, qui de vicinis Æthiopibus ita habet: οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων, *vinum autem ex vitibus multum faciunt*. Quibus consona hæc Plinii lib. 5. cap. 1. *Ibi fama existere certa vestigia habitati quondam soli, vinearum palmetorumque reliquias*. Sed Strabone nihil expressius, qui in Mauritania refert ex aliorum fide, *nasci vitem tam crassi caudicis, ut eam duo homines vix amplectantur, racemos cubitales nonnunquam producentem*. *Bochart.*

V. 20. Λίξον] Hic Lixus alius ab eo, quem memorat Scylax, quem itidem palam est nomen habere à Leonibus [ut patet ex Annott. ad Scylacis pag. 53.] Eum enim oriri scribit Hanno ex Æthiopum terra θηριώδει, id est, feris frequenti, vel leonibus etiam; nam Θὴρ pro leone passim occurrit. Hesychius: Θὴρ, Θηρίον, ὁ λέων ἀπὸ τοῦ θηρᾶν ὀρμῶν. Item: Θηρὸς, λέοντος, item Θηρὶ, λέοντι. Nempe Iliad. ο. vers. 586. Et in insula Cerne, quæ à Lixo non multum abest, inter cæteras merces etiam δέρματα λεόντων, *leonum pelles* à vicinis Æthiopibus comparasse Phœnices Scylax in Periplo scribit. *Bochart.*

P. 3. v. 5. Ερμηνέας] Inde conjicimus per totam Africæ oram juxta Mediterraneum mare usque ad columnas Herculis, & ultra ad Lixum usque unam esse linguam. Deinceps vero aliam quandam linguam usurpari: & rursus aliam Æthiopibus illis, qui à Cerne navigantibus meridiem versus longissimo oræ tractu (duodecim fere dierum itinere) habitant: quorum linguam ne Lixitæ quidem interpretes intelligebant. *Gesner.*

V. 11. Κέρνην] De Cerne plura leges apud Plinium lib. 6. c. 31. & inter alia, (quod maxime huc facit,) *Nepotem Cornelium prodidisse, Cernen ex adverso maxime Carthaginis sitam esse, à continente passus mille, non ampliorem circuitu duobus millibus.* Alii certe aliam insulam Cernen nominant. Quæ in nostris Geographicis tabulis pingitur Cerne, non Hannonis aut Cornelii Nepotis Cerne videtur: multo minus ea quæ contra sinum Persicum adversa Æthiopiæ ab aliquibus describitur: sed Polybii Cerne, in extrema Mauritania contra montem Atlantem, à terra distans stadiis octo. In nostris tabulis Carthagini in ora adversa opponitur,

 quod

quod vocant Caput formoſum : cui vicina eſt parva quædam inſula. Sed hic locus Carthagini oppoſitus à columnis, in noſtris tabulis, bis tantum diſtat, quantum Columnæ à Carthagine: quamobrem non tam procul progreſſus videtur Hanno: quod ex ſequentibus etiam fluminibus conjicimus: etſi inſula hæc prope receſſum cujuſdam ſinus ſit, ut de ſua ſcribit Hanno. Mihi Cerne in noſtris tabulis altius poſita videtur, quam ut poſſit eſſe Hannonis Cerne, quæ à Lixo fluvio tridui navigatione diſtat. Quærendum an ea potius ſit, quæ à nonnullis Erythia putatur, è regione Uſadii promontorii. *Geſner.*

Quod à Lixo diximus parum abeſſe Cernen arguunt hæc Hannonis : *Interpretibus ab ipſis*, id eſt, à Lixitis, *acceptis deſertam oram ad Meridiem biduo præternavigavimus, inde rurſus ad Solem orientem iter diei, ubi in intimo receſſu cujuſdam ſinus parvam inſulam invenimus*, κύκλον ἔχουσαν σταδίων πέντε, ἣν κατῳκήσαμεν Κέρνην ὀνομάσαντες, *ambitu ſtadiorum quinque, in quam coloniam deduximus, impoſito Cernes nomine*. Addit hanc inſulam κατ' εὐθὺ κεῖσθαι Καρχηδόνος, *ex adverſo Carthaginis ſitam eſſe*, quia tantum abeſt à freto Herculis quantum Carthago. Pro σταδίων πέντε in ambitu Cornelius Nepos legerat σταδίων δεκαπέντε, vel per literas numerales ιε' pro ε'. Is enim Hannonem exſcribens, ut apparebit legenti locum apud Plinium lib. 6. cap. 31. Cernes circuitum definit duobus millibus, id eſt quindecim ſtadiis. Idem à continente abeſſe ſcribit mille paſſus, in extrema Mauritania contra montem Atlantem. Quo fere loco deſcribit Ptolemæus. Nec ab his multum diverſi Scylax & Dionyſius Periegetes. Quæ plus ſatis ſufficiunt iis refellendis, qui Cernen ponunt ad orientem Africæ. Imprimis id abſurdum quod νησίδιον, cujus ambitus vel quinque ſtadiorum eſt, vel ad ſummum quindecim, volunt eſſe Menuthiadem, id eſt, Madagaſcar vel S. Laurentii inſulam, quæ locum habet inter maximas. Cæterum ratio nominis non eſt obſcura. Cerne Phœnicibus erat חרנאה *Chernaa* poſtremum habitationis, id eſt, ultima habitatio. Plene ſcriberetur אחרנאה *achernaa* ab Arabico אחר *acher* vel *achir*, quod reſpondet Hebræo אחרון *acharon*. Sed prima radicalis ſæpe excidit. Unde eſt quod *ultimum* Syrè חרתא *charto* dicitur pro אחרתו *acharto*, & ex eadem radice *alius* חרנא & חורנא pro אחרנא. Nempe Phœnices ultra Cernen nullam deduxere coloniam, ut vel ex Hannone conſtat. Quin & nonnulli ultra Cernen non crediderunt mare poſſe navigari. Scylax : τῆς Κέρνης δὲ νήσου τὰ ἐπέκεινα οὐκ ἔτι ἐστὶ πλωτὰ διὰ βραχύτητα θαλάττης, καὶ πηλὸν, καὶ φῦκος. *Quæ vero ſunt ultra Cernen non ſunt amplius navigabilia propter brevitatem maris, & cœnum, & algam.* Inde eſt quod πυμάτην ultimam

nam appellant. Dionysius Periegetes: πυμάτης παρὰ τέρματα Κέρνης. Rufus Festus: *Æthiopum populos alit ultima Cerne.* Eodem faciunt hæc Prisciani: *Libyes ubi finit littore Cerne Oceanum.* Ac si ad illam insulam finis esset naturæ rerum, & nautarum meta ultima. Nempe hic solebat esse terminus navigationis Phœnicum meridiem versus, quamvis Hanno doceat se ulterius longe progressum. Ejus verba sic habent. *Inde in lacum pervenimus,* διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης (legendum puto ὄνομα Χρεμέτης,) *pernavigato magno quodam flumine Chremete nomine.* Muto χρέτης in Χρεμέτης, quia *Chretis* vel *Chretes* amnis plane est ignotus. At de Chremete Africæ fluvio ad Oceanum hæc Aristoteles Meteorologicôn lib. 1. cap. 13. de maximis Libyæ fluviis agens: οἱ δὲ μέγιστοι τῶν ὀνομαζομένων ὅτι Χρεμέτης καλούμενος, ὃς εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλατταν, καὶ τοῦ Νείλου τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶτον, *celebrium autem maximi sunt, & is quem vocant Chremetem, qui in mare exterius,* id est Oceanum, *influit, & primus Nili fluxus,* &c. Et eum sequutus Basilius in Hexaemeron Homilia 3. ὁ καλούμενος Χρεμέτης, καὶ πρὸς γε ἔτι ὁ Νεῖλος. Et Hesychius: Χρεμέτης, ὄνομα ποταμοῦ. Et Nonnus Dionysiac. lib. 13. vers. 374. Et lib. 31. vers. 103. Fluvius Chremetis Punicè dicebatur נהר כרמאת *naar cheremat,* id est fluvius vinearum; nam Arabibus כרמאת *chermath* idem quod Hebræis כרמים *cheramim.* Confirmatur id ex Scylace, qui eos ipsos Æthiopes qui prope Cernen degunt, nempe ad amnem quem diximus, vinum asserit è vineis plurimum conficere. Verba sunt οἶνον δὲ ποιοῦσι πολὺν ἀπὸ ἀμπέλων. *Bochart.*

V. 13. Αὐτὴν [Κέρνην] κατ' εὐθὺ κεῖσθαι] Diodorus Siculus & Palæphatus Cercinnam insulam confundunt cum Cerne in Atlantico sita oceano. Error natus ex hoc periplo: hîc enim insula collocatur κατ' εὐθὺ Καρχηδόνος, quod illi sic interpretati sunt, tanquam si Cerne rectà apposita esset Carthagini. Sed aliud patet ex ipso Hannone: dicit is tantundem insulam hanc à freto distare, quantum fretum à Carthagine. Κατ' εὐθὺ Græci dicunt de locis in eodem sitis parallelo. Sed tum fœde hallucinatus fuisset Hanno, vicinaque admodum freto esset Cerne. Quapropter puto interpretem non recte ex Punico hæc reddidisse. Utcunque enim Hanno non accurate eum quem existimavit cursum tenuerit; satis tamen ex ipsius verbis colligi potest, non adeo errasse, ut Æthiopes & Carthaginienses collocarit sub eodem parallelo. Ptolemæus medium ferire voluit, & ex adverso Atlantis majoris posuit Cernen. Verum hoc est geminare errorem, sic enim neque in eodem parallelo sitæ erunt Carthago & Cerne, neque eadem erit distantia à freto Herculeo. Vide loca Palæphati & Diodori Siculi, & fateberis nihil certius esse, quam nugas illas, quas de Gorgonibus sive

five Gorgidibus, item de Amazonibus Libyssis scribunt; & ex hoc uno Hannonis loco promanasse, & ex mera confusione nominum Cernes & Cercinnæ. Vide *Vossium* ad Melam, p. 208, 305, 306, 309.

V. 26. Εἰς ἕτερον ποταμὸν] Hujus amnis nomen ab Hannone omissum ex Polybio supplet Plinius: *Flumen*, inquit, *Bambotum crocodilis & hippopotamis refertum.* Et Solinus Plinii simia: *Bambotum crocodilis & hippopotamis refertum.* Sed legendum *Bamothum*, nomine facto ex *Bamoth. Bamoth* seu בהמות *behemoth* esse hippopotamum, Job. 40, 10. iis argumentis probavi in libro de animalibus, quæ viros undecunque doctos traxerunt in assensum. Ergo fluvius Bamoth seu Behemoth est fluvius hippopotami. An intelligitur Gambræ fluvius, unus ex Nigri brachiis, in quo solo Caballinum piscem, id est, hippopotamum reperiri scribit Aloysius Cadamustus cap. 44. *Bochart.*

Pag. 4. v. 7. Ὄρεσι μεγάλοις δασέσιν] Atlantem majorem hunc esse conjicio, & arbores (de quibus loquitur) cedros, quarum materiam Romani expetebant mensis. Inter hunc montem & Hesperion ceras quinque dierum navigatio est. Nam & Plinius sic: *Traditur & alia insula contra montem Atlantem, & ipsa Atlantis appellata. Ab ea quinque dierum navigatione solitudines ad promontorium, quod vocavimus Hesperion ceras. Gesner.*

V. 20. Ἑσπέρου κέρας] Plinius l. 5. c. 6. promontorii Hesperii meminit, (id enim proprie κέρας significat.) accipi tamen synecdochice potest pro toto sinu cujus pars est; sicut infra etiam Austri cornu. Hunc sinum Rubrum puto à recentioribus vocari. *Id.*

Quæ sequuntur de navigatione ad Ἑσπέρου & Νότου κέρατι, & montem igneum, quem vocat Θεῶν ὄχημα, & de crebris ignibus qui solum noctu micant, & insulis tybiarum cantu tympanorumque & cymbalorum sonitu strepentibus, fabulosa esse existimo. *Bochart.*

Pag. 5. v. 9. Τέτταρας δὲ ἡμέρας] Minime fabulosa sunt, quæ hic tradit Hanno. Mons iste hodie appellatur *Sierra Liona.* Adeo altus ut à ducentis & amplius passuum millibus nonnunquam fit conspicuus. Latera ejus perpetuo virent odoratis omnis generis arboribus. Vertex æternis incingitur nebulis, quas ne ardentissimus quidem sol unquam dispellere ac vix perrumpere possit. Hinc fit ut continuis fulminibus ac tonitruis noctu præsertim percutiatur, quorum fragor à navigantibus ad quinquaginta etiam passuum millia exaudiri potest. Sonitum istum Lusitani assimularunt leonum rugitui, ac ea propter monti nomen indidere *Sierra Liona. Vossius.*

V. 19. Νότου κέρας] Conjecerim equidem Cornu hoc Austri, cujus

cujus apud alios mentionem non invenio, esse quod hodie Caput formosum appellatur, Carthagini fere è directo oppositum. Hic enim angulus & sinus ingens est, Africæ in Austrum se protendentis. Hic etiam Gorgonum insulas à Veteribus collocatas verisimile est: & errasse Plinium cum scribit, lib. 6. c. 31. *Contra hoc promontorium, quod Hesperion ceras, Gorgades insulæ narrantur:* cum ad Notium prom. eas referat Hanno, quem Plinius hic loci citat. *Gesner.*

ANNOTATIONES
IN
SCYLACIS
PERIPLUM.

PAG. 1. Vers. 12. *Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν*] Non plures, quàm binas columnas, statuit Scylax; quanquam verba hæc aliud videantur significare. Sic quoque infra loquitur, pag. 51. lin. 18. & tamen patet, non de pluribus, quàm binis columnis, id esse accipiendum. Non tamen nescius sum, multos in altera fuisse sententia. Hesychius: *στήλας διστόμους τινὲς τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἔνιοι αὐτὰς νήσους εἶναι φασὶν, οἱ δὲ προχώματα, οἱ δὲ τῆς ἠπείρου ἄκρας, οἱ δὲ πόλεις, καὶ οἱ μὲν δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ μίαν, οἱ δὲ τέσσαρας.* Palæphatus quoque capite de Phorcynis filiabus tres columnas esse Herculeas ait. Cæteri tamen ferme omnes in eo conveniunt, binas tantum esse; quod verius, ut arbitror. *Vossius.*

V. 18. *Ἀπὸ δὲ Ἡρακλέους στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ*] Hinc patet, Scylaci non ignotam fuisse eam Hispaniæ partem, quæ est ultra columnas. Inquit enim, multa esse Carthaginiensium emporia hoc loco. Similiter Rufus Festus:

Ultra has columnas propter Europæ latus
Vicos & urbes incolæ Carthaginis
Tenuere quondam.

Infra etiam Scylax noster meminit Sacri promontorii, quod est extimum in eo latere. Verum totum hunc tractum nullo nomine designat. Iberos enim, quos primam Europæ partem obtinere

tinere ait, à freto orditur. Quod ultra columnas igitur, minime Iberia esse potest. Europæ tamen adscripsisse, ex eo patet, quod Sacrum promontorium in Europa collocet. Plurimi enim antiquorum, quod crebræ essent Carthaginiensium coloniæ hoc in loco, Libyæ tribuerunt universum illum tractum. Auctor est Festus, ubi agit de Hermate ad Sacrum promontorium:

> *Porro illud Herma jure sub Libyci soli*
> *Fuisse pridem plurimi autores ferunt.*
> *Nec respuendus testis est Dionysius,*
> *Libyæ esse finem qui docet Tartessium.*

Quicquid igitur est à Sacro promontorio, usque Tartessios, Libyæ adscribebatur. *Vossius.* ——— In citando magis suæ fuit versionis memor, quam Scylacis verborum. *Gronovius.*

V. 20. Καὶ πηλὸς καὶ πλημμυρίδες καὶ πελάγη] Hujus rei manifestum indicium est, quod Rufus Festus inquit, morem fuisse Carthaginensibus,

> *Ut planiore texerent fundo rates,*
> *Quo cymba tergum fusior, brevius mare*
> *Prælaberetur. Vossius.*

V. 23. Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι Ἴβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος] Primam Europæ portionem Iberos obtinere, inquit Scylax. Eosque à columnis exorditur. Recte. Nondum enim detecta erat pars ulterior Iberiæ. Ideoque nullum adhuc nomen sortita erat. Imo ne Polybii quidem ævo, cum jam maxima ex parte explorata esset, generali aliqua appellatione insignita fuit hæc Hispaniæ pars. Diserte id testatur Polybius lib. III. pag. 265. versu ultimo. Idem quoque testatur Charax lib. III. rerum Græcarum apud Constantinum Imperatorem de administratione imperii cap. XXIV. Τὴν δὲ Ἱσπανίαν Ἕλληνες τὰ πρῶτα Ἰβηρίαν ἐκάλουν, οὔπω ξύμπαντος τοῦ ἔθνους τὴν προσηγορίαν μεμαθηκότες, ἀπὸ μέρους δὲ τῆς γῆς τὸ ἐπὶ πρὸς ποταμὸν Ἴβηρα· καὶ ἀπ' ἐκείνου ὀνομάζονται γῆν πᾶσαν κεκληκότες. Ὕστερον δέ φασιν αὐτὴν μετακεκλῆσθαι Σπανίαν. Sic emendandus ille locus, qui in editis conspurcatissimus est. *Vossius.*

V. 28. Εἶτα ἐμπόριον πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα] Inter voces ἐμπόριον & πόλιν non pauca deesse videntur, quibus Scylax ab Gadibus reversus ad Internum mare progressus est ad πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον. Itaque separari eæ voces per notam intercedentis lacunæ oportuit, non mutari, ut Vossio placet. *Gronov.*

P. 2 v. 15. Μίγδες Λιγύες] Tempore Polybii quidem huc usque Ligures extenderant dominium suum. Sed dubito, an id pertineat ad ætatem Scylacis, qui utique infra agnoscit Etruscos etiamnum ultra Apenninum versus Adriaticum mare porrectos, quales

eos

eos Polybius non suo tempore, sed longe ante agnovit. Itaque literæ ipsæ, prout Hœschelius edidit, quater offerunt non Ἀγιν, sed Ἀλπιν, sive ita vocaverit extremum maritimarum Alpium, sive ipsum Albium Intemelium. *Gronovius.*

P. 3. v. 14. Λατίνων δὲ ἔχονται Ὀλσοὶ] Lege Ὀλσκοὶ, ut jam alii observarunt. *Voss.* ----Scilicet Ὀλσοὶ non potuerunt ab Scylace pronuntiari, qui ab Latinis *Volsci*, quum *marceo* Latini potuerint enuntiare Græcum μαραίνω, & *erit* iidem modo dixerint *escit*, modo *esit*. *Gronovius.*

V. 31. Ἡ δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτὴ] Hæc verba, quia non intelligeret, delebat Cluverius. Nobis certum est, ἀκτὴν hic significare peninsulam, sive terram, quæ utrinque mari alluitur, ut est Lucania, atque Attica; quam ἀκτὴν dictam primò, apud Stephanum Apollodorus docet, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς κατατείνεσθαι εἰς θάλασσαν. Attica igitur, quoniam erat ἀκτὴ, sive peninsula, *Attica* appellata est. Sic ἀκτῆς vocem Scylax sæpe usurpat. Infra, ubi Hermæum promontorium describit, inquit, ἔστι δὲ ἀκτὴ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι. Nullus enim esset verborum horum sensus, ni hic ἀκτὴ pro *peninsula* sumatur. Herodotus quoque Melpomene binas Asiæ peninsulas ἀκτὰς appellat, quamvis totus ille locus pessime habitus sit ab interpretibus. Unius peninsulæ bina crura sunt hæc. Unum est, quod à Phaside usque Sigeum excurrit: alterum, quod à Sigeo, sive Mariandynum sinu, Phœnicen usque protenditur; eaque est Asia minor. Hoc enim pacto Herodoti verba emendanda: ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μαριανδυνῶν κόλπου, μέχρι τῆς πρὸς Φοινίκην κειμένης, τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριοπίου ἄκρης. Ineptum est, quod vulgo legitur. Alteram peninsulam faciunt sinus Persicus, & Arabicus; nimirum Arabiam. Paulo post Libyam similiter ἀκτὴν appellat, quod sit περίῤῥυτος, præterquam ubi Asiæ jungitur. Libya igitur est ἀκτὴ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι. Scylax pag. 55. lin. 11. Hesychius: ἀκτὴ ἐπὶ πετρώδους ἐν τῷ ἐξέχοντι μέρει τοῦ αἰγιαλοῦ. Inde patet, non peninsulas tantum, sed etiam quævis promontoria ita appellari. Sane Apollonius Rhodius Acherusium promontorium ἀκτὴν appellat. Item Nicandri est apud Stephanum: Κωπαΐδος πέρης ἀκτῆς. Et Hesychii: Κωλιὰς, ἀκτὴ εἰς θάλασσαν ἐξέχουσα, ἢ ἴσως διὰ τῷ κώλῳ ἐμφερὴς εἶναι. Et sexcenta hujusmodi. At apud Dicæarchum ἀκτὴ aliud est. Pro *amœniis* namque utitur hoc vocabulo. Versus sunt Posidippi de Platæis:

Ναοὶ δύο εἰσὶ, καὶ στοὰ, καὶ τοὔνομα,
Καὶ τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ Σαράμβου κλέος.
Τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ, τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις.

Vulgo postremus ille versiculus pessime sic legitur,

Τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ, τοῖς δὲ ἐλευθέροις πόλις.

Quorum verborum ſenſus eſt nullus. Ακτὴν hic accipe pro *amœniis*. Gloſſæ ἀκταὶ, *amœnia*. Senſus vero horum verborum eſt, urbem non eſſe, quod vacua, & incolis deſtituta ſit, maximaque parte ex amœniis conſtet. Ubi vero Eleutheria celebrantur, quia magnus tum hominum ibi fit concurſus, fieri urbem. Eleutheria namque quoque quinquennio Platæis agitabantur; ut à veterum plurimis traditum eſt. Sed vocem ἀκτῆς potius hic accipe pro ſecreto, & abdito loco; ut explicat Cl. Salmaſius. Non enim putat Latinum eſſe *amœnia*, de locis ſine mœnibus. Neque Græcos unquam hoc ſenſu uſos eo verbo. Vel pro *amœnia* in illis Gloſſis ſcribendum, *amœna:* vel certe, hoc *amœne*, & *amœnum*, dixiſſe veteres, ut *hilare* & *hilarum*, *acre* & *acrum*. Sed *amœna*, vel *amœnia*, Græcis ἀκτὰς vocari, ſecretorum littorum receſſus, in quibus ἀπόψει maris fruebantur, ac epulabantur ut plurimum voluptarii homines: quod ἀκτάζειν dicebant; unde proverbium, σήμερον ἀκτάζομεν, *Cras in littore epulabimur, & genio indulgebimus.* Cujus meminit Plutarchus. *Actas* Latinos vocaſſe has littorum amœnitates, Servius annotavit ad Æneid. v. ad hunc verſum; *At procul in ſola ſecreta Troades acta.* Idem confirmat Gloſſarium; *Acta, littora amœna.* Hinc *actare*, conſiſtere in littore, ἀκτάζειν. Neque hoc tantum capitur de littoralibus locis; ſed etiam aliis, quamvis ſint mediterranei. Locupletiſſimus eſt teſtis Heſychius: Οἶδε δὲ καὶ ἄλλο τι ἡ συνήθεια, καλουμένων ἀκτῶν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος οἶμαι τοῖς πλοιζομένοις λαμβάνουσι. Εκεῖνοι τε γὰρ εἰς τοὺς τοιούτους τῶν τόπων ἀποβάντες ἑστιῶνται· αὕτη τε τοὺς ἐπ' εὐωχίαις ἀφωρισμένους τόπους ἀκτὰς καλεῖ, κἂν τύχωσι μὴ παραθαλάσσιοι ὄντες. Ita lege. Sic itaque capienda eſt vox ἀκτὴ apud Dicæarchum. Nam Platææ urbs in mediterraneis eſt. Latini *littora* vocant locos ſolitarios, & deſertos. Cicero de Quincto fratre: *Non homo, ſed littus, atque aër, & ſolitudo mera.* Ita quoque intelligendus locus ille Petronii: *Nec diu tamen lachrymis indulſi: ſed veritus, ne Menelaus etiam anteſcholanus inter cætera mala ſolum me in diverſorio inveniret; collegi ſarcinulas, locumque ſecretum, & proximum littori, mœſtus conduxi.* Nihil certius. *Voſſius.*

P. 4. v. 2. Πανδοσία, Πλατειεῖς] Certe Cluverius, quum legit Πανδοσία Πλαταιέων, coloniam fingit, quam nullam prorſus fuiſſe non potuit ignorare, etiam ipſe qui Cluverium citandum judicavit, Voſſius. Platæenſes ex media Bœotia coloniam duxerunt in Italiæ Lucaniam? Ordo quo in enumerando utitur Scylax, literæ, prout edidit Hœſchelius, clamant auctorem ſcripſiſſe Πανδοσία, Κλαμπετία. *Gronov.*

V. 21. Πόλις Μεγαρὶς ἐπὶ Συράκουσῃ] Scribe πόλις μεγάλη ἐπὶ Συράκουσῃ. *Gronov.*

P. 5.

P.5.v.28. Βορεοντῖνοι, Πευκετιεῖς] Cluverii *Frentanos*, quos reponendos censuit, missos facimus. Nam Scylax nunc non memorat gentes in ipsa propria & arcte sumpta Daunia habitantes, sed generatim intermiscet aliquid de universa magna Græcia. Ut hæc non de gentibus, urbibus & portubus illic positis, sed dialectis linguarumque differentiis per omnem illum tractum sint accipienda. Itaque clare ait auctor εἶναι γλώσσας ἤτοι στόματα πέντε, non populos. Nec minus id elucet ex vocabulo Ὀπικοὶ, quos nusquam & nunquam in Daunia regione reperiemus. Scilicet Priscorum Latinorum propriam fuisse linguam docet Festus in v. *Affratum*. Rursum Sabinos & Magnam Græciam Livius I, 18. vocat gentes sermone dissonas. Item Oscam fuisse Samnitium linguam testatur idem 10, 20. Brutates bilingues etiam dictos ab Ennio Festus ait, quod Brutii & Osce & Græce loquerentur. Etiam Tarentinorum, Rheginorum ac Mesapiorum verba occurrunt in Etymologico. Sed neque si Φρεντανοὶ admittimus, hæc verba solis Dauniæ limitibus contineri queunt. Etenim hos quinque populos ait à Tyrrheno ad Superum mare pertinere. Id non potest esse Daunia. Quare est hoc velut ἐπιμέτρημα totius de majore Græcia sermonis: & sicut Πευκετιεῖς, quos perperam in Πικέντινοι mutat Cluverius, nomen gentile est intra majorem Græciam; ita per Βορεοντῖνοι similiter intelligere videtur populum tunc inter præcipuos ejus plagæ celebrem. Huic nihil propius substitui potest præter Βρεντεσῖνοι. Brundisium enim illic est antiquissima urbs, & sub isto nomine comprehenduntur Calabri. Λατέρνοι item qui hic dicuntur, nulli sunt, nisi mutatis literis eosdem putes, quos Λατερνίους appellat Strabo lib. VI. pag. 281, prout regionem Λατερνίαν; pro quo Λατέρνιος & Λατερνία dixerat Stephanus in v. Αυλωνία. ut non passus fuit perire ea verba illic accuratissimus Berkelius. Λατερνίαν quoque vocavit Tzetzes citatus Cluverio lib, IV. Italiæ ant. p. 1271. Horum posteri sane habuerunt suam propriam & ab cæteris distinctam linguam. Porro in voce Δρίον, qua Garganum intelligi statuit Cluverius, nequit esse dubium, quin resideat Δρίων memoratus Straboni lib. VI. pag. 284. *Gronovius*.

P.6.v.10. Διήκουσι δὲ ἔτι] Ita in nota [quam vide ad imam paginæ VI partem] agit Vossius, quasi voculam καὶ aboleret, quam in Latinis tamen expressit: ubi vice versa vocem ἔξωθεν negligit, id quod facit ex imitatione Cluverii, quum in nota bene retineat. Sed sequentia satis docent Scylacem ita scripsisse, & quid intelligat. *Gronovius*.

V.17. Ἀπὸ πόλεως πόλεως] Cluverius, qui legit ἀπὸ πόλεως Ποσειδωνίας μέχρι Σιρίνης πόλεως, & Vossius, qui suasorem agit, violenti sunt.

Tu leges opinor mecum ἀπὸ Ποπλωνίου πόλεως *ab urbe Populonio*, satis nota, & eam ſignat, quia maxime inter urbes Etruſcas procurrit in mare Tyrrhenum. Utique de urbe Piſa demum ſequitur in Venetis. *Gronovius.*

V. 27. Επ' αὐτῆς ἀπὸ Πίσης] Quum Cluverius quæ reſtituit ſic vertat latine, *hujus autem litoris tractus eſt ad eos à Spina urbe unius diei iter*, debuit Voſſius animadvertere, quod vocem ὁπόθεν Cluverius in vertendo omittat. Porro nec ipſe Voſſius hujus vocis rationem habuit. Quid enim eſt illud *unde*, hoc eſt, vel à Venetis vel ab Eridano, & tamen à Spina urbe? an vero cauſæ redditio in ea reſidet? item unius diei iter dicit eſſe ad eos, ſcilicet Venetos. Ad quam partem Venetorum? non enim unus modo locus eorum erat. Et quidem mirabiliter eos extendit Scylax, dum poſt Venetos ponit ſtatim Iſtros. Immo manifeſtum eſt legi debere ἐπ' αὐτῆς Ακυλίης πόλεως. *Gronovius.*

P. 7. v. 1. Ενδιασκεύως] M. S. uterque ἐνδιασκεδνῶς, teſte Hœſchelio, pro quo Voſſius malit πεντεστόμως. & dein addit: *Veteres enim credidere, altero ſeſe oſtio Danubium in mare Adriaticum exonerare: quod nemo neſcit, qui* Αργοναυτικῶν *Apollonii legerit. Pomponius lib. II. cap. III.* Amnes autem, Æas, & Naro, & alius ab eo, qui jam dictus eſt Iſter. *Sic repoſuit Pintianus, quum ante legebatur*, & Danubius qui dictus eſt Iſter. *Atqui nemo veterum dixit, eſſe Iſtrum hoc loco, qui ſit diverſus ab illo altero Iſtro: ſolum dicunt, ex eo fluere, vel negant prorſus eſſe hoc loco Iſtrum, qui Iſtriam dividat. Sic igitur reſcribe*, ex Danubio, qui jam dictus eſt, Iſter. *Loquitur enim juxta falſam veterum opinionem.* ---- An hoc eſt emendare, ſi pro una voce ἐνδιασκεδνῶς ſcribas πεντεστόμως, ὡς Νεῖλος? Nonne melius Scylaci ſatisfactum ſi afferam ἐν Δτα σχεδίῃ ὡς? Sic enim ſcriptum fuit, quum ſignificaretur ἐν Δέλτα σχεδίῃ in literæ Delta habitu, prout contingit ad Ægyptum. Id autem fieri nequit, niſi diviſio fiat alvei in oſtia. Sententiam in loco Melæ vides, quam avide retinuerit, ut tota ætate circumgeſtaverit, quum ſit inanis omnino præ illo, quod bene legitur in MSS. prout ipſe citat; de quo alias. *Gronov.* ---- Holſtenius, cujus verſionis particulam exhibet Joannes Lucius de Regno Dalmatiæ & Croatiæ, reddit, *exit autem hic fluvius ad Pontum, fronte quaſi ad Ægyptum converſa.*

V. 8. Λιὰς, Ιδιασσα] Certe hæc omnia ſunt corruptiſſima, ut liceat circumſpicere opem. Quam valde dubito an afferat iſtud Ιλλυρίας μέρος? Quomodo enim ſic intelligetur Liburnorum urbs? Nec tamen occurrit commodius. Ninia urbs recenſetur Straboni, ſed non in principio Liburniæ. Itaque ſequentia Ιδιασσα, Ατλιανιτης videntur confuſa eſſe pro Δαρσιάτηνοι, Σενίτης, pro quibus in Plinio

nio ex Ptolemæo leguntur *Tarsatica, Senia*; sic in eodem Plinio dicuntur *Hymani*, quos Scylax Ἡμίονοι, & qui huic Πεδῆται, ipse ex Callimacho Peucetias agnoscit. *Gronov.* ---- Quamvis Holstenius pro *Lias, Idassa*, Scylacis urbibus, ab aliis antiquis auctoribus non nominatis, *Iadram*, notissimam Liburnorum civitatem, in sua versione recte reposuerit; tamen cum Scylacem multa alia locorum nomina, quæ apud reliquos auctores non reperiuntur, usurpare constet; ideo fortasse *Idassa* antiquissimum Liburnicum nomen civitatis erat, in *Iadram* tandem mutatum. *Lucius.*

V. 14. Κατὰ ταύτην τὴν χώραν] Hic verba aliqua transposita videntur, nam ubi de insulis refert illa verba, εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι ἀνώνυμοι πολλαί, ponenda videntur post αὗται δὲ αἱ νῆσοι εἰσὶ μεγάλαι, ita ut rectus sensus esse debeat juxta Holstenii emendationem & interpretationem, *Insulæ huic regioni objacent, quarum quidem nomina recensere possum, sunt enim Absyrtis insula stadiorum* CCCX. *lata autem* CXX. *Electrides, Istria, Mentorides, hæ autem insulæ magnæ sunt, & aliæ multæ, * juxta est Arbatis fluvius; navigatio juxta Liburnorum regionem bidui est. Lucius.*

V. 18. Κλείτρει Λιτρία] Literis transpositis videtur esse Κυρίττικα. *Gronov.*

V. 19. Μεντορίδες] Insularum Mentoridum, quod sciam, nemo meminit. Mentores hic describit Periplus, qui falso Marciano Heracleotæ attribuitur:

Ὑπὲρ δὲ τούτους Ισμῆνοι, καὶ Μέντορες.

Stephanus: Μέντορες, ἔθνος περὶ τοῖς Λιβύρνοις. Vide quoque Aristotelem libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. *Vossius.*

P.8.v.2. Κατοικοῦσι δὲ Χερρόνησον &c.] Hæc admodum corrupta sunt. In codice Hervurtii aliquanto melius erat scriptum, sic nimirum: Κατοικοῦσι δ. χ. ο. ε. τ. Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ Χερρονήσου παραστόνιον ὀρθὸν [ἴσ. παρὰ τὸ vel παραιτόνιον] ταύτην παροικοῦσι, Βουλινοὶ δέ. Sed quid illud παραστόνιον ὀρθὸν? forte ita legendus est totus hic locus: κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παρὰ τὴν πόλιν Ορτοπλαν ταύτην παροικοῦσι Βουλινοί· Βουλινοὶ δ᾽ εἰσίν, &c. minime tamen hic mihi sufficio. Sane, quæ hic Scylax narrat, eadem quoque Scymnus Chius tradit. Vide Stephanum de Chersoneso Hyllica, & Eustath. in Dionysium; quorum verba tam inepte quidam intellexerunt, ut Chersonesum Hyllicam, & Hystricam, eandem putarint. *Vossius.* ---- Advocatio urbis Ortoplæ parum commoda, quum ab Plinio & Ptolemæo jungatur Lopsicæ Liburnicæ. Habes omnia emendata ex codice illo Herwarti, Κατοικοῦσι δὲ χερρόνησον ὀλίγῳ ἐλάσσω τῆς Πελοποννήσου. Ἀπὸ δὲ χερρονήσου παρὰ τὸν ὄχθον ταύτην παροικοῦσι Βουλινοί· *Post Chersonesum*

præter

præter oram illic inhabitant Bulini, ut reperitur ista vox in MS. codice. *Gronov.* ---- Locum misere depravatum sic vertit Holstenius: *Sunt autem barbari, habitantque peninsulam paulo minorem Peloponneso: post peninsulam littus directum accolunt.*

V. 9. ΝΕΣΤΟΙ] Nestus est urbs. Hujus ἐθνικὸν Stephano est Νέστιος. Nec tamen Scylacem puto scripsisse Νέστιοι, sed Νεσταῖοι. Idque auctoritate Scholiorum in Apollonium, ubi hic locus ex Scylace citatur. Τοὺς Νεσταίους Σκύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. Ἀπὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν κόλπον Μάνιον. Καὶ Ἐρατοσθένης ἐν γ' γεωγραφουμένων φησί, μετὰ Ἰλλυριοὺς Νεσταῖοι. Sic legendum. *Vossius.*

V. 26. Καὶ ἐρρέχει] Forsan in verbo ἐρρέχει residet origo τῆς ῥαχίας, tum aliis, tum Polybio memoratæ lib. 1. cap. 37. ut innuat insulam hanc circa promontorii oras pati vehementes ferventesque maris æstus. Illud *abesse* enim non intelligo. *Gronov.* ---- In versione sua Holstenius aliquid post verba Ἐλλωίδες αἱ πόλεις & Κέρκυρα ἡ μέλαινα notis asterisci deesse significat: & verba καὶ ἐρρέχει περὶ τὸ ἀκρωτήριον νῆσος αὕτη τῆς παραλίας χώρας σφόδρα, (quæ Vossius in sua versione agnovit) cum cuinam insulæ adaptari possint non constet, plane omisit. Eadem vero transponendo, & insulæ Pharo adaptando, aliqualiter sensus percipi potest, hoc modo: *antequam vero ad Naronem fluvium perveneris, ampla regio in mare procurrit, atque insula littori vicina nomine Melita, tum alia huic vicina Corcyra nigra vocatur; à Melita abest stadiis* XX, *à maritima regione stadiis* VIII. & *plurimum abest promontorio suo (Pharus) insula à maritima isthac regione, altero vero promontorio pertingit ad Naronem fluvium. Lucius.*

P. 9. v. 5. Τελμῆρς] In editione Hœschelii τελμεας, per jotacismum (inquit Gronovius) orta confusione ex τριήρης. Cur τελμῆρεις ediderit Vossius, aliorum conjecturis relinquo.

P. 10. v. 2. Κατ' ἀντίον] Si de Salmasii emendatione [κατ' Οἰδάντιον] dixero solam emendatoris auctoritatem ei fidem facere, à vero non aberrabo. Nam cum antea de Oedantio mentionem non fecerit Scylax, haud convenit, ut in designando Dyrrhachii situ eam urbem dixerit è regione Oedantii, de qua nihil dixerat, & cujus Stephanus solus meminit, nec addit an ad mare, an in mediterraneo sita fuerit. Sed cum periplum scribat Scylax, oportet eam fuisse ad mare sitam: at si opposita Dyrrhachio ad mare fuisset, vel in littore Italiæ fuit (& de Italia eo loco non agitur) vel in sinu ad os Drilonis prope Lissum. Sed mirum foret, de ea nullam fecisse Cæsarem mentionem, nec alios qui de eo bello scripserunt, cum de Lisso, Acrolisso, Nymphæo in eo littore meminerint. Itaque mallem lectionem vulgatam manere, quæ nihil habeat absurdi, imo cum locorum situ bene conveniat. Nam

à

à Buthoa urbe in Illyrico littore mare flexum incipit, & versus orientem, magno sinu facto in terras se insinuat, tum recepto Drilone fluvio, paulatim ad occidentem littus recurrit, usque ad promontorium & peninsulam, ubi sita erat Dyrrhachium, & ideo tanta emergit differentia inter maritimum iter rectum, quod brevius, & terrestre, quod per magnum circuitum fiebat ob littoris flexum. Ergo solo mari intercedente Buthoa Dyrrhachium spectabat, & erat ex adverso, illa ad septentrionem, hæc ad meridiem, & sic non male Scylax dixit κατ' ἀντίον. *Palmerius.* -----Merito κατ' Οἰδάντιον rejicit vir doctus, quum Scylacis mos sit ubique adversativam ponere statim post præpositionem, ante substantivum. Id ab illis nunc invertitur in hoc uno exemplo. In v. Ἑρμιὼν dicit κατ' ἀντικρὺ δ' αὐτοῦ: in v. Καρχηδὼν scribit κατ' ἐναντίον αὐτῶν. Sed Palmeriana relinquens aliter existimo Scylacem agere. Nam quum Illyrii distincti sint in varios populos, quorum nonnullos infra quoque nominat, etsi loco multum scrupuloso, videtur hic etiam appellasse populum, in cujus finibus sita est Epidamnus. Sane erit hæc ratio non paulo probatior. Lego igitur: Ταυλάντιοι δ' ἐστὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ptolemæus Ταυλαντίων Δυῤῥάχιον. Hinc Euphorion conjungit Ἄστεα Δυῤῥαχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων, apud Stephanum in Δυῤῥάχιον, à quo & ex Eratosthene citatur ἐχέμβροι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι. *Gronov.* -----Ταυλάντιοι legendum esse vidit Holstenius, ut constat ex *J. Lucio* de Regno Dalmatiæ, p. 13.

V. 5. Ὧ ὄνομα Πάλαιμνος] Forsan legi debet, ᾧ ὄνομα πόλις Αἶψος. *Gronov.*

V. 10. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας] Vir eximius sic transtulit ultima verba: *ab Orico civitate Oriciæ, quæ intra Ionium sita est, ad mare stadia sunt LXXX. ad Amantiam vero stadia LX.* Quæ translatio cum rei veritate pugnat; nam certissimum est Oricum civitatem sitam fuisse ad ipsum maris littus, ut patet ex Cæsare *Civil.* 3. ubi de Cn. Pompeio Oricum expugnare tentante, sic ait: *tres cohortes Orici tuendi causa reliquit* (Cæsar,) *iisque custodiam longarum navium tradidit . . . . huic officio præerat oppidoque Acilius legatus: is naves nostras in interiorem partem post oppidum reduxit . . . . quibus rebus cognitis Cn. Pompeii filius, qui classi Egyptiæ præerat, ad Oricum venit . . . . & reliquis partibus simul ex terra scalis & classe mœnia oppidi tentans.* Ex his Cæsaris verbis luce clarius est, Oricum non fuisse situm stadiis octuaginta à mari, sed ad ipsissimum littus. Ergo puto sic exprimi debere Scylacis verba: *ab Orico magis intra Ionium sinum, quam est Oricia regio, stadia* 80. *descendit in mare, ab Amantia vero* 60. Sed eos numeros non esse corruptos nollem asseverare, non enim conveniunt iis, quæ supra dixit eodem

dem loco, ſcilicet ab Apollonia ad Amantiam eſſe ſtadia 320. Nam Apollonia à mari diſtabat ſtadiis 50, ut ipſe Scylax nos docet, ad quod ſpatium ſi addas ſtadia ſexaginta, emerget numerus ſtadiorum 110. ab Amantia ad Apolloniam per circuitum & maris littus, quod ſuadet falſum eſſe numerum ſtadiorum 350, ſupra poſitum; vel vice verſa, ſi numerus 320 verus eſt, falſos eſſe alios neceſſe eſt. *Palmerius.* ----- Merito quidem Voſſiana deſerit vir egregius. Sed quæſo quis intelligit ipſius verba? Quid illud eſt, *quod ab Orico magis deſcendit ad mare?* utrum terra, an aqua? Utique enim Æas fluvius intelligi non poteſt; & inter Amantiam & Oricum alius fluvius Ptolemæo ponitur, nimirum Celydnus. Longe alia deſiderantur. Scribo: εἰς τὸ Ἰόνιον ἡ Ὀρεστιὰς καθήκει ἐς θάλατταν. *Ab Orico magis intra Ionium ſinum Oreſtias ad mare pertinet per ſtadia LXXX. Amantiæ vero ſtadia ſunt LX.* Omnis Geographia veritatem hujus conjecturæ probat. Et καθήκειν ἐς θάλατταν non uſurpat Scylax pro deſcendere in mare: ſed de latitudine, quam poſſident ad mare littorales regiones. Sic in Μολοττοί· καθήκουσι κατὰ μικρὸν ἐπὶ τὴν θάλατταν, *exiguum ſpatium ad mare poſſident.* Sic & de Arcadia. *Gronovius.*

V. 16. Τῆς δὲ Ἀμαντίας στάδια ξʹ.] Credo evanuiſſe literam numeralem σ. apud Scylacem, eumque ſcripſiſſe στάδια σξʹ. nam ſic quadraret numerus. *Palmerius* in Græcia Antiq. p. 170.

V. 17. Ἀγιντάνες] Apud Thucydidem [in Codd. al. non minus corrupte quam hîc loci] lib. II. legitur Ἀντιτάνες [pro Ἀτίντανες.] Horum regionem Ariſtoteles Ἀπτανίαν vocat in libello de mirabilibus. Legendum vero eſt Ἀτιντανίαν. Verum alibi in eodem libello multo corruptius legitur, ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ τῇ πλησίον κειμένῃ τῆς τῶν Ἀτλαντίνων χώρας, &c. Sed & hic pro Ἀτλαντίνων legendum eſſe Ἀτιντάνων, non dubitandum. *Voſſius.*

V. 18. Καὶ Καρίας, μέχρι Ηδωνίας ἐν τῇ Κασίδι] Locus eſt adeo corruptus, ut vix ſimilem in Scylace invenias. Quid enim hic facit Καρίας? quid Κασίδι? præterea an fidem meretur, Atintanas uſque Hedoniam Thraciæ extenſos fuiſſe? denique quid hic eſt Διὸς ὄνομα? Puto ſic reſtituendum eſſe totum hunc locum: Ἀπαντῶν ὅμοροι ἐν μεσογείᾳ Ἀτίντανες ὑπὲρ τῆς Ὠρικίας καὶ Χαονίας μέχρι Αἱμονίας ἐν τῇ Ἠπείρῳ χώρᾳ εἶναι λέγονται. ἐκ τούτου πεδίον ὀνομασμένον Ἐρυθεία. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται ἥκειν, καὶ τοὺς βοῦς βουκολεῖν. Plurimi enim ex veteribus arbitrati ſunt, Herculem non ex ea Erythia, quæ extra columnas Herculis, boves Geryonis abegiſſe; ſed ex Epiro. Et ſic certe ſentit Hecatæus, auctor antiquiſſimus; ut teſtis nobis eſt Arrianus lib II. p. 126. *Ed. Amſtel.* cui conſentit Euſtathius apud Homerum, verbis parum mutatis. Illuſtris de hac re locus eſt apud Ariſtotelem περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων: ubi inquit, in

in Ænianum regione, circa urbem Hypatam, inventam esse columnam, cum antiquissima hac inscriptione,

Ηρακλέυς τεμένει τε Κυθήρᾳ Περσεφαάσσᾳ
Τηδεγηύνας ἀγέλλω ἐλάων ἠδ' Ερύθειαν ἄγων.
Τὰς δ' ἐδάμασσε πόθῳ Πασιφάεσσα θεά.
Τῇδε δέ μοι τέκνῳ τῷ δ' εὐρύθοντι δάμαρτι
Νυμφογενὴς Ερύθη, δὴ τόδ' ἔδωκα πέδον
Μναμόσυνον φιλίας, φηγῷ ὑπὸ σκιερᾷ.

Quibus versibus ille statim subjicit, ex eo tempore locum illum in Epiro Erythum appellatum fuisse. Neque enim in Oceano usquam reperiri insulam Erythiam. Sed non possum hic præterire ea, quæ de desolatæ hujus inscriptionis emendatione & illustratione ad me scripsit vir illustris & incomparabilis Cl. Salmasius. Verba ejus ex literis excerpta hic apponam. Duæ, inquit, sunt inscriptiones, non una, & totidem quidem versibus constantes. Prima est Herculis, qui τέμενος, hoc est, certum agri spatium consecravit Φερσεφαάσσῃ, sive Proserpinæ, alias Cereris filiæ; hic vero Cytheres, hoc est Veneris, cum per illa loca transiret, abductas boves ex Erythia Epirotica ducens. Hunc eundem Herculem amore illius Φερσεφαάσσης captum fuisse, eadem inscriptio declarat. Jam verba ipsa constituamus, quæ depravatissima sunt in omnibus editis:

Ηρακλέης τεμένιζε Κυθήρας Φερσεφαάσσῃ,
Τῇδ' ἀγέλλω ἐλάων, ἐκ δ' Ερύθης ἀνάγων,
Τὸν δ' ἐδάμασσε πόθῳ Φερσεφάεσσα θεά.

Potest & legi, ut vulgatum est, Πασιφάεσσα, ut eadem sit ἐπιθετικῶς, quæ Φερσεφάεσσα, *Proserpina omniluca*. Melius tamen Φερσεφάεσσα. Ea est, quæ & Περσέφασσα, aut Φερσέφαττα, & Περσεφόνη, Latinis Proserpina, Cereris filia. Hic dicitur Cytheres filia, id est, Veneris. Certe Venerem & Lunam, eandem esse deam, plerique veterum tradiderunt; & Lunam, & Cererem eandem. Hercules autem in hac inscriptione Proserpinæ amore captus traditur; quem & fabulæ eundem cum Dite patre volunt esse. Raptum vero Proserpinæ etiam in Epiro contigisse quidam scripsere, à rege quodam Molotto, quem Αἰδωνέα appellarunt. Scripsimus, ἐκ δ' Ερύθης ἀνάγων, vel ἀπάγων. Quæ indubitata est emendatio. Non enim in Erytheam duxit armenta Hercules; sed ex Erythea abduxit, sive Epiroticam velis, sive malis illam ultra Gades. Ερύθη pro Ερύθεια tralaticium est; ut Πηνελόπη, Πηνελόπεια, Κυθήρη, Κυθήρεια. Ηρακλέης autem τεμενίζειν dicitur Persephaessæ, qui dat & assignat illi τέμενος. Quod verbum hoc sensu tralaticium, & aliquot locis

 mihi

mihi lectum. Sequitur altera inscriptio, quæ nihil pertinet ad priorem. Erythe νυμφογένης, unde nomen, ut videtur, nactus est ille Epiri locus, consecravit marito, natoque, locum arboribus consitum: mortuis nempe, qui ipsorum monumento cederet, ut mos fuit veterum. Verba ipsa ita mihi videntur constituenda:

Τηλεδάμῳ τέκνῳ καὶ Εὐρύτῳ ἣ δάμαρ αὐτοῦ
Νυμφογένης Ερύθη δὴ τόδ' ἔθηκα πέδον
Μνημόσυνον φιλίας, φηγῷ ὑποσκιερόν.

Ex τῇδε δέ μοι, fecimus Τηλεδάμῳ, quod est nomen proprium filii Erythes, Nunquam cuiquam, nisi nominatim appellato, istiusmodi consecrationes fieri solitæ. De Euryto fateor esse divinationem, sive Εὐρύθῳ magis placeat, sive Εἰρύθῳ, ut idem nomen habuerit maritus ac conjux; quia fortasse ex eodem patre, ut illo seculo non inusitatum. Εἴρυθος autem pro Ερυθος, ut εἵελον poëtice pro ἕελον. Conjugem esse, quæ marito dedicat hoc monumentum cum agri spatio adjuncto, manifestum est. Falsum igitur quod editum est, ἤδε δάμαρτι. Correximus etiam φηγῷ ὑποσκιερόν, pro φηγῷ ὑπὸ σκιερῷ, ita sententia postulante. Ineptum quippe esset πέδον dedicare, quod totum tegeretur umbra fagi. At per φηγῷ ὑποσκιερὸν πέδον intelligit fagis consitum & inumbratum, ἢ ἄλσος. Hactenus Salmasius. *Vossius.* ---- Quæ præcedunt Αἱμονίας satis feliciter emendavit vir eruditissimus. Sed in illa voce & sequentibus non satis apte videtur legisse. nequaquam enim convenit quod Æmoniam partem Estiotidis faciat, cum sub nomine Æmoniæ antiquo tota Thessalia comprehendi soleat, & potius dicendum foret Εσιώτιδος ἐν τῇ Αἱμονίᾳ· tum addit duas voces, quarum in eo loco nullum est vestigium, nempe ἐκ τούτου. Præterea cum ex loco Arriani probet Ερυθείαν fuisse in Epiro circa Ambraciam, tamen per hanc mutationem eam transferre videtur circa Estiotidem Thessaliæ. Hæc me cogunt doctissimi viri, & nunquam mihi sine honore nominandi, emendationem in hac parte non admittere: sed minima mutatione sic legere, ὑπὲρ τῆς Ωρικίας καὶ Χαονίας μέχρι Δωδωνίας. Ibi pono punctum: deinde ἐν τῇ Κάστιδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον ὄνομα Ερυθεῖα. Et credo de voce Δωδωνία omnes manus daturos, nam Chaoniam Dodonia sequitur in Molosside, vel etiam Chaoniæ latius sumptæ pars erat, & ut ab Orico Oriciam regionem nominavit Scylax, sic à Dodone celebriorem multo Dodoniam fecit. De Castide nihil est, quod dicam; ejus enim seu regiunculæ seu loci alibi quod sciam non fit mentio. Sed ideo non est forte exterminanda ex hoc loco ea vox. Nam quot loca, quot regiunculæ fuerunt, quarum auctores, qui ad nos usque pervenerunt, vel semel vel nunquam fecerunt

runt

runt mentionem? Ideo donec aliunde lux affulgeat, nihil mutandum in ea voce putarem, si mei arbitrii res foret. De eo judicabis erudite lector. *Palmer.* ---- Vide eundem in Græcia Antiqua, l.2.c.2.p.247. ---- Pro ἐν Κάσιδι χώρᾳ lege minima conversione Κεσρίδι, quæ prorsus plena ingenii & eruditionis emendatio debetur Luc. Holstenio, viro in studiis his præcipuo. Hunc enim locum ab eo in ejus notulis ad Stephanum pag. 327. innui puto, quem vere vocat vexatissimum. Recte autem hic doctissimus vir distinctionem ponit ante voculam ἐν: quæ à Vossio vel imprudenter vel de industria deleta, quum Hœschelius eandem servasset post verbum εἶναι, male translatam. *Gronovius.* In versione Holstenii apud J. Lucium de Regno Dalmatiæ sic se habent verba Scylacis: *omnibus hisce gentibus in mediterraneis contermini sunt Atintanes, supra Oriciam & Chaoniam, usque ad Edoniam. In Chaonia regione exigua quædam insula esse fertur, nomine Erythia. Huc Geryonem venisse* &c.

P. 11. v. 27. Ἐντοῦθεν ἐστὶ λιμὴν ᾧ ὄνομα Ἐλαιδ.] Puto, scribendum, Ἐλαια ex Ptolemæo. Unde Ἐλαιάτις χώρα apud Thucydidem. Alii videntur hunc portum appellare λιμένα γλυκύν. Confundit vero hunc Vir maximus ad Strabonem cum palude Acherusia. Sed male, quod è Scylace manifestum fit. Acheron enim prius in paludem Acherusiam defluit: quæ & inde nomen accepit. Inde vero in portum dulcem devehitur, marique miscetur. Ita enim Thucydidis verba capienda. *Voss.* ---- Magis cum Ptolemæo consentiret qui legeret Γλυκ........ & suppleret Γλυκὺν λιμένα. Nam sic credo scripsisse Scylacem. Portus qui fuit in effluxu Acherontis, ubi Acherusius lacus in mare se exonerat, à Strabone, l. 7. dicitur Γλυκὺς λιμήν. An distinguendus sit ille portus à lacu, an vero cum illo continuetur, non liquet ex antiquis. Is. Vossius [supra] Casaubonum reprehendit ex hoc loco Scylacis, quod in notis ad Strabonem confundit Acherusium lacum cum Dulci portu. Sed ex Thucydide potius mihi videtur intelligendus Scylax: locus enim Scylacis est corruptus, at ex eo male intellecto quidam in ipsa scaturigine Acherontis lacum ponunt: & quando ait, *in hunc lacum exit Acheron fluvius & lacus Acherusius*, videtur continuare portum cum lacu, cujus aquas secum egerit Acheron, & sic non male, ut mihi videtur, Casaubonus. *Palmer.* in Græc. Antiq. l. 2. c. 5.

P. 12. v. 9. ΜΟΛΟΤΤΟΙ] Alter codex habebat Μολοττία: utrumq; recte. Latini *Molossiam* vocant. Fallitur autem Vir maximus Carolus Sigonius, quod *Molosos* scribere conetur pro *Molossos* apud Livium; ut recte in omnibus codicibus legebatur: eo scilicet quod sic in vitioso Stephani codice foret scriptum. *Voss.*

V. 21. Εντεῦθεν ἄρχεται ἡ Ελλὰς συνεχής] Ipſiſſima exſtant apud Dicæarchum. *Voſſ.*

V. 24. Παράπλους δὲ τῆς Αμβρακίας] Paulo ſupra Ambraciæ nomen pro urbe ſumit, hîc pro tota regione Ambraciæ ſubdita. Similiter & apud Etymologicum: Αμβρακία πόλις Ηπείρου, ἀφ' ἧς ἐκλήθη Αμβρακία ἡ χώρα. *Palmerius* in Græc. Antiq. lib. 2. cap. 7. pag. 300. &c.

V. 27. Μετὰ δὲ Αμβρακίαν Αργος.] Hîc Scylacis ordo confuſus ſatis & ſine ordine. Nam primo ponit Argos Amphilochicum, primam quæ occurrit urbem in Acarnania, quæ tamen ab aliis Ætoliæ accenſetur. Sed id fieri poterat, ſi à ſeptentrionali parte Acarnaniæ inciperet. Sed inde ſtatim ad mare exterum & meridiem recurrit, & de Euripo loquitur, qui nullus alius eſſe poteſt, quam os ſinus Ambraciæ, longe ab Argis Amphilochicis. Sed is error Scylacis; cætera exſcriptorum. Corrupta & male diſtincta ſic reſtituo: καὶ ἱερὸν ἐν τῷ Ακτίῳ, καὶ ἔσω τοῦ Ανακτορίου κόλπου Ανακτόριον, καὶ λιμὴν ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκάς. Εἴσω pro ἔξω reponi debere conſtat ex aliis auctoribus, qui dicunt Anactorium urbem fuiſſe interius ad ſinum ſitam: tum etiam ex hoc loco colligi poteſt; nam ſi Anactorium fuiſſet extra ſinum ad littus maris exteri ſitum, ab eo male denominaſſet eum Scylax Anactoricum. Vide *Palmerii* Græc. Antiq. p. 370, 371, 377. ---- Recte profecto vir doctiſſimus ita appellat, licet taceat prior editor. At mihi nec præcedens Euripus ille Acarnaniæ uſpiam apparet. Et difficile probatu erit, id ſacrarium tempore Scylacis illic jam fuiſſe. Imo locus Actii poſterioris videtur notari in illis λιμὴν ἀκτή. Itaque legere tentabam; καὶ Εχῖνος, καὶ Θύρειον ἐν τῷ Ιονίῳ. Notum utrumque oppidum Stephano in Acarnania. *Gronovius.*

P. 13. v. 6. Αὕτη ἀνέχει ἐπὶ] Cl. Salmaſius [Exercit. Plin. p. 503.] ſic hunc locum emendavit. Αὕτη ἀνέχει ἐπὶ τὸν Λευκάταν, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον πόῤῥω δὲ τῆς θαλάττης αὕτη ἡ πόλις ἦν τὸ πρὶν καὶ Επιλευκάδιοι ἐπωνομάζοντο. *Voſſius.* An non potius? αὕτη ὄνομα ἔχει ἐπὶ τοῦ Λευκάτα, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον Κριθωτὴ ἐν τῇ θαλάττῃ. Crithoten hanc videbis notam Geographis, ut ἄκραν Ακαρνανίας. *Gron.* ---- In emendatione Voſſiana aliquid mihi deſiderari videtur, nam ſibimet contradicunt verba. Si enim ipſa urbs erigitur in Leucatam promontorium, quomodo dicitur, fuiſſe longe à mari? Itaque pro αὕτη ἀνέχει legerem libenter ἀκτὴ ἀνέχει, minima mutatione & optimo ſenſu. *Palmer.* in Gr. Antiq. l. 3. c. 10. p. 405, 406.

V. 10. Σπουδάζοντες] Sic edidit Voſſius, at Hœſchelius exhibuit στασιάσαντες, quod reponi debet. *Gronov.*

V. 13. Αὕτη δ' ἐστὶ νῦν νῆσος] Thucydidis ætate peninſula etiamnum erat Leucadia. Scylacis autem tempore, aut non multo ante,

te, videtur hic isthmus perfossus fuisse. Postea rursus obstructæ sunt humo istæ angustiæ. Plinius lib. IV. cap. I. *Leucadia peninsula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa à continenti, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium, qui locus vocatur Dioryctos stadiorum longitudine trium.* Ipse tamen Plinius lib. II. cap. XC. adversari sibi videtur, cum inquit, *mare perrupisse Leucada*: cum hic tamen dicat, opere accolarum abscissam esse à continenti. Sed bis puto redditum esse continenti. Nam Livius lib. XLIII. (si prior pars hujus libri Livio adscribenda sit) diserte testatur, belli Philippici tempore peninsulam fuisse. *Leucadia nunc insula est, vadoso freto, quod perfossum manu, ab Acarnania divisa. Tum peninsula, & ab occidente regioni arctis faucibus cohærens.* Sic scribendum. Tempore Livii, & Strabonis, & etiam aliquanto antea, constat, insulam fuisse. Postea vero rursum continenti annexa est. Nec enim aliter Plinius sibi constat. *Vossius.*

V. 26. Παράπλους δὲ Ἀκαρνανίας] Noctes sæpissime sub diebus comprehenduntur à Scylace, ut & hic. Nam alii duorum dierum & noctium præternavigationem Acarnaniæ taxant, ut Dicæarchus. *Voss.*

P. 14. v. 6. Μύκαρνα] Ἀλίκυρνα vel Ἀλύκαρνα cum Salmasio emendat Holstenius ad Steph. p. 26. ----- Ἀλίκυρνα meminit Stephanus, sed ut pagi & in Acarnania siti; quæ descriptio hinc alienior. & certe Μακυνία vel Μακυνὴ fuit hic urbs, unde ethnicum Μακυνεὺς, ut jubent appellare eam viri docti, quum Stephani editiones interponant literam ρ, quæ aliis potuit omissa, aliis retenta fuisse, certe ad hanc Scylaceam Μύκαρνα valde appropinquat. *Gronov.* Ad objectionem Gronovii contra Salmasii emendationem dicit Berkelius: *Urbes Acarnaniæ & Ætoliæ à scriptoribus sæpenumero confunduntur, ut optime norunt, qui in Geographicis parum versati sunt.*

V. 19. Εὔανθις] Lege Οἰάνθεις, est enim urbs Locrorum Ozolarum ad mare sita, de qua Thucydides, Scylax, Plinius, Pausanias, Mela, &c. Ptolemæus quidem, & Tabulæ habent Εὐανθία, sed tota antiquorum turba contra est, & Stephanus ex Hellanico & Hecatæo Οἰανθέαν & Οἰάνθην habet. Ideo si postea mutato nomine Εὔανθις vel Εὐανθία vocata est, quod ex Ptolemæo & Tabulis conjicere licet, id non obtinebat tempore Scylacis, qui inter antiquos numeratur, & qui proculdubio secundum sui temporis morem Οἰάνθεις vel Οἰάνθη scripserat. Sed sciolus quidam exscriptor ex posteriorum more corrigere aggressus est. *Palmer.*

P. 15. v. 3. Κορσιαὶ] Κορσεία est aliis. Stephanus, Χορσία πόλις Βοιωτίας· Παυσανίας ἐνάτῳ. Ἐκ δὲ Κυρτώνων ὑπερβαλοῦσι τὸ ὄρος, πόλισμά

ἐστι

ἐπὶ Χορσίᾳ. Sic enim ſcribendum. Sane in Pauſania non ſcriptum eſt Χορσίαι, ut ille, ſed Κορσεία. Puto idcirco, id ipſius Stephani eſſe errorem, quod vitioſum codicem ſecutus fuerit. Facile enim mutatur K in X. *Voſſ.* ---- Mirum mihi videtur, quod poſt Phocenſes urbem *Corſias* collocat Scylax, & inde Bœotiæ deſcriptionem incipiat; cum *Corſiæ* non ad mare Corinthiacum, ſed prope fontes Platanii in parte Bœotiæ ſeptentrionali, quam deinde deſcribit, ſitæ ſint. Vel Scylax toto cælo erravit, vel peſſime eum tractarunt librarii. nam manifeſte legendum eſt: Κρευσία, Σίφαι, καὶ λιμὴν Εὔτρητος. Hanc lectionem confirmat Pauſanias p. 306. Sic quoque Ptolemæus Bœotiam auſpicatur. Βοιωτίας· Σίφαι, Κρέουσα. Quod autem in Scylace Κρευσία repoſuerim, feci auctoritate Strabonis, ſic urbem vocantis lib. IX. & quia vulgatæ lectioni magis reſpondet. *Berkelius.*

V. 4. Εὔτρητος] Hunc Holſtenius eundem ſtatuit in obſervationibus ad Ortelium, quem Homerus, Strabo, & Stephanus *Eutreſin* nominant. Sed pedibus ire non poſſum in Cl. viri ſententiam: nam præterquam quod τὸ Εὔτρησις, quam ſcripturam auctores citati conſtanter tuentur, & Εὔτρητος terminatione multum diſcrepent, etiam ſitus longe eſt diverſus. Nam *Eutreſis* ab omnibus collocatur in mediterraneis, in via Theſpiis Platæas ducente, cum *Eutretus* à Scylace inter maritima oppida ad ſinum Corinthiacum recenſeatur. Illud Scylacis Εὔτρητος, vix crediderim cenſeri debere pro nomine proprio alicujus portus; videtur mihi appellativum, quo nihil aliud denotatur, quam Siphas habuiſſe portum, non unica duntaxat ſed pluribus foſſis ornatum; quemadmodum etiam urbes ampliores, non unica via, ſed pluribus compitis, iiſque *pertuſis*, ut cum Perſio loquar, ſive perviis & ad alios vicos patentibus inſtruuntur. Hoc profecto Siphæenſes decebat, præ aliis habere portum ornatiſſimum, qui præ cunctis Bœotis rei maritimæ peritiam ſibi à multis ſeculis vindicabant, prædicantes Typhin, cui Argûs gubernacula credita ſunt, ſuum indigenam fuiſſe, teſte Pauſania in Bœoticis. *Idem.*

V. 10. Πηγαὶ &c.] Laborat hic locus à mala interpunctione, & à mendo etiam. Πηγαὶ τεῖχος, Γεράνεια ἄκρις, ſi tamen vox ἄκρις, Homero & Poëtis uſurpata, à Geographis, qui ſoluta metro oratione ſcripſerunt, potuit uſurpari: aliter legendum foret ἄκρα. Male τεῖχος Geraniæ junctum eſt: non enim unquam ibi fuit urbs ſeu caſtellum, quod ſciam, ſed Thucydides eum locum vocat στενὸν anguſtias: omnes alii montem vocant, nam in montibus ſæpe ſunt anguſtiæ. At Πηγαὶ munimentum fuit Megarenſium, de quo paſſim occurrit mentio apud auctores. *Palmer.* ---- Immo videtur vox poſtrema Ἄκρις eſſe contracta ex Αἴγειρος. Ita

enim

enim Theopompo vocatam fuiſſe Megaricam urbem, quæ aliis Αἰγείρουσα vulgo, teſtatur Stephanus. *Gronov.*

V. 15. Ἱερὸν &c.] Emendat Voſſius ἱερὸν Ἡραῖον, vel ἱερὸν ἅγιον Ἥρας. Ultimum præferrem: nam ἱερὸν Ἡραῖον non ſolet dici, ut nec ἱερὸν Ποσειδώνιον, ſed abſolute Ἡραῖον, Ποσειδώνιον: non enim ſumitur adjective τὸ Ἡραῖον, ſed mutato ordine dicendum foret Ἡραῖον ἱερὸν, utrumque ſubſtantive. Tum magis accedit ad vulgatam lectionem ἱερὸν ἅγιον. Suſpicari etiam quis poſſet non inſulſe legendum eſſe, ἱερὸν ἄκρον, ubi erat ἱερὸν Ἀκραίας Ἥρας ex Strabone. *Palmer.* ---- Video admodum ſuſpenſos viros doctos, & alter ſatis exegit alterius cogitationes; ne dicam ab ipſis auctoribus valde diffidenter prolatas, ut exſtare videatur etiamnum locus tentandi poſteris. Nempe deſcribit ſitum occidentalem Iſthmi, ſicut inferius orientalem, pag. 21. v. 8. Eodem ordine nunc progredi voluiſſe videtur. Scribe igitur: ἱερὸν, Λέχαιον, ἰσθμός. Sic Plinius opponit, *Lechæon hinc, Cenchreæ illinc.* Adde Ptolemæum & omnes alios. *Gronov.*

Pag. 16. v. 12. Ἄχρι ἐπὶ τοὺς Λεπρ.] Si nunc egit de ſpatio curſus uſque ad Lepreum urbem, debuit igitur in capite ſequenti tantum eam intelligere χώραν Λεπρεατῶν, quæ erat ab urbe iſta verſus Meſſeniam: quod ſatis abſonum. Et in v. Λακεδαίμων dicit equidem ἕως ἐπὶ, ſed in aliis locis tantum μέχρι, vel πρὸς, vel ἐπὶ, vel ἕως, ut non admodum quoque placeat copioſum illud ἄχρι ἐπί. Deſideratur loci nomen, quod quum eſſet agri Lepreatis, tamen medio inter ſe & Lepreum intervallo dabat Arcadiæ acceſſum ad mare. Id vide an ſit ἄχρι Ἐπίου Λεπρεατῶν. *Gronov.*

V. 18. Εἰσὶ δὲ αὐτῶν πόλεις &c.] In his miror cur Voſſius [qui legendum cenſet ex Cod. Herv. εἰσὶ δὲ πόλεις ἐν μεσογείᾳ &c.] vocem αὐτῶν eliminat, quum utique de illa nihil dicat Hœſchelius, ut haud dubie in MSS. exſtet. *Gronov.*

V. 21. Παράπλους &c.] Non mirandum, Scylacem heic, ubi de Arcadia loquatur, ad Lepreatas convertere ſermonem. Nam Arcadia mediterranea eſt regio, & nuſquam mari vicina, niſi apud Lepreum urbem maritimam; quæ obſtat, quo minus ad mare pertingat; & idcirco Lepreatarum præternavigationis ſtadia enumerat, non Arcadum. *Voſſius.*

V. 26. Πρώτη Μεσ.] Scylacis tempore nulla adhuc urbs fuit Meſſene, ſed nomen erat totius regionis, non urbis, ut optime notavit Pauſanias Meſſeniacorum initio, & tunc demum Meſſene urbs facta fuit, poſtquam Thebani duce Epaminonda Meſſenios exſules undiquaque revocaverunt pluribus poſt Scylacis periplum annis, quippe qui opus illud Dario Notho dicaverit, quod ait antiqua hypotheſis ad Scylacem. Tum Meſſene urbs non fuit prima

ma secundum ordinem quem sequitur Scylax, imo fere ultima. Ideo credo excidisse hoc loco nomen Πύλος, de qua meminisse debuit ob loci celebritatem, & quod sequitur, καὶ λιμὴν Κυπάρισσος, *Et portus Cyparissus*. Id omnino suadet. Fuit enim Cyparissus portus in Pyli Messeniaci vicinia. Itaque puto legendum: πρὸ τῆς Μεσσήνης &c. [ut in Var. lect. ad p. 16.] *Palmer.*

P. 17. v. 1. Ἀσίνη, Μεθώνη &c.] Hæc procedunt ordine turbato: nam Mothone seu Methone fuit adhuc Messenæ, & secundum ordinem, quo procedit, debuit locari ante Asinem, quam facit Laconiæ principium. Tum Coronem non numerat urbem in eo littore satis celebrem. Itaque vel Scylacis codex non est satis integer & valde corruptus, vel ipse Scylax vir ex Asia longe à Peloponneso, de ejus regionis partitione & urbibus non satis doctus fuit. *Palmer.*

V. 8. Βοῖαι] Sic omnes, præter Ptolemæum; apud quem Βοιαὶ pro Βοῖαι. *Vossius.*

V. 9. Κύθηρα] Salmasii emendatio [quam vide in Var. lect. ad hanc pag.] displicet Gronovio. Itaque vocem Κύθηρα majori charactere exprimendam censet, ut pateat esse interjectionem Scylacis in capite præfigere soliti nomen regionis, de qua est acturus, quod rursus videtur fecisse in voce Κρήτη, ubi ΚΡΗΤΗΣ ΘΕΣΙΣ ab Vossio etiam trahitur in suspicionem.

V. 11. Κρήτη] Hæc sequitur & ipsa, & de ea mox dicit similia, ut nunc designari non debeat. Sed scripsit auctor Κρῆται. *Gronovius.*

V. 15. Μεθάνα πόλις &c.] Transposuit situm hujus urbis, si ita scripsit Scylax. Nam Methana fuit inter Trœzenem & Epidaurum Sacram dictam, quod fefellit Scylacem, qui supine & inadvertenter Methanam transtulit ad alterum littus, ubi fuit alia Epidaurus Limera dicta. *Palmer.*

V. ult. Ἐπὶ χέῤῥ.] Ad Salmasii emendationem [in Var. lect. ad p. 17.] formatur ab interprete Latina versio. Etiam ab aliis annotatur Chersonesus in Creta. Itaque hactenus illa bene cedunt. Verum nullus adeo ventorum inscius aut fuit aut est, ut ad notum ventum diceret institui solitam navigationem ex Creta in Libyam, hoc est, ex septentrione meridiem versus, quo respectu Creta jacet ad Libyam. Certe quum Jason ex Pelio flexurus Peloponnesum ad Delphos præter opinionem à Malea defertur in Africam, id non vento noto factum dicit Herodotus libro IV. sed ὑπολαβεῖν ἄνεμον βορέην καὶ ἀποφέρειν πρὸς τὴν Λιβύην. Nam notus contra favet ex Africa navigantibus in septentrionem. Itaque Strabo quum lib. XVII. peragrat Cyrenaicam, dicit ejus partem κεῖσθαι κατὰ Κόρυκον τῆς Κρήτης ἐν διάρματι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων

νότῳ,

κτῳ, nempe ex Cyrenaica ſolventibus, de qua narrat. Denique ſi omnia in illis conſideres, quæ iſtic colligatio, qui nexus? Videtur igitur ſic emendandus hic locus. Ἀπὸ δὲ Φαλασαίρνων Κριοῦ μέτωπόν ἐστιν ἀκρωτήριον πρὸς νότον ἄνεμον. πλοῦς δὲ εἰς Λιβύην ἐπὶ Χερρονήσου τὰς Ἁλιάδας τῶν Κυρηναίων ὁ δὲ πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. *Poſt Phalaſarna eſt Criumetopon promontorium ad ventum notum* ſcil. ſpectans, vel ab eo latere verſus auſtrum, *unde navigatio in Libyam ad Haliadas Cherſoneſi Cyrenæorum. Eſt autem navigatio diei & noctis.* Cherſoneſus Cyrenes magna ſatis nota eſt, & in ſequentibus facit ejus mentionem Scylax. Etiam Κριοῦ μέτωπον καλεῖσθαι τὸ νότιον ἀκρωτήριον annotavit ibidem Strabo pag. 474. *Gronov.*

P. 18. v. 10. Κρήτης θέσις] Hæc duo verba [quæ pro interpolatis habet Voſſ.] interpoſita ſunt ab ipſo Scylace, ut ſimile jam antea occurrebat & infra ſequetur. Unde hæ voces majore charactere exprimi debent. *Gronov.*

V. 11. Ὡς ἀκρ.] Salmaſii conjectura [πρὸς τῷ ἀκρωτηρίῳ] placuit Voſſio, ut probat verſio. Sed quale tandem in Creta fuit promontorium verſus ſolem occidentem, Scylaci tam accurate notatum his duobus judicibus? Nominat nullum. Aliis ibi ponitur Corycus. Id ignoratur Scylaci, qui ipſam πόλιν πρὸς ἥλιον δυόμενον agnoſcit primam Phalaſarna, velut deſcribente Strabone τῶν ἄκρων τὸ μὲν ἑσπέριόν ἐστι τὸ περὶ Φαλάσαρνα, ut ſtudioſe illic interpres, *de extremitatibus occidua eſt circa Phalaſarna*, idque εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον. Hinc patet erroneam eſſe conjecturam iſtam, & aliud cernes dici ab Scylace, ſi attendas ſcripſiſſe: ΚΡΗΤΗΣ ΘΕΣΙΣ. Ὡς ἀκρωτηριῶ, ἐστὶ πρ. hoc eſt, ut ſcindam in partes, ut particulatim exſequar. Verbum iſtud ignotum eſt hodie, niſi quod ex Heſychio docemur Ἀκρωτηριᾶσαι, κόψαι, quod ipſe H. Stephanus & alter Emendator nequiverunt ferre, ideoque mutabant in Ἀκρωτηριάσαι, ſed minus apte: & recta vetus ſcriptura in Heſychio, cujus exemplum hic dat Scylax. *Gronov.*

V. 24. Πᾶν] Πανόνα Ptolemæo eſt urbs Cretæ, ſed mediterranea. Salmaſii itaque placet lectio, [in Var. lect. ad hanc pag.] ut portum & urbem dicat eſſe Olunta. nam Oluntis urbis meminerunt plurimi. *Voſſ.*

V. 25. Πτερία] Lectionem ſuam [in p. 18. Var. lect.] firmat Voſſius, quod urbs ipſa dicebatur Ἄπτερα, παρὰ τὸ ἐκεῖ τὰς πτερὰ νικηθείσας ἀποβαλεῖν τὰς Σειρῆνας. Et hinc χώρα Ἀπτεραία. Diodorus Siculus lib. v. Οἱ δ᾽ οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, τῆς Ἀπτεραίων χώρας &c. Sic legendus locus ille Diodori. vulgo enim peſſime legitur, τῆς Ἀντιπτεραίων χώρας &c. *Voſſ.* ----- Relinquo Diodorum. In aliis nihil niſi quod Meurſius habet; niſi quod audacior literas ἂν contemnit

temnit [aut in ἀνέμων mutat.] Sed quæ potuit fuiſſe cauſa Scylaci, ut ſic inſipide repeteret illa πρὸς Βορέαν δὲ ἄνεμον? Hanc debuerat edere auctor hujus mutationis. Item quæ cauſa potuit depravare librarium, ut modo recte ſcriberet, nunc tantopere corrumperet? Quinetiam Olûs hic dicitur eſſe verſus boream, quum tamen Strabo id attribuat regioni Phæſtiæ; Phæſtum autem dicitur condidiſſe Minos ἐπὶ θαλάσσης ἐστραμμένην ἐπὶ μεσημβρίαν, & πρὸς νότον mox ponit Scylax. Hæc omnia videre licet in collectionibus Meurſii. His ut ſingulis vix ſuccurram, ita certe videtur hinc corrigendum Ολῦς, Κάντανος, Βοίη, Αντεία, Απτεραῖοι. Sunt nota omnia. Πᾶν pro urbe ex hoc uno loco tolerare potuit Meurſius, quod miror. *Gronov.*

V. 28. Μετὰ δὲ Οσμ.] Corrigit Voſſius. Sed vulgatam commode interpretatur Meurſius, *poſt Oſmidam vero Eleutherna.* Ordinem ſatis conſpicuum facit ipſa hæc loquutio. *Gronov.*

P. 19. v. 1. Καὶ Συβρίτα] Hæc nimis aperte poſita ſunt ab Scylace, quam ut mererentur ab Meurſio [in Creta p. 59.] negligi ſolum Ptolemæum citante, ut mediterraneam urbem oſtentaret. Immo ut Scylaci conſtet veritas, deſcripſi Florentiæ iter Creticum poſterioris temporis, ubi in auſtrali littore ponuntur *Pergamea, Lapſa, Matalia, Pinotiſa, Suveta, Nichiton, Sfichium.* Hanc enim tertiam ab ultima reor eandem eſſe. Addendus Geographus Ravennas. *Gronov.*

V. 4. Βαῦνος] Holſtenii lectio [in Var. lect. p. 19.] proxima vulgatæ. Sed miror prætermiſſam à Meurſio, qui pag. 58. de hac urbe agit. Moratur forſan, quod Stephanus teſtetur eſſe in mediterranea parte Cretæ. *Gronov.*

V. 7. Γρῦνος] Forſan in hoc ſedet memoria Γραμμίου urbis, ut vocat Stephanus, & collegit Meurſius. *Gronov.*

V. 16. Κίνος] Σίκινος Voſſii firmant Ptolemæus, Plinius, Strabo.

V. 24. Πόλις ἐστὶν Αργος] Cave hic πόλιν pro unica urbe accipias. Quomodo enim una urbs in altera? accipe itaque hic pro communione civitatum, & pro ipſa regione. Sed de eo alibi. *Voſſ.*

V. 31. Επίδαυρος] Plurimi ſunt, qui confundunt haſce duas Epidauros, quæ ſunt in ſinu Argolico. Nam ſcribunt, duas tantum in Peloponneſo eſſe Epidauros; unam apud Eleutherolaconas, alteram ad ſinum Saronicum. Hujus vero nullam mentionem faciunt, tanquam eadem foret ac Epidaurus Laconicæ, cum tamen Strabo, & alii, manifeſte diſtinguant, addentes etiam hanc Λιμηρὰν quaſi λιμενηρὰν, quod portuoſa eſſet, cognominatam fuiſſe. *Voſſius.*

P. 20. v. 1. Καθήκει &c.] Reſpicere operæ pretium eſt Latina Voſſii: *Inde enim ad ſinum ſtadia tantum ſunt* XXX. Ubi enim in

in Græcis vel iſtud *inde* vel alterum *tantum*? Dicit Scylax, *pertinet enim in ſinum iſtum ſtadia* XXX, quibus indicat Epidaurum obtinere partem ſinus Argolici, & quidem ita, ut littus XXX ſtadiorum in eo habeat ſui juris. *Gronov.*

V. 8. Ἑρμιῶν] Aliis Ἑρμιόνη. Male apud Ptolemæum legitur Ἑρμιών ſine adſpiratione. *Voſſius.*

V. 12. Σκύλλαιον] Recte ſcribit Σκύλλαιον, ut omnes; non Σκύλλιον, ut corrupte legitur apud Ptolemæum. Livius lib. XXXI. id promontorium non Trœzeniis, ſed Hermionibus, adſcribit. Verba ejus ſunt: *Claſſis à Corcyra ejuſdem principio æſtatis cum L. Apuſtio legato profecta, Malea ſuperata, circa Scyllæum agri Hermionici, Attalo regi conjuncta eſt. Voſſius.*

V. 14. Ἀθηναίας] Iſtud Ἀθηναίων [quod tantopere placet Voſſio] eſt ipſius Hœſchelii. *Gronov.*

V. 16. Καὶ πόλις &c.] Non video cur [cum Voſſio in Var. lect. p. 20.] vel vox πυργόπολις hic infulciri debeat, aut altera vox νῆσος expelli. Diſtinxeris enim ita: Κατὰ δὲ τοῦτο ἐστὶ νῆσος Βέλβινα καὶ πόλις. Τούτου δὲ κόλπου ἀπὸ τούτου τοῦ στόματος ἔσω εἰς τὸν Ἰσθμὸν στάδια ἐστὶ ψμ΄. *Circa hoc eſt Belbina inſula cum urbe. Hujus ſinus ab hoc ore* (nempe ubi eſt Scyllæum) *intus uſque ad iſthmum, ſunt ſtadia* DCCXL. Quid requiritur ad integritatem hujus locutionis? *Gronov.*

P. 21. v. 6. Μετὰ δὲ Ἐπίδ.] Non ita capiendum, quaſi Corinthiorum regio Epidauriis ſit ad auroram: hoc enim falſum: ſed id dicit, poſt Epidaurum eſſe regionis Corinthiorum eam partem, quæ auroram ſpectat. Supra enim jam deſcripſit alteram ejus partem, quæ occaſum reſpicit. *Voſſ.*

V. 20. Ἀπιδος] Hæreo, quod nuſquam id nomen inveniam. Nec tamen mutandum arbitror. Nam & ipſe Scylax ſtatim poſt repetit id verbum, p. 22. v. 4. Certo hinc liquet, fuiſſe locum, qui Megarenſes ab Atticis dirimeret. Sed qualis is fuerit, ignoro. Sane Strabo l. IX. ſatis diſertis verbis teſtatur, Megaram ab Attica diſterminari binis montibus, quos κέρατα vocabant. Idem quoque Plutarchus in vita Themiſtoclis ſcribit. *Voſſ.* ---- Sed eſſe hanc confeſſionem iſta eruditione indignam docui [p. 17. Var. lect.] ad Stephani Ἐθνικά, unde egregie patet vocalem ι ab principio excidiſſe, quum ſcripſerit Scylax Ἰάπιδος. *Gronov.* ---- Vide Berkelii notas ad Steph. p. 407.

V. 31. Ὁ δὲ Πειρ.] Omnes ferme arbitrantur, Piræeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet: nimirum ipſum Piræeum, Phalerum, & Munychiam. Verum qua ratione Phalerus, & Munychia, Piræei portus dici mereantur, equidem non video: & prorſus omni id ratione caret. Nam quam-

vis uno murorum claustro septi essent, diversi tamen erant portus, maximoque à se invicem distabant spatio. Sed diserte docet Pausanias, jam antequam Themistocles Phalerum & Munychiam Piræeo junxisset, tres habuisse portus. Nullus equidem dubito, quin ideo triplex dictus sit Piræeus, quod tres diversæ stationes in eo essent. Et sane ex tribus stationibus unam Piræei nomine fuisse insignitam, facile mihi persuadeo. Alteram dictam fuisse Κανθάρων videtur innuere Hesychius, voce Κανθάρων. Tertia appellata est Ζία. Hesychius, voce Ζία. Ubi recte Hesychius κλειστὰς appellat tres hosce portus sive stationes. Septo namque Munychiæ continebantur. Ideo Munychiam Rhodiorum urbi comparat Strabo lib. IX. pag. 395. Ed. Paris. *Voss.* --- Ad hæc doctus Commentator [Isaacus Vossius] optime reprehendit eos, qui putarunt Piræeum ideo triplicem dictum, quod tres portus comprehenderet, scilicet ipsum Piræeum, Phalerum, & Munychiam: *Nam* (ait) *quamvis uno murorum claustro septi essent, diversi tamen erant portus, maximoque à se invicem distabant spatio. Sed diserte docet Pausanias, jam antequam Themistocles Phalerum & Munychiam junxisset, tres habuisse portus.* Certe, si qui fuerunt, qui id putaverunt, jure objurgandi fuerunt. Sed nescio quare Vir doctissimus iis concedat, Piræeum & Phalerum eodem muro clausos fuisse à Themistocle, & id dixisse Pausaniam. Nam neque id Themistocles unquam fecit, nec id unquam dixit Pausanias. Optimam sententiam prodit doctissimus Vir nimia & falsa concedendo adversariis suæ opinionis. *Palmer.* Vide Meursium de Pop. Att. p. 94.

P. 22. v. 10. Κέως &c.] Hæc insula Ptolemæo vocatur Κία, quamvis Pintianus in comment. ad Pomp. Melam, conatus est legere Κέως, infelici profecto auspicio. Loquitur enim Ptolemæus juxta Romanorum morem, quibus Cia hæc insula vocabatur, ut testatur Plinius lib. IV. cap. XII. *Deinde Ceas, quam nostri quidam dixere Ciam.* Et sic etiam scripsit Pomponius Mela, quamvis apud eum legatur *Cianos.* Cum enim librarius nesciret *Ceon* à Romanis *Ciam* appellari, sic scripsit *Cia n. os* i. e. *Cia, vel Ceos,* & hinc *Cianos.* Ovidius in Epist. Acontii ad Cydippam *Ceam* nominat. Sed male pro *Cia.*

Insula Coryciis quondam celeberrima nymphis
Cingitur Ægæo nomine Cæa mari.

Hic pro *Coryciis* Vir doctus legebat *Carystiis.* Sed quis non videt, id plane metro adversari? Legendum itaque puto *Corisiis.* Ex quatuor enim civitatibus hujus Ciæ insulæ una erat *Corisus.* Quamvis nonnulli scribant *Corissus,* alii vero *Coresus,* & *Coressus.* Scylacis autem nostri locum sic emenda: Κέως αὕτη τετράπολις,

Ποιήεσσα

Παίσσα, & λιμλὼ, Κορησία, Ιελὶς, Καρθαία. Nam *Tetrapolin* esse hanc insulam, non *Tripolin* produnt omnes. *Voss.* ---- An non credere licet ipsam Pœeessam olim quoque dictam nomine ipsius insulæ, & idcirco eam non nominari ab Scylace? *Gronovius.* --- Hunc locum mutilum optime supplevit Vossius. Sed in eo, quod castigandum credit Pintianum, eo quod apud Ptolemæum pro Κία vult legi Κίως, non possum ei consentire: bene enim mihi videtur eam vocem mendosam correxisse. Nam quod ait Ptolemæum loqui Romanorum more, quibus ea insula Cia vocabatur, & Plinium auctorem citat, vadimonium deserit Plinius, cujus plurimæ & antiquæ editiones aliam exhibent lectionem ab ea, quam ex suo codice proponit: *deinde Ceos quam nostri quidam dixere Ceam,* terminatione duntaxat mutata, ut ad sonum linguæ Latinæ accommodaretur. Sed cur Ptolemæus, qui Græce & Græcis scribebat, nomina locorum Græcis barbare scripsisset? certe rationem non video: nam ubique vocabula Græca Græce exhibet, nisi forte in ipsa Italia, cujus pars Magna Græcia vocabatur. Nec est, quod dicam quis dicat Ovidio, qui Ceam dixit, non pro Cia, sed pro Cea, versus gratia, eo quod ι in Κίως brevis est syllaba natura cum ι sit anceps. Soli Iones, qui aliquando ε in ι mutant, sua dialecto Κίον vocarunt, non vero Κίαν, ut Herodotus lib. 8. at Ptolemæus communi dialecto utitur, non Ionica. *Palmer.*

V. 15. Κάθιστον] Est hoc in vocabulo, quod in v. Αργ@ occurrebat in voce Καθῶνας, quod Vossius optime restituit in Κλιῶνας. Similiter nunc α & θ posita sunt pro λ & ε, ut pro κάθιστον Scylax scripserit κλειστόν. Tales portus ubique narrantur ab Scylace, & notavit Hœschelius in Creta. *Gronov.*

V. 21. Πρὸς Πόντε &c.] Hunc locum corruptissimum emendavit doctus Commentator, & vult legi πρὸς νότον, multo melius. Sed dum totius capitis seriem considero, mihi venit in mentem legi debere Σποράδων Ιος· nam post Cycladum recensionem sequi debet Σποράδων recensio. Nihil igitur mihi videtur convenientius, quam sic legere: αὗται μὲν αἱ Κυκλάδες νῆσοι. Υπὸ δὲ ταύτας ἕτεραι νῆσοι αἵδε Σποράδων. Ιος &c. *Hæ quidem sunt Cyclades insulæ, sub eas vero aliæ insulæ sunt hæ Sporadum.* nihil certius est. Nam cum de aliis omnibus nihil dixerit, an πρὸς νότον vel πρὸς ἄρκτον, πρὸς ἠῶ vel πρὸς δύσιν, cur potius de ea parva & ignobili insula dixisset πρὸς νότον quam de cæteris? *Palmer.* ---- Mirabilis absurditas, in qua sic offenderent. Distinctio manifeste juvat: ὑπὸ δὲ ταύτας ἕτεραι νῆσοι αἵδε πρὸς Πόντον. Ιος &c. Certe Ios non est ad notum, sed ad boream & versus Pontum. Pag. seq. versu 1. abusus est auctoritate sua Vossius, qui in margine editionis suæ ponit

nit [C. H. Βίῤῥοτον, male.] Quasi codex Hervarti pro voce Ἱερασὸν ita haberet, quum Hœschelius det Γίῤῥοτον, non ex illo codice, sed scribi etiam sic notans. *Gronov.*

V. ult. Κυρλωαίῳ [Κλωαίῳ] Διὸς] Hujus Cenæi Jovis mentionem facit Æschylus apud Strabonem lib. x.

Εὐβοΐδα καμπύλην ἀμφὶ Κηναίου Διὸς
Ακτήν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.

Nec ab his admodum dissimile est, quod apud Sophoclem in Trachiniis legitur, ubi Dejanira Licham alloquitur:

Ακτή τις ἔς' Εὐβοῖς ἔνθ' ὁρίζεται
Βωμὸς τέλη τ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.

Id nomen à Cenæo promontorio Eubœæ (cujus meminere Strabo, Ptolemæus, & Plinius) cum Hercules eo appulisset, accepisse testatur ejus Scholiastes. *Voss.*

P. 23. v. 16. Εὔρελπος] Holstenius in notatis ad Ortelium videtur legisse Εὔτρηπος pag. 79. *Gronov.*

V. 21. Δηλιακῶν ὄρ.] *A Delio usque montes Albos.* Sic vertit interpres. Properanter & festinante calamo proculdubio hæc scripsit: ὅρια enim non sunt ὄρη *montes*, sed *termini*, *limites*: aliter proculdubio interpretatus esset, ut debebat, si non alio properasset, & correxisset, ut corrigere necesse est, μέχρι τῶν Λοκρῶν ὁρίων, *usque ad Locrorum terminos*; nulli enim sunt ibi montes Albi. Sic etiam infra Scylax in Cilicia p. 40. *Paraplus Ciliciæ à Pamphyliæ finibus*, ubi Vossius optime, *à Pamphyliorum terminis*. *Palmer.*

V. 25. Κυνοσουρος] Nihil muto, quamvis aliis Κυνὸς vocetur. Hujus meminit Strabo l. ix. & Hom. l. ii. Il. ut alios mittam. Conflata enim hæc vox ex Κυνὸς, quod est hujus loci nomen, & οὖρος. Οὖροι enim Hesychio sunt τὰ νώρια &c. Consule præterea de hac voce Eustathium ad ii. Iliad. Potest tamen legi Κυνὸς οὖρος, ut eodem recidat, ac si diceret Κυνὸς ἐπίνειον. *Vossius.* ---- Placeant hæc auctori. Palmerio placebat recidi duas posteriores syllabas ut ab alio additas, quod aperit in Græcia [p. 584.] Sed frustra. Scylacis manus fuit Κυνὸς, Οπῦς, Αλόπη. *Gronov.* ---- Ita emendavit Berkelius ad Steph. p. 103.

P. 24. v. 6. Εν τούτῳ &c.] Non possum mihi persuadere hunc locum esse sanum, sed turbatus mihi videtur totus contextus, & miror à Scylace Dorienses, qui & ultra montes Oetæos in mediterraneo juxta Phocidem habitabant, hic poni tanquam ad sinum Meliensem habitantes, & cum Meliensibus conjungi, de quibus si loqui volebat Scylax, melius eos cum Phocensibus junxisset. Scio equidem κόλπον etiam intelligi posse de quodam recessu

cessu

cessu inter montes, sed hîc non posse ita sumi manifestum est, nisi locus sit luxatus vel mutilus. Nam Meliensis sinus non potest extendi ultra Oetam montem & Ænianas usque ad Pindum, ubi siti fuerunt Dores. Quod ad vocem Λιμοδωριεῖς, quæ à solis Grammaticis firmatur, Hesychio & Didymo, nullus Historicus aut Geographus de ea meminere. Ego credo Didymum ex hoc loco accepisse, quæ de ea voce dixit. Aliquis audaculus diceret reponi debere: οἱ ἐπὶ Πίνδῳ Δωριεῖς· ego vero nihil movebo. Id tantum proferre non dubitabo, totum hoc caput non mihi videri sanum, & apud me non multum habere auctoritatis. *Palmer.*

V. 8. Βοῖον] Sic omnes, nisi quod differant in accentu, præter Ptolemæum: apud quem legitur, Βοιῶν, ἢ Βίον, pro Βοῖον. Stephanus, vel potius qui eum in compendium redegit, arbitrabatur, hanc eandem esse, de qua Homerus in catalogo, Βοιώνην τε γλαφυρὴν, καὶ ἐϋκτιμένην Ἰαωλκόν. Sic namque hunc versum scribendum esse, statim docebimus. Sed non leviter fallitur. Quippe Βοιώνη Homeri est in Thessalia, ut & reliquæ urbes, quas recenset: hæc autem est Doridis, ut mittam maximum utriusque vocis discrimen. Sed ecce, ipse seipsum castigat, cum inquit Βοιῶος (lege Βοιώνη) πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηρος, &c. Cæterum quod versum illum Homeri attinet, ille in vulgatis omnibus sic legitur: Βοιώβην, καὶ Γλαφυρὰς, καὶ ἐϋκτιμένην Ἰαωλκόν. Nec recens ista lectio: quippe & Eustathius sic videtur legisse. Immo & jam diu ante Eustathium variationem istam in codicibus fuisse colligo. Quippe apud Stephanum in vocibus Γλαφυραὶ, & Ἰωλκὸς, eodem plane modo exaratum. Alibi vero apud eum, ut diximus, sic legitur: Βοιώνην τε γλαφυρὴν. Et hæc quidem est vera lectio. Nulla enim urbs fuit unquam in tota Græcia, nedum in Thessalia, cui nomen *Glaphyræ*. Aliter si foret, Strabo ejus meminisset, quippe qui tam diligenter omnia ea loca, quorum Homerus mentionem facit, ordine persequatur. Atqui is lib. IX. à Bœbe transit statim ad Iolcon. Neque mirari quispiam debet, quod de ea apud Eustathium legatur. Nam hic manifeste fatetur, se ex Ethnicographo hausisse: Ethnicographus vero, qui est Stephanus, vitiosum Homeri codicem secutus fuit. Cur autem hic Homerus Βοιώνην γλαφυρὴν vocet, clarum est ex Strabone: quoniam Βοίβη κεῖται ἐπὶ τῇ λίμνῃ Βοιβηΐδι κείμενον. Sed hæc hactenus: quæ eo libentius annotavi, quod viderem, lectionem eam constanter in cunctis Homeri codicibus repræsentari; cum sine dubio falsissima sit. *Vossius.*

V. 13. Μαλιεῖς] Hinc patet, errare eos, qui Melienses, & Malienses, eosdem putant; scilicet eo quod sinus Meliacus, & Maliacus, idem plane sit. Sed nihil hoc mirum, cum utraque gens partem

partem ejus obtineat. Miror etiam in hunc errorem impegiſſe Scaligerum, notis ad Catullum. *Voſſius.* ---- Ex hoc loco concludit ſummus Vir errare eos, qui Malienſes & Melienſes eoſdem eſſe putant, eo quod ſinus Meliacus & Maliacus idem plane ſit, & miratur in hunc errorem impegiſſe Scaligerum. Ego certe (fateor) in eodem errore verſor, nec à ſententia Scaligeri hujus loci auctoritate demoveri poſſum. Nam & hæc duo capita videntur non ſatis ſana, & turbata, ut ſupra notavi, & in iis doctus Commentator quædam optime mutavit: credo etiam male disjuncta eſſe. Si ipſius Scylacis opus integrum haberemus, videremus forte ita eum non diſtinxiſſe, ut male diſtinxit vel abbreviator vel exſcriptor. Nam quavis ſponſione depoſita contendere paratus ſum, nullum alium auctorem ita diſtinxiſſe, (de antiquis dico) licet omnes fere de iis populis fecerint mentionem. Herodotus lib. 7. ubi Xerxis & ejus exercitus proceſſum & manſiones ſatis exacte deſcribit, ſic ait: *Xerxes & peditatus cum tranſiviſſet per Theſſaliam & Achaiam, tertia die pervenerat ad Melienſes.* Secundum diſtinctionem hujus loci Scylacis, per Malienſes neceſſario debebat iter facere, antequam ad Melienſes perveniret, quorum ditio ſecundum hujus loci ſententiam anguſtiſſima ſola Trachine ſeu Heraclea urbe gloriari poterat. Nam Thermopylæ Scylacis tempore erant anguſtiæ, non urbs; Oeta mons, Sperchius fluvius. At Malienſes Lamiam, Phalera, Anticyram, Pyraſum, Maleam urbes incolebant, quarum pleræque ad littus maris. Sed operæ pretium eſt audire ipſa Herodoti verba eodem libro paulo poſt: *Hæc quidem Theſſaliæ ſunt & Achaiæ: ab iis vero regionibus ibat in Melidem juxta ſinum maris.* Adverte ex Achaia in Melidem pervenit Xerxes nulla Malienſium facta mentione. Poſtea vero ſinum deſcribit, cui adjacent partim planities ſatis patens, partim anguſtiæ. Planities illa ſecundum Scylacem & ejus diſtinctionem debuit eſſe Malienſium; nam, ut vult, Melienſes ad Trachinem & Oetam habitant & ad Thermopylas: Malienſes vero Phthiotidi vicini erant. At Herodotus totum ſinum Melienſibus tribuit, & cum tam prolixe Perſarum facta in iis locis exſequatur, mirum foret, eum ne verbum quidem feciſſe de Malienſibus, ſi in eo tractu tot urbes incolebant diverſi à Melienſibus. Æſchylus etiam Herodoto σύγχρονος in dramate, quod Perſæ inſcribitur, nuncium inducit de Perſarum fuga ſic narrantem:

Στρατὸς δὲ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ
Διώλλυθ᾽. οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
Δίψει πονοῦντες, οἱ δ᾽ ὑπ᾽ ἄσθματος κενοὶ

Διεκπερῶμεν

Διεκπερῶμεν ἔς τε Φωκέων χθόνα,
Καὶ Δωρίδ' αἶαν, Μηλιᾶ τε κόλπον, οὗ
Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμαθεῖ ποτῷ,
Κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαΐδος πέδον,
Καὶ Θεσσαλῶν πόλις &c.

Vides lector, Μηλιέα κόλπον campum dicit à Sperchio irrigatum, & eum campum cum Achaia continuat nulla Maliensium facta mentione. Sed audiamus Thucydidem, qui libro 3. de Heracliæ in Trachinia conditu sic ait de Meliensibus: Μηλιεῖς οἱ ξύμπαντες εἰσὶ μὲν τρία μέρη Παράλιοι, Ἱερῆς, Τραχίνιοι. Si hoc accipias, quasi exceptis Maliensibus, quinam erunt illi Παράλιοι; nam totum littus à Sperchio ad Thermopylas & Locros est angustum & abruptum sine oppidis & vicis, de quibus meminerint auctores. Παράλιοι igitur nulli possunt esse Thucydidi, quam ii, qui Phalara, Anticyram & Echinum habitabant. Rursus idem lib. 5. sic ait: Ἡρακλεώταις τοῖς ἐν Τραχῖνι μάχη ἐγένετο πρὸς Αἰνιᾶνας καὶ Δόλοπας καὶ Μηλιέας καὶ Θεσσαλῶν τινάς. Nisi hoc loco intellexit per Μηλιέας etiam eos, qui Μαλιεῖς dicuntur hoc Scylacis loco, quinam erunt ii, qui cum Trachiniis bellum gerebant? Nam Τραχὶς sola urbs erat τῶν Μηλιέων secundum Scylacis distinctionem: quæ urbs, quoniam regionem incolebat asperam, montosam & sterilem, gravis erat finitimis Paraliis, campos feraciores colentibus. In loco priore citato ex Thucydide difficile est dictu, quinam fuerint Ἱερῆς: nemo enim præter eum de iis (quod legerim) loquutus est. Scintillam tamen lucis facit Callimachus in Delum, ubi de Hyperboreorum primitiis, quæ Apollini quotannis mittebantur, & de iis qui eas excipiebant, sic canit:

- - - - - - - - - ἃ Δωδώνηθε Πελασγοὶ
Τηλόθεν ἐκβαίνοντα πολὺ πρώτιστα δέχονται
Γηλεχέες, θεράποντες ἀσιγήτοιο λέβητος
Δεύτερον ἱερὸν ἄστυ καὶ οὔρεα Μηλίδος αἴης
Ἔρχονται.

Cum Thucydide videtur quandam urbem vel regionem Meliensium Sacram vocare, eo quod eas primitias à Dodonæis, qui etiam sacri erant, recipiebant. Non piget id obiter notasse, ut Thucydidi lux fieret. Sed ad rem. Strabonem etiam testem audiamus. Is lib. 9. sic: ἤδη δ' ἐστὶ ταῦτα τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου· μετὰ γὰρ τὸν Ὀπούντιον συνεχής ἐστιν οὗτος. *Jam autem hæc sunt sinus Maliaci: nam post Opuntium ille continuatur*. Hujus Strabonis loci ut vim declinaret vir solers, fatetur Maliacum & Meliacum idem esse. Sed inde sequitur Malienses & Melienses idem esse. Nam ut à regionibus

gionibus dicuntur ſinus, veluti Opuntius ab Opunte urbe, Pagaſiticus ab urbe Pagaſæ, Toronaicus à Torone, Corinthiacus à Corintho; ſic Maliacus, qui & Meliacus, à Malienſibus, qui & Melienſes. At ſi diverſi ſunt Melienſes & Malienſes, Malienſium debet eſſe ſinus Maliacus: Melienſium vero ſinus Meliacus. At ſinum Maliacum tribuit Strabo iis, qui Locros Opuntios attingebant: ii autem fuerunt Μηλιεῖς, Melienſes, ubi Trachin. Itaque Melienſes illi etiam Malienſes vocabantur. Strabo igitur non admittit eam differentiam. Sed & Pauſanias, dum omnes populos recenſet, qui jus habebant mittendi ad Amphictyonum conſeſſum, Μαλιέας ſolos nominat, nulla diſtinctione facta τῶν Μαλιέων, in quorum tamen ditione ſecundum eam diſtinctionem, quam oppugnamus, fiebat conventus Pylaïcus. Unicum addam locum Diodori, qui ſi bene conſideretur, res plana erit, & illa diſtinctio evaneſcet. Loquitur de ſocietate, quæ facta eſt inter Athenienſes, Ætolos, & multos alios Græciæ populos contra Macedonas, ut ab eorum jugo Græcia liberaretur Alexandro mortuo: quod bellum Lamiacum vocatum eſt, geſtum duce Leoſthene Athenienſi contra Antipatrum. Recenſionem igitur facit eorum, qui ob ejus belli ſocietatem cum Athenienſibus fœdus fecerant, & ſic ait: Αἰτωλοὶ μὲν οὖν ἅπαντες πρῶτοι συνέθεντο τὴν συμμαχίαν, καθάπερ προείρηται· μετὰ δὲ τούτους Θετταλοὶ μὲν πάντες πλὴν Πελινναίων, Οἰταῖοι δὲ πλὴν Ἡρακλεωτῶν. Ἀχαιοὶ δὲ Φθιῶται πλὴν Θηβαίων, Ηλιεῖς δὲ πλὴν Μαλέων· ἑξῆς δὲ Δωριεῖς ἅπαντες. Non dubium eſt lector, quin videas ex ordine recenſionis excidiſſe majuſculam M in voce ηλιεῖς· nam ibi fuerunt Μηλιεῖς poſt Achæos Phthiotas, nulli vero Ηλιεῖς. Ait igitur Melienſes omnes exceptis Maleis in fœdere comprehenſos fuiſſe. Urbs fuit in littore ſinus Meliaci ſeu Maliaci Malea, quam Stephanus terminatione Attica vocat Μαλλιεὺς, quam dictam dicit ἀπὸ Μαλοῦ τοῦ Ἀμφικτύονος, *à Malo Amphictyonis*: eam urbem, à qua, ut credo, dictus fuit Maliacus ſinus & tota regio, excepit expreſſè à generali Melienſium conſenſu, ut Pelinæum Theſſaliæ ab univerſorum Theſſalorum ſocietate. Dico igitur Diodorum per Μηλιεῖς intellexiſſe etiam eos, quos Μαλιεῖς vocat Scylacis diſtinctio, quando Maleam excipit ab eorum univerſalitate. Ideo & Anticyram & Piraſum & Phalara & Echinum ſub nomine τῶν Μηλιέων comprehendit. Iidem igitur οἱ Μαλιεῖς & οἱ Μηλιεῖς, hi Athenienſibus & omnibus Ionici generis, illi Dorienſibus ſic dicti. Cauſa diverſitatis emerſit ex Heracleæ conditu: nam Lacedæmonii, qui Heracleam habitavere, Dorice Μαλιεῖς mutato ſono protulerunt, & vocarunt eos, qui antea à ſeipſis & Æolibus, qui eos undequaque circumdabant, Μηλιεῖς vocabantur. Ab eo tempore auctores diverſe pronuntiavere, modo cum Æolibus Μηλιεῖς

proferentes

proferentes, modo cum Heracleenſibus Μαλιεῖς, unde κόλπος Μηλιεὺς & Μαλιεὺς, Μηλιακὸς & Μαλιακὸς idem eſt ſinus, qui etiam aliquando Λαμιακὸς ab urbe Lamia dictus. Ideo Herodotus, qui Ionice loquitur, ſemper Μηλιεῖς habet, ut & Thucydides & Æſchylus Athenienſes antiqui. Aliud etiam argumentum addam ex Scylace ipſo: ait enim, καὶ τῇ Μαλέων (lege Μαλιέων) χώρᾳ ἐπικοῦσιν ἄνωθεν ἀπὸ μεσογαίας Αἰνιᾶνες καὶ δι' αὐτῶν ῥεῖ ὁ Σπερχειὸς ποταμὸς εἰς τὸν Μαλιέων κόλπον. Attende lector, Ænianes, qui vicini erant Heracleenſibus & Oetæis, habitabant mediterranea loca ſupra Malienſes. Iidem igitur Malienſes & Melienſes. Nam ſupra Malienſes, ſi intelligendi ſunt ii, qui in oppoſito littore incolebant Maleam, Piraſum, Echinum, non accolebant Ænianes, ſed Phthiotæ. Ideo Melienſes Malienſes etiam dicebantur ſecundum diverſam dialectum, & hæc credo ſufficiunt ad firmandam Joſephi Scaligeri ſententiam. *Palmer.* --- Iidem ſunt Melienſes & Malienſes, quamvis Scylax eos diſtinguit. Sed apud illum ubique legendum Λαμιεῖς, non Μαλιεῖς. Hac ratione omnia plana fiunt in hoc vetuſtiſſimo ſcriptore, qui certe errare non potuit in re omnibus Græcis notiſſima. Nam Lamia ſaxa ſunt juga Oetæ montis, ad cujus radices ſita eſt urbs Lamia, quæ etiamnum hoc noſtro ſæculo nomen ſuum retinet. Ab hac dictus ſinus Lamiacus, idem qui Maliacus, licet diverſa ratione, nam Meliacus ſive Maliacus à Melienſibus dictus, Lamiacus vero à Lamia urbe. Utrique enim ſinum hunc accolebant, & Melienſes & Lamienſes. Multus eſt in hoc Scylacis loco vir doctus Jac. Palmerius, ubi excutit obſervatiunculas, quas pueri olim edidimus: ſed ut hoc, ita quoque cæteris in locis feliciorem inſtituere potuiſſet cenſuram. Pluribus de his alibi. *Iſaacus Voſſius* in notis ad Catullum, pag. 257, 287.

V. ult. Μετὰ δὲ Αχ.] Ita mallem intelligere & interpretari Græca: *Poſt Achæos autem Theſſalia, pertinet ad mare ex mediterraneo per anguſtum ſpatium: ad ſinum Pagaſeticum ſtadia* XXX. nempe ejus regionis ſunt. *Gronov.*

P. 25. v. 14. Πλοῦς πρ.] Vide quid de hac navigatione annotavit magnus Salmaſius in Exercitationibus ſuis Plinianis [p. 129. Ed. Traj.] *Voſſ.*

V. 22. Ἰστη λιμὴν] Hos ille [Herodotus, de quo in Var. lect. ad p. 25.] ponit manifeſte iſtic in Pelio, quod non pertinuit ad ſinum Pagaſæum. Sed notiſſimus in eodem ſinu fuit portus Ἀφέται, de quo idem Herodotus cap. 193. & ample Stephanus Byzantius. Inde priores literæ forſan interciderunt. *Gronov.*

P. 26. v. 5. Πύδνα] Pomponius hanc *Cydnam* appellat. Ubi Pintianus legebat *Pydna*, ſed male. Nam *Pydnam* appellari *Cydnam*

testatur Stephanus: Κύδνα πόλις Μακεδονίας. Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. ἣ κατὰ παραφθορὰν Πύδνα λέγεται. *Voss.*

V. 11. Δῶρος ποτ.] Lege Ἐχέδωρος. Sic enim Apollodorus lib. II. & Ptolemæus, item Etymologici Magni auctor, cujus verba adscribam: Ἐχέδωρος ποταμὸς Μακεδονίας ὁ πρότερον Ἠδωνὸς καλούμενος, ἢ ἔχων, ὥς φασι, δῶρα· χρυσοῦ γὰρ καταφέρων ψήγματα, οἱ ἐγχώριοι ἀρύοντες δέρματα αἰγῶν κεράτινες, καὶ καθιέντες εἰς τὸ ὕδωρ. Cætera, quæ apud eum sequuntur, nugas equidem crediderim. Hujus aquam Xerxis copiis ad potum non sufficisse, tradit Herodotus lib. VII, cap. CXXVII. Sed miror apud eum binis locis legi Χέδωρος, cum tamen scribendum sit Ἐχέδωρος. *Vossius.*

V. 17. Ὀράμβηϊς] Θράμβος habet Lycophron, & Stephanus. Idem quoque urbis nomen apud Herodotum lib. VII, cap. CXXIII. corruptum est στρατιὴν παρελάμβανε ἐκ Θεράμβω. Legendum autem est, Θράμβου. *Vossius.*

V. eod. Καναστραιον] Sic quoque Ptolemæus [& Thucydides, quem vide p. 277.] Herodotus Καναστραίην ἄκρην appellat, Stephanus Κάναστρον. *Voss.* ---- Vide Berkelium ad Steph. p. 443.

V. 21. Συρμονικὸς] Forte Σερμυλικὸς, à Sermylo urbe in eo tractu. Στρυμονικὸς propius accederet ad vulgatam lectionem, sed nondum videtur locus de eo tractandi, nam post Athon montem tantum incipit. Hæc scripseram, sed postquam commentaria doctissimi Vossii inspexi, vidi eum reposuisse Τορωνικὸς, meliori certe ratione, etsi non tam accedat ad vulgatam lectionem. *Palmer.* ---- Eadem magno Bocharto [in notis ad Steph.] sententia hæserat aliquando legi debere Σερμυλικός. Verba sunt Herodoti VII, 132. Ἑλληνίδας πόλεις, Τορώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερναν, Ὄλυνθον· ἡ μὲν νῦν χώρη αὕτη Σιθωνίη καλέεται]. Hinc posset subjici Σιθωνικός. *Gronov.*

V. 22. Δῖον] Mentionem ejus facit Thucydides, & ex eo Stephanus: cujus verba sunt, Δῖον πόλις Θρᾴκης περὶ τὸν Ἄθω, ὡς Θουκυδίδης. Meminit & Herodotus, lib. VII. cap. XXII. *Vossius.*

P. 27. v. 1. Αλαπται] Forte legendum Ακται, & ex ordine locorum id sequitur. Sed ἀκταὶ videtur fuisse non urbs quædam, sed spatium & longitudo quædam littoris. Plutarchus lib. de quæstionibus Græcis ad littus vocat Ἀραίνου ἀκτήν. An Scylax scripserit Ἀραίνου ἀκται, judicet lector *Palmer.*

V. 2. Βολβη] Sic omnes hanc paludem vocant. Stephanus tamen, in voce Βοῖον, eam Βοίβην appellare videtur, cum inquit: ἔστι καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη. Sed metuo, ne vitiosos codices secutus fuerit, ut centies in eo observare est. *Vossius.*

V. 14. Αμφίπολις] De hac Stephanus: Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην· ἥτις ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο· κέκληται δὲ Μύρκινον (lege Μύρκινον) καὶ Ἠιών. Ἀμφίπολιν δὲ διὰ τὴν περίρροιαν τοῦ Στρυμόνος, ὡς Θουκυ-

δίδης

ἰλῆς πτάξτη. Sed quam misere hic cæcutiat, ex ipso Thucydide, quem testem affert, videamus quæso. Primum quod attinet, hanc urbem prius ἐννέα ὁδοὶ dictam fuisse fateor. Id enim ex Thucydidis lib. IV, & Polyæni lib. VI, ubi de Agnone agit, satis manifestum est. Alterum vero, quod sequitur, palam falsum est. Myrcinum enim diversum esse oppidum ab Amphipoli, diserte testatur Thucydides p. 275. Item alibi, ubi copias Brasidæ enumerat: καὶ Μυρκινίων, καὶ Χαλκιδέων χιλίους πελταστὰς εἶχε, πλὴν τοῖς ἐν Ἀμφιπόλει. Sed & Eionem aliam esse ab Amphipoli, idem Thucydides declarat, cum hanc maritimum esse emporium ait. Nam Amphipolis urbs est mediterranea, & viginti quinque stadiis inde abest. [Thucyd. p. 272.] *Vossius.*

V. 16. Σάγιον] Lege meo periculo Σαίων. Nam littus illud tenebant Σαΐοι, gens Thracica, satis ex versu Archilochi nota. Ἀσπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, *Clypeo Saiorum aliquis gloriatur.* Vide Strabonem lib. 12. ubi disces gentem prius Sintias vocatam, postea Σίντους, deinde Σαΐους, & suo tempore Σάπαις vel Σαπαίους. *Palm.*

V. 17. Ελσος] Ptolemæo hæc insula vocatur Θαλασσία· vereor tamen, ne legendum sit Θάσος, vel Θάσος, vel potius Θασία. *Voss.*

V. 20. Δάτον] Stephanus: Δάτον, πόλις Θρᾴκης· Ἡρόδοτος ἐννάτῃ. Ἡδωνῶν δὲ τοῦτό φασιν, οἱ οἰκοῦντες Δατήνιοι. Sic namque legendus est ille locus. Eustathius in commentariis ad Dionysium hanc Thasiorum facit coloniam. Eum consule. *Voss.*

V. 23. Κώδητος] Nemo hujus fluvii meminit. Ego tamen arbitror, hunc eundem esse, de quo Ælianus lib. XV. cap. XXV. Historiæ animalium loquitur. *Voss.* ---- Cujus hæc arbitria esse sane quam male fulta demonstravi ad Pomponium Melam 2,2,103. *Gronov.*

V. 26. Δρυζώνη] Lege Δρῦς, Ζώνη. Stephano Δρῦς urbs Thraciæ. Ὀρφίως Δρύας hunc locum appellat Nicandri Scholiastes. *Voss.*

V. 28. Ποταμὸς Δυρίσκος] Quid si scribatur ποταμὸς Ἀρίσβος, καὶ Ἕβρος, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τεῖχος; Arisbus enim illic loci fluvius in Hebrum influens. *Gronov.*

V. 30. Τέιχη Αἴνων] Putat Clarissimus Vossius hunc locum esse corruptum, sed deest tantum unum ι jota: nam legendo Αἰνίων optime se habebit. Ænii enim habuerunt quædam castella in eo littore, quæ hoc loco Scylax vocat Αἰνίων τείχη. De iis Demosthenes oratione de falsa legatione, ubi loquitur de iis locis, quæ Philippus occupaverat: ἐν δὲ τούτῳ Δορίσκον Θρᾴκην, τὰ ἐπὶ τείχη. *In eo autem Doriscum Thraciam & muros.* Ubi credo legendum Θρᾴκης τὰ &c. & rursus, ἡλίκον ἐστὶν ἀδίκημα, τὸ Θρᾴκην καὶ τὰ τείχη προέσθαι, *quanta est injustitia, Thraciam & muros prodere.* Aliquod ex iis castellis videtur Alcibiades sibi munivisse, & id ei

à ſuis adverſariis crimini dabatur. Plutarchus in ejus vita: *Improperabant etiam ei & munitionem murorum in Thracia circa Byzanthen ad refugium.* Sed tamen Byzanthe non ſatis vicina Æno. *Palmerius.*

V. ult. Δερὶς ἐμπ.] Tacent de hoc emporio veteres Geographi. Veriſimile tamen eſt, fuiſſe Deræorum civitatem; de quibus, qui Stephanum in Epitomen redegit, ſic ſcribit: Δεραῖοι Θρᾳκικὸν ἔθνος· Ἡρόδοτος Δερσαίους αὐτοὺς φησι. *Voſſius.*

P. 28. v. 6. Χεῤῥόνησος] Male hoc loco duo capita confunduntur; nam ἐξετραπόμιλω eſt finis præcedentis capituli, Χεῤῥόνησος eſt titulus ſequentis, & debet majuſculis ſcribi, ut aliorum capitum tituli, & initium ſequentis eſt, Μετὰ δὲ τὸν Μέλανα κόλπον &c. *Palmer.*

V. 9. Καρδία, Ιδη &c.] Optime [ut conſtat ex nota ſequenti] vocem Ἄβυδος expungit Voſſius, & Ελοαιὺς in Ελαιὺς mutat. Cæteris non admovit manum, ſed quid erit mali, ſi aliquid tentemus? ergo ſic tot ulceribus mederi tentabam: Καρδία, Χεῤῥεία, Πάνορμος, Αλοπηκόννησος, Ανάπλους, Ελαιοῦς &c. Χεῤῥεία locus fuit Cherſoneſi, Xenophonti memoratus Hellenicorum 2, quo ex clade ad Ægoſpotamos ſe receperunt Athenienſes. Panormus locus eſt maritimus Cherroneſi apud Plinium lib. 4. cap. 11. Ανάπλους certe eo loci apud alios auctores non exſtat. Sed quoniam video locum in Boſporo ita dictum, eo quod inde aſcendebant naves contra Boſpori decurſum verſus Pontum Euxinum tendentes, facile ſuadeor, etiam in Helleſponti anguſtiarum initio fuiſſe quendam locum ab eadem ratione ſic vocatum, de quo loquatur hoc loco Scylax. Sed hæc eſt mera conjectura, ſi quis meliora docebit, gratias agam. *Palmerius.*

V. 10. Ἄβυδος] Quid hoc monſtri? an Abydus Cherſoneſi Thracicæ urbs? certe non magis, quam Seſtus Phrygiæ. Trunca itaque vocabulum Abydi, quod eſt à librario, non ab auctore; ut ſatis patet ex iis, ubi Phrygiam deſcribit. Animadverterat ſiquidem, Seſtum, & Abydum, Heronis & Leandri amoribus celeberrimas urbes, ſæpiſſime ab auctoribus conjungi. Itaque & hic Abydi nomen interſerendum eſſe putavit. *Voſſius.* ---- In verſu 10, pro voce Παιὼν, patet manifeſte oportere ſcribi Ηιὼν, quod miror nemini obveniſſe. Stephanus clare, Ηιὼν πόλις ἐν Χεῤῥονήσῳ. Qui ibi intellexit Cherſoneſum Thracicam ex more, quo ſolet ita ſimpliciter eam nominare, ut patet ex Καρδία & aliis locis. Qui conatur pro Αρόπλος reponere Ανάπλους, quum id ſine auctore ullo aggrediatur, quem de eo dabit notorem? Itaque ut & Αρόπλος & Ἄβυδος accipiant medicinam; equidem quum ſint illic duæ antiquiſſimæ urbes, & ab Herodoto aliiſque memorentur Μάδυτος & Αψυνθος, deliberandum, an non ſit pro duabus

potius

potius illis ſubſtituendum Αψυνθος, Ελαιοῦς, Μάδυτος. *Gronovius.*

V. 23. Τειρίςασιν] Plinius Tiriſtaſin vocat. *Voſſius.*

V. eod. Γάνος] *Ganos* urbs eſt Plinio circa hunc tractum. Suidæ πρὸς τῇ Θρᾴκῃ ὄρος ἐςὶν ἡ Γάνος. Γάνος καὶ Γανιάδα χωρία ἐςὶ Θρᾳκικά. *Voſſius.* An Stephani Γονοῦς ſit, videant Eruditi. *Thomas de Pinedo.*

V. 24. Πέρινθος] Scylax Perinthum ab Heraclea diverſam facit; Ptolemæo, Ammiano Marcellino, Procopio, Zoſimo, & Euſtathio contrarium aſſeverantibus. *Berkel.* ad Steph. p. 385.

V. 25. Δαμινὸν τεῖχος] Δαύνιον malit *Gronov.* ex Stephano qui teſtatur Δαύνιον τεῖχος Θρᾴκης. Vide *Holſten.* ad Steph. p. 93.

P. 29. v. 15. Ὀκτὼ ἡμερῶν &c.] Sine dubio hic mendum latet. Quomodo enim hæc conſiſtere poſſunt? Ait, à Strymone Seſtum biduo & binoctio perveniri: inde uſque os Ponti idem eſſe ſpatium. Ab ore autem Ponti, Iſtrum aduſque fluvium, dierum trium, & noctium totidem, ſpatium intereſſe. Atque hic habes univerſæ Thraciæ tractum littoralem. Quomodo igitur hic tradit præternavigationem Thraciæ octo eſſe dierum, noctiumque? Nulli dubitemus, quin ſupra reſcribendum ſit: παράπλους δὲ τῆς Θρᾴκης ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ, μέχρι Σηςοῦ τριῶν ἡμερῶν, καὶ νυκτῶν τριῶν. Et hoc modo ſibi conſtabit Scylax. *Voſſ.*

V. 19. Νικώνιον] Ptolemæo Νικώνιον, at Νικωνία Stephano: Νικωνία πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴςρου. Hæc eadem verba & apud Suidam leguntur. Inepte tamen, cum Niconia ſit ultra Tyram fluvium, maximoque ab Iſtri oſtiis ſpatio diſtet; ut ex Ptolemæo, & Strabone præcipue, liquet; unde Stephanus illud hauſit. Is ſiquidem libro VII inquit, ab Iſtro ἐπὶ Τύραν ποταμὸν πλωτὸν ἑξακόσιοι ςάδιοι. Et paulo poſt: Ἀνιαπλεύσαντι δὲ ἑκατὸν τεσσαράκοντα ςαδίους, ἐφ᾽ ἑκάτερα πόλεις, ἡ μὲν Νικωνία, ἡ δ᾽ ἐπ᾽ ἀριςερᾷ Ὀφιοῦσα. Niconia itaque quam longiſſime ab oſtiis aberat: utpote quæ eſſet ultra Tyram amnem. Ophiuſa vero erat circa Tyram, eoque Iſtro vicinior. Minime vero audiendus eſt Ptolemæus; qui & Ophiuſam ultra Tyram collocat. Neque in eo tantum errat, ſed in altero etiam, quod diverſam faciat hanc Ophiuſam ab Tyra oppido. Tyras enim prius vocabatur Ophiuſa: ſed deinde à Tyra amne ei nomen Tyræ impoſitum eſt, ut teſtatur Plinius lib. IV. cap. XI: *Clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, ubi antea Ophiuſa dicebatur.* Similiter Stephanus: ὁ Πολυίςωρ ποταμὸν, καὶ τὴν πόλιν Τύραν λέγει· τοὺς δὲ πολίτας Τυρανοὺς. ἐκαλεῖτο δ᾽ Ὀφιοῦσα. Quæ manifeſte Ptolemæum refellunt. *Voſſius.*

V. 23. Ἀκρωτήριον] Notandum ἀκρωτήριον ſumi hîc à Scylace pro Cherſoneſo, ſive peninſula. Sic quoque vox ἄκρα ſupra uſurpatur,

tur, ubi de Macedonia agit: Παλλήνη ἄκρα μακρὰ εἰς τὸ πέλαγος κατατείνουσα. Pallenen enim promontorium nemo dixit. Sed Canastræum Pallenes promontorium vocant. *Vossius.*

V. 24. Χεῤ. ἐμπ.] Non puto id intelligendum de antiqua illa Chersoneso, de qua Strabo lib. VII. sed illa altera Heracleotarum colonia, quam *Megaricen* etiam dictam testatur Plinius lib. IV. cap. XII. *Vossius.*

V. 29. Νυμφαία, Παν.] Aliis est Νύμφαιον: sed crebro apud Geographos istiusmodi occurrit diversitas; ut & etiam in sequenti vocabulo. Nam quod hic Παντικάπαιον vocat, aliis Παντικάπαια quoque est. *Vossius.*

P. 30. v. 20. Λογιζόμενος &c.] Miror nihil amplius adferri à Vossio, quam habuit à Salmasio. [cujus emendationem vide in Var. lect. ad pag 30.] Sequentia etiam verba, τῆς Εὐρώπης ὁ περίπλους, penitus omittit in interpretatione. Immo est locus egregius, unde lucidissime colligitur & verissime, quam solitus fuerit Scylax grandioribus illis divisionibus interdum immiscere minores & magis singulares cum titulo, qui materiam omnem in se contrahat. Id hoc loco clarissimum est, ubi voces Περίπλους πάσης τῆς Εὐρώπης considerandæ sunt pro titulo, nequaquam annexæ sequentibus, quæ incipiunt ab vocibus, Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν &c. atque tum scribendum λογιζομένῳ τι ὅσου. Ex literis enim ω τι ο commutatæ & confectæ sunt ος σω. Sic nisi fallor, omnia sunt liquida & aperta. Cæterum id quod statuo, patet quoque ex loco superiore in pagina 28. v. 2. ubi plane non ambigo, quin ita scripserit Scylax. Καὶ ἄλλος Κύπασις. ΙΜΒΡΟΣ ΚΑΙ ΛΗΜΝΟΣ. Κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον Ἴμβρος ἐστὶ νῆσος καὶ πόλις, καὶ Λῆμνος &c. *Gronov.*

P. 31. v. 12. Σιντοὶ] Diversi hi sunt à Sintiis Thraciæ, quos Sapas etiam appellant. Stephanus: Σάπαι ἔθνος Θρᾴκης. Λέγονται Σαπαῖοι καὶ Σίντιοι. Sic legendum. Sindi vero iidem sunt ac Sintii. Hesychius: Σίνδοι ἔθνος Ἰνδικόν. ἔστι δὲ πόλις ἐκεῖ Σινδικὸς λιμὴν λεγομένη. Pro Ἰνδικὸν scribendum Σινδικόν. Quod ipsum mendum apud eundem, cum scribit: Κερκέται ἔθνος Ἰνδικόν, pro Σινδικόν. Alibi etiam recenset civitatem Βόσπορον τῆς Ἰνδικῆς, ubi similiter legendum est Σινδικῆς. Pariter peccatum in Ἀστερουσία, Ἰξιβάται, & aliis in locis. Etiam apud alios is error propagatus est. Herodotus lib. IV. Ἐς δὲ Θεμισκύρην τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι ποταμῷ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς (κατὰ τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον) τριῶν τε ἡμερέων καὶ δύο νυκτῶν πλόος. Ubi interpretes legunt, ἐκ τῆς Σκυθικῆς. Male. Legendum, Σινδικῆς. Posterioris tamen ætatis Græci Sindicam videntur appellasse Indicam. Quare nec magnopere cum quoquam contenderim, qui apud Stephanum & Hesychium Indicos retineat. Antiquiores tamen omnes unanimi consensu Sindos & Sindicam vocant:

cant: ut saltem dubium non sit, quin & ita Herodotus scripserit. Recentiores vero eam regionem etiam Indiam appellasse, ostendit Socrates, Hist. Ecclesiasticæ l. I. c. XV. Θωμᾶς μὲν, τὴν Πάρθων ἀποστολὴν ὑπεδέχετο· Ματθαῖος δὲ [lege Ματθίας] τὴν Αἰθιοπίαν· Βαρθολομαῖος δὲ ἐκληροῦτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν τὴν ἐνδοτέρω, ἣν προσοικεῖ Βαρβάρων ἔθνη πολλά. Non assentio iis, qui id capiunt de Indis orientalibus: licet ea apud omnes recepta sit opinio: ut qui credant, Bartholomæum in Indiam venisse, non vero in hanc Sindicam. Vereor & ne æque fallantur, qui putant, Andream, fratrem Simonis Petri, & Matthiam, ad Christianam religionem propagandam profectos esse in Æthiopiam illam magnam, quam hodie Abasenam dicunt. Longe mihi verisimilius fit, pervenisse illos in Æthiopiam Ponticam, quæ in Colchorum est regione, & Sindicæ, sive Indiæ, contermina est. Liquet id ex Hieronymi catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, cujus verba adscribam: *Andreas, frater Simonis Petri, ut majores nostri prodiderunt, Scythis, & Sogdianis, & Saccis, prædicavit Evangelium Domini nostri Jesu Christi, & in Augusta civitate prædicavit, quæ cognominatur Magna, ubi est irruptio Apsari, & Phasis fluvius: illic incolunt Æthiopes interiores* Et post: *Matthias, cum unus esset è numero septuaginta, allectus in ordinem undecim Apostolorum, in locum Judæ Iscariotæ, qui fuit proditor, in altera Æthiopia, ubi est irruptio Apsari, & Hyssi portus, prædicavit Evangelium, cum essent homines agrestes.* Recte itaque Socrates interiorem Indiam Æthiopiæ interiori vicinam facit, cum ambæ sint ad Pontum, sibique conterminæ. Falsi vero sunt, qui credunt, Andream & Matthiam Apostolos in Æthiopia sub Ægypto Evangelium prædicasse: aut qui Bartholomæum ad Indos Orientales concessisse credunt. Quæ tamen opinio non tantum apud Europæos obtinet; sed etiam ad Indos, & Æthiopas, propagata est. Hanc Ponticam Æthiopiam nonnulli inter Veteres Libyam appellarunt. Sane id facit Palæphatus apud Harpocrationem: Παλαίφατος δ᾽ ἐν ἑνδεκάτῃ Τρωϊκῶν, ἐν τῇ Λιβύῃ φησὶν ὑπεράνω Κόλχων οἰκεῖν τοὺς Μακροκεφάλους. Vide quoque Suidam in voce Μακροκέφαλοι, ubi id ipsum reperies. Nihil igitur mutandum. Forte hi Libyes sunt, quos eo deductos à Nabucodrosoro videtur significare Megasthenes, cum inquit: Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέος ἀλκιμώτερον γεγονότα ἐπί τε Λιβύην, καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι, ταύτας δὲ χειρωσάμενον ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. Ad quæ verba Scaliger: *In Ægyptum expeditionem fecisse, diserte constat ex* XXIX, XVIII, *Ezechielis. Inde in Libyam transisse non inviti credimus. Sed de Iberia dubitamus, nisi sit Iberia ad partes Ponti Euxini. Quod quidem sequentia probant, in quibus dicitur, devictarum nationum colonias ad dexte-*

riora Ponti deportatas. Imo ſequentia contrarium teſtantur. Juxta enim Megaſthenem, Iberes illi Aſiatici ſunt Europæorum Iberorum coloni. Nulli igitur ante in Aſia Iberi, cum quibus bellum potuerit gerere Nabuchodonoſorus. Vel ſi fuere, fuerunt ad dextram Ponti. Nihil itaque fecerit Nabuchodonoſorus, ſi eos ad dexteriora Ponti deduxerit, quando & antea ibi fuerint. *Voſſ.* ---- Quum ſupra dicit Voſſius: *pariter peccatum apud Steph. in* Ασπυρσία. vix eſt ut illud admitti poſſit, cum huic lectioni adverſari videatur Euſtathius ad Il. β'. p. 332. ut obſervavit *Cl. Wormius*, p. 86. diſſert. 2. de corruptione Antiq. Hebr.

V. 16. Πάτυς] Hunc locum Strabo lib. XI. appellat τὰ Βάτα. Sæpiſſime enim confunduntur Π, & Β: ut Βρεττανία, Πρεττανία· Αμβρακία, Αμπρακία· Ναβαταῖοι, Ναπαταῖοι· & ſexcentis talibus. Hujus quoque urbis Ptolemæus meminit: cujus verba ſic legenda: Μετὰ τὴν Κοροκονδάμην ἐν τῷ Πόντῳ πόλιν, Βάτα πόλις, Ψύχρε ποταμοῦ ἐκβολαί. *Voſſ.* ---- Equidem appropinquant admodum literæ & totidem ſyllabæ. An etiam ſitus conveniat, dubito, nec jam exigendi opera eſt. Sed utique ad Scylacem maxime facit locus Plinii lib. VI. cap. 6. *Cepi Mileſiorum, mox Stratoclia, & Phanagoria, & pæne deſertum Apaturos.* In qua poſtrema voce cernis omnes eaſdem literas, ejuſque appellationis ratio conſtat ex Strabone, qui licet pro fano tantum habeat, Plinius in urbis numerum redigit, ut etiam diu poſt Geographus Ravennas, cui dicitur *Appatura. Gronov.*

V. 22. Μετὰ δὲ Κερκ. Αχ.] Orchomeniorum hos eſſe colonos, nonnulli arbitrati ſunt; ut teſtatur Strabo lib. IX. Græcos ſaltem eſſe, vel nomen ipſum ſatis teſtatur. Rufus Feſtus:

------- Indeque Achæi
Ab Xanthi ripis, atque Idæo Simoënte
Inter chauri crepaſſent ſcrupoſas convallis
Tranſvexere larem.

Verſum illum corruptiſſimum ſic emenda, *Inter chauricrepas, & ſcrupoſas convalles. Voſſius.*

P. 32. v. 6. Γέλωνοι] Gelonos Aſiaticos habet Αργοναυτικὸν id, quod ſub Orphei nomine prodit, v. 105.

Καὶ ῥα πανημερίησι πονεύμενοι εἰρεσίησι
Μαιώτας περόωντες ἀφικάνομεν ἀβροχίτωνας,
Ἠδὲ Γελωνὸν ἔθνος, βαθυχαίτων τ' ἄπλετα φῦλα. *Voſſ.*

V. 16. Μάλην] Malam urbem in Colchis non novi, in qua Medea nota ſit. Scribo itaque, ἐς πόλιν Κύταιαν. Cytas enim ſive Cytæam patriam Medeæ faciunt omnes. Stephanus Κύται, πόλις Κολχική, πατρὶς Μηδείας. Unde crebro poëtæ Medeam vocant

cant Cyteïda virginem, quod notiſſimum. *Voſſ.* ---- Vide *Schol.* ad Apollonii lib. 2. v. 401.

V. 19. Βύσηρες] Scribe Βύζηρες ex Stephano in voce, [& ex Euſtathio ad Dionyſ. Strabone, l. 12. & Apollonio Rhodio, l. 2.] item alibi in voce Χοῖ, ubi Βύζηρες legendum, non Διζηρες ut vulgo. *Voſſius.*

V. 26. Ἀρεῶοις &c.] Certe hæc vocabula Ὠδεινιὸς & Λίμνη & Ἀρεῶις notari videntur ab Geographo Ravennate in libro v. *Gadinio, Athenas, Arcabis.* Ut Λίμνη videatur exſtitiſſe pro Ἀτήνη vel Ἀθήνη. *Gronovius.*

P. 33. v. 10. Χοιράδες] Stephanus: Χοιράδες πόλις Μοσσυνοίκων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Τιβαρηνοῖσι δὲ &c. Sic enim legendus locus iſte. *Voſſ.*

V. 13. Μοσυνὲς] Μοσυνοὺς eos appellat Nicolaus Damaſcenus in libello de moribus apud Stobæum. De iiſdem Pomponius lib. I. cap. XIX. *Ultra Tibarenos, Moſynoeci turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, propatulo veſcuntur, promiſcue concumbunt. Et palam reges ſuffragio deligunt,* &c. Sic reſcripſit Hermolaus Barbarus; eumque temere ſecutus Pintianus, & Schottus, cum antea legeretur *Moſſyni.* Utrumque enim dicitur. Sequentia verba Pomponii ſic reſcribe: *Promiſcue concumbunt, & palam. Reges ſuffragio deligunt.* Hanc emendationem firmat Diodorus Siculus libro XIV, de Moſſynœcis agens: Βαρβαρώτατον δ᾽ ἔφασαν οἱ στρατιῶται τοῦτο διεληλυθέναι τὸ ἔθνος, καὶ τοὺς μὲν γυναιξὶν αὐτοὺς πλησιάζειν ἁπάντων ὁρώντων. Nihil ſane miri dixiſſet Pomponius, ſi ſcripſiſſet, reges ab iis palam ſuffragio deligi. Apud Valerium quoque Flaccum libro v. male emendarunt *Moſſynæci,* cum antea legeretur *Moſſynichi.*

Vos quoque non notæ mirati vela carinæ
Moſſynichi: vos & ſtabulis Macrones ab altis,
Byzereſque vagi, &c.

Hic pro *Moſſynichi* ſcribe *Moſſyni.* Male namque medentur huic loco, qui ita reſcribunt.

Moſſynoeci: vos ſtabulis Macrones ab altis,

Etſi in pluribus ſic codicibus legatur: ſed inepte. *Voſſius.*

V. 27. Ὀχέραινος] Apud Plinium VI, 3. leguntur hæc, *Eſt & Ceraunus intus clarus,* omnino fluvium denotantia, ut collegit eruditus editor, qui in altero codice Regio illic teſtatur legi *Cæranus.* Attende, mi lector, an non ſit hic ipſe. *Gronov.*

P. 34. v. 4. Κορωνὶς] Κορώνη Stephano Bithyniæ civitas eſt. Sed ea nihil ad hanc Paphlagonicam. Legendum itaque Κωλὶς ex Strabone lib. XII. Arriano, & Marciano Heracl. [quem vide p. 72.] *Voſſ.*

V. 6. Κύτωρος] Diodorus Siculus libro XIV. hanc Tibarenis

tribuit,

tribuit, non Paphlagoniæ; ut Scylax: Ταύτην μὲν ἐν τῇ χώρᾳ ἐν ἡμέραις ὀκτὼ διεπορεύθησαν· τὴν δὲ ἐχομένην ἐν τρισὶν, ἣν ἐκάλουν Τιβαρηνίαν. Κἀκεῖθεν εἰς Κοτύωρα πόλιν παρεγενήθησαν Ἑλληνίδα, Σινωπίων ἄποικον. Sic legendum. Nam Κοτύωρα nonnulli Veterum etiam appellarunt τὴν Κύτωρον. Ut Xenophon, unde hæc habet Diodorus. *Voss.*

V. 8. Τίθιον] Scribendum puto Τήιον π. Ἑλλ. Sic Strabo passim appellat τὴν Κίον. Nec aliter Constantinus Porphyrogenneta in Themat. Imp. Orientalis, & Eustathius ad Homerum. Non itaque audiendus vir maximus, [Salmas. in Exerc. Plin. sub finem cap. 43.] qui apud Strabonem Τίειον reponit, pro Τήιον, idque auctoritate Stephani. Potius ego crediderim, ipsum Stephanum esse emendandum: scribendumque Τήιον apud eum, non Τιειον. *Vossius.*

V. 11. ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΟΙ] Nonnulli Μαριανδηνοὶ scribunt, per η. Sed utrumque dicitur. Xenophon initio Κύρου παιδείας, vocat eos Μεγαδινούς. Ἦρξε δὲ καὶ Βακτρίων, καὶ Ἰνδῶν, καὶ Κιλίκων· ὡσαύτως δὲ Σακῶν, καὶ Παφλαγόνων, καὶ Μεγαδινῶν. Sed scribe Μαριανδυνῶν. *Vossius.*

V. 19. Σαγάριος] Sæpius legitur Σαγγάριος. Sed variis id vocabulum modis effertur. Quidam Σάγαριν appellant: Latinorum nonnullis est Sagaris: & sic quoque dicitur in libello de fluminibus, qui Plutarcho adscribitur. *Vossius.*

V. 22. Πόρος] Fuit, quum putarem, legendum, Βόσπορος. Sed nihil mutandum. Πόρος quoque appellatur hoc fretum ab Appiano; [p. 240. Ed. Steph.] ubi inquit, Mithridati in animo fuisse, πολεμεῖν ἐκ τῆς Εὐρώπης οὖσιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, τὸν Πόρον ἐν μέσῳ θέμενον, ὃν κληθῆναι τινὲς νομίζουσι Βόσπορον, Ἰοῦς διανηξαμένης, ὅτε βοῦς γενομένη κατὰ ζηλοτυπίαν Ἥρας ἔφευγεν. *Vossius.*

P. 35. v. 5. Μιχελ Κιν] Hæc Cius est, quæ postea Prusa est appellata, ut testantur, cum alii, tum Strabo lib. XII. p. 563. Ed. Paris. Emendandus est Memnon de Tyrannis Heracleæ, apud Photium: ἐκεῖθεν ὁ Τελάμων ἐπὶ Προυσιάδα τὴν ἐπιθαλάσσιον μετὰ τῆς δυνάμεως παραγίνεται. αὕτη δὲ Κῖος τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο, &c. Vulgo legitur, Κιερος; ut alio item loco apud eundem. Sed male utrobique. *Vossius.*

V. 9. Κίος π.] Vide quæ adduximus ex Apollonii Scholiaste in Testimoniis de Scylace.

V. 21. Ἐλαφόννησος] Hinc patet, errare Plinium lib. v. cap. XXXI: ubi Proconnesum, & Elaphonnesum, unam eandemque esse insulam asserit. Idem & alios nonnullos autumasse comperi ex Etymologico Magno, in voce Προκόννησος: ubi inquit, ἀπό τινων Προκόννησος Ἐλαφόννησος κέκληται. Sic enim legendum esse arbitror, non Ἀδελφόννησος, ut vulgo. Nec aliunde puto hanc opinionem profluxisse, quam quod πρὸξ, & ἔλαφος, idem fere sit. *Vossius.*

----Scylax,

---Scylax, qui Proconnesum ab Elaphonneso diversam facit, à Plinio dissidere prima facie videtur. Sed nodum solvit Strabo, geminam Proconnesum agnoscens, lib. 13. p. 588. novam ac veterem, modico forte Euripo ambas inter se discretas: nomine alioquin similes: nam appellationis ratio par: πρὸξ enim & ἔλαφος, cervini generis animalia significant, quibus ea insula videtur fuisse referta. Docet id pluribus Apollonii Scholiastes, ad lib. 2. Argon. v. 279. *Harduinus* ad Plin. tom. 1. p. 648.

V. 23. Σκέλος] Legendum Πάριον. Plin. l. v. cap. XXXII. *Deinde Percote oppidum, & Lampsacum, antea Pityusa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adrastium appellavit. Oppidum Priapos*, &c. Atqui diversam facit Strabo Adrastiam à Pario lib. XIII: ἡ μὲν οὖν Ἀδράστεια πόλις μεταξὺ Πριάπου, καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ὁμώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου, καὶ Ἀρτέμιδος κατὰ τὴν ἐπακτίαν. Sic lege. Idem facit [Eustathius ad Hom. p. 355. &] Stephanus: nec dubium, quin is ex Strabone hauserit. Sed puto Plinium eo respexisse, quod statim post hæc verba subdit Strabo: εἰς δὲ Πάριον μετηνέχθη πᾶσα ἡ κατασκευὴ καὶ λιθία κατασπασθέντος τοῦ ἱεροῦ· καὶ ᾠκοδομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμὸς, Ἑρμοκρέοντος ἔργον, πολλῆς μνήμης ἄξιον, κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος. *Vossius.*

V. 24. Καὶ τὸ στόμα &c.] *Ostium ad Sestum Propontidis hoc est.* Ita supplendo resarcitur hic locus, ex editione Hœschelii, quum nullo genere adsequerer, cur ex editione sua Vossius omiserit quintam & sextam in Græcis vocem: quod etsi opiner vitio typorum contigisse, tamen nec in Latinis eam tetigit. *Gronovius.*

V. ult. Κλεόστρατος] Hic primus duos hædos, quos Heniochus manu sinistra tenet, inter sidera ostendisse traditur. Autor ejus rei Hyginus in Astronomicis. Octaëterida quoque primum excogitasse, auctor est Censorinus. *Voss.*

P. 36. v. 1. Τείχη καὶ Ἀγχ.] Lego Σιγεῖον καὶ Ἀχίλλειον. *Palmerius.* --- Scripsit proculdubio Σιγὴ καὶ Ἀχίλλειον. Σιγὴ enim appellatur etiam Stephano. Ausonius quoque dixit in Epitaphio Achillis: *Ossa leguntur littore Sigæo. Gronov.*

V. 2. Κρατῆρες Ἀχ.] Ego putem hosce crateres Scylacis esse eosdem ac eos, quos Strabo λιμνοθαλάττας, & paludes, appellat, l. XIII. Hauriunt enim hæ λιμνοθάλατται, & paludes, omnem eorum fluminum aquam, non secus ac crateres. Et sane quemadmodum κρατὴρ proprie est, ἐν ᾧ τι κεράννυται, sic etiam hæ limnothalattæ, & paludes κρατῆρες appellantur, quod in iis aqua Simoëntis, & Scamandri, misceatur. Sinum fuisse olim hic loci, auctor est Herodotus lib. II. Et hac de causa arbitror, accolas, effossa humo, lacus crebriores fecisse, quo superfluentum Simoëntis & Scamandri

dri undis, essent receptacula. Quod ipsum satis constat Ægyptios quoque factitasse, ut, Nilo suam inundante regionem, aquæ in effossis lacubus desiderent. *Vossius.* ---- Equidem si fuerunt effossi isti κρατῆρες, unde illis accidet nomen Achæorum, quum ab his effossi non sint? Non convenit exemplum Ægypti cum hac regione. Si vetus lingua Græcorum respiciatur, totus sinus Surrentinus sive Neopolitanus olim Crater dictus, ut notat Holstenius ad Ortelium pag. 27, idque verum est, quum testetur Strabo lib. v. unde excerpsit quoque Ortelius. Scribit Cl. Sponius *Mais presentement l'entrée du port de Troye en est bouchée, & il y reste peu d'eau dans le bassin, qui est presque tout comblé de sables. Gronovius.*

V. 17. Περδοσελήνη] Strabo & Stephanus inquiunt, Περοσελήνω hanc appellasse nonnullos ἐκκλίνοντας τὸ δύσφημον τοῦ ὀνόματος. *Voss.*

V. 21. Καὶ τῆς Ινδ.] Corruptissimus est locus. Nec tamen, quomodo emendandus sit, possim affirmare. Mirum enim in modum confusi sunt harum gentium limites: quod Strabo lib. XIII. satis indicat. Cogitabam, num legendum esset hoc pacto: Από Αντάνδρου, καὶ τῆς Μυσίας, τῆς κάτω (ἣν πρότερον μὲν αὕτη ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας) ἡ νῦν Λυδία. Sed alii viderint. *Voss.* ---- Lege, καὶ τῆς Ιδης. Nam Antandrus sub Ida monte fuit: cætera per se stare poterunt, si legas τὰ κάτω. *Palmer.*

V. 28. Ασυρα &c.] Optime reposuit Vossius Αστυρα, & ex loco Strabonis nobis præluxit ad veram lectionem: non dubito igitur, quin scripserit Scylax: Αστυρα οὗ τὸ ἱερὸν οἱ Αδραμύττιοι Αδραμύττιον, *Astyra, ubi sacrum habent Adramyttii.* Putavit exscriptor Αδραμύττιοι & Αδραμύττιον esse repetitionem mendosam, & alterum sustulit. *Palmerius.*

V. ult. Η Κίων χώρα] Vera lectio ἡ Χίων χώρα. Loquitur autem hic Scylax de locis, quæ Lesbii, & Chii, in continente possederunt; quæ sane non paucæ fuerunt. Quin ipsa quoque Troas Lesbiorum fuisset jure hæreditario, ni eam Athenienses, duce Phrynone, præoccupassent; ut satis constat ex Strabonis lib. XIII. Atarneus autem Chiorum fuit, id namque ipsis mercedis loco datum à Mazare, quod Pactyam ei restituissent: ut cognoscere est ex Herodoti lib. I. *Voss.*

P. 37. v. 4. Χρύνειον] Lege Γρύνειον. Stephanus: Γρύνειον πολίχνιον Μυρειναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Απόλλωνος &c. Sic namque legendus hic locus, ut patet è Strabone lib. XIII. cujus ipsissima hæc sunt de Grynio. *Vossius.*

V. 10. Καὶ λιμένες] Merito offendit ad hoc λιμένας Vir nobilis. Sed quis ille mos est tot literas ejiciendi? Unde Λεβηδὸς credit ab Scylace portum modo considerari? Res clara est, & literæ docent

docent & Τῆμνος. Strabo lib. XIII. Ταῖς Αἰολικαῖς πόλεσιν ἐπὶ & ταῖς Αἰγαῖς περιληπτέον καὶ τὴν Τῆμνον. Plinius. V, 29. *Fuit in ora ejus oppidum Temnos, . . . Leuce in promontorio* *Gronov.*

V. 15. Αἰγαὶ π.] Vix dubitem, quin hæc sit eadem, quæ Ptolemæo est Αγαρα, quam Lydiæ adscribit. Admodum enim falluntur, qui putant, hanc eandem ac Ægas Æolicas; quas jam supra recensuit Scylax. *Vossius.* ---- Non potest esse Αἰγάρα, quam urbem Ptolemæus Lydiæ adscribit, quæ non attingebat mare (pace Commentatoris doctissimi dixerim) sed omnino legendum Ἔραι, quæ urbs erat in eo ordine cum portu, Teiis vicina, de qua Thucydides libro 8. & Strabo libro 14. cujus locum adscribam, quoniam emendatione opus habet: Πρὶν δ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρύθρας πρῶτον μὲν Γέρραι πολίχνιον, εἶτα Τήιον, *Prius autem, quam veniatur ad Erythras, primum quidem Eræ oppidulum.* Lege ex Thucydide, πρῶτον μὲν γ' Ἔραι, πολίχνιον ἐστὶ Τηΐων. Sed de hoc loco ad Strabonem dicendum erit. *Palmer.*

V. 22. Ἐρασισρ. Χωρ. &c.] Nihil alii Geographi, aut Historici, de his; uti neque iis cognita Ακαδαμις, quam subjungit. Sunt autem omnia hæc loca agri Samii; ut satis testatur paulo infra. Sed de locis, quæ Samii in continenti possederunt, consule cum alios, tum Strabonem lib. XIV. *Vossius.* ---- Itaque ut pro virili instauremus, pro voce Φώκαια, quam urbem alieno loco ponit, & recte jam superius locata est, patet legi debere Φύγελα, quæ satis nota apud omnes Geographos, & circa has partes, ita ponente Plinio, ut postquam ab Priene consideravisset oram Trogiliam, in qua Panionium, addat, *Juxta à fugitivis conditum Phygela fuit.* In voce Ακαδαμις sunt omnia similia voci Ασκανδαλις, quam ponit Plinius V, 27. in Lycia. *Gronov*

P. 38. V. 14. Κατὰ ταῦτα Κερ. &c.] Cave putes Con insulam vicinam sinui Ceramico, Rhodo enim proximus hic sinus; Coos Triopio, de quo infra Scylax. Schol. Theocriti ad Idyll. XVII. ἡ Βερενίκη θυγάτηρ Αντιγόνης τῆς Κασσάνδρου τοῦ Αντιπάτρου ἀδελφοῦ, ὑποδεικνύοντος τὴν ἐν Κῷ περὶ Τριόπιον τῶν Δωριέων σύνοδον, & τὴν αὐτόθι δρωμένην πανήγυριν &c. Ita legendum. Vulgo enim pessime, τὴν ἐν περὶ Τριόπιον. *Vossius.*

V. 25. Αρχαία πόλις] Nihil mutandum esse arbitror. Insulas enim πόλεις appellari, nihil novi. Sic & supra; Φάρος νῆσος Ελληνίς, καὶ Ισσα νῆσος, & πόλεις Ελληνίδες αὗται. Sic Himerius apud Photium in oratione, quæ inscribitur, εἰς τὴν τῆς Κυπρίων ἐπιδημίαν. Sic quoque apud Eustachium Archilochus Thasum τρισοιζυρὴν πόλιν vocat. Apud Aristophanem Sicilia insula dicitur πόλις, cum de ea sic loquitur: Οἷα πόλις πάλαι ἂν διαλυμαίνετ'. Unde apud Hesychium: πόλιν τὴν Σικελίαν, ἀντὶ τοῦ νῆσον. Sic legendum. Vulgo perperam

πόλισιν,

πολίϛην, Σικελίαν ἀντὶ τῆς νήσου. Anacreonti Samus ἄϛυ νυμφίων appellatur. Idem Hesychius: ἄϛυ νυμφίων, τὴν Σάμον Ανακρέων, ἐπεὶ ὕστερον εὔυδρος ἐγένετο. Sed ut inquit Julius Pollux lib. IX. τοῖς ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις, οὐ προσεκτέον. Sed nequeo satis mirari, quod cum Pollux hoc loco inquiat, κώμας à poëtis quibusdam urbes vocari, statim, in testimonium istius rei, subdat hos Euripidis versus: Εὔβοια Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις. Ixione. Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις. Temenidis. At quis unquam Eubœam, & Peloponnesum, κώμην dixit? certe nemo. Harpocration etiam in voce Κεῖοι, testis est, Lysiam, in oratione περὶ τῆς ἰδίων εὐεργεσιῶν, ita scripsisse: Οἱ Κεῖοι μία πόλις τοσαύτη. Unde mirum videtur Josephum libro I. contra Appionem, reprehendere Ephorum, quod tradiderit, πόλιν μίαν εἶναι τοὺς Ἴβηρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς Ἑσπερίας γῆς κατοικοῦντας. Plane enim fallitur ipse. Græci quippe, ut ex his, quæ jam attulimus, satis patet, non tantum πλειόνων κωμῶν κοινωνίαν appellant πόλιν, sed etiam πλειόνων πόλεων κοινωνίαν. *Vossius.*

P. 39. v. 6. Ξάνθος δι' οὗ ἀνάπλ.] Hæc acriter exagitat Vossius in notis ad Melam, adeo ut Xanthi ostia ab Limyris remotiora & ultra Patara notet fuisse sita. Equidem scribit Strabo, μετὰ τὸν Ξάνθον esse Πάταρα; sed eo sermone non abigitur hæc urbs ab Xanthi ripa. Immo Appianus lib. IV. Belli Civilis, quum Πάταρα describat πόλιν ἐοικυῖαν ἐπινείῳ Ξανθίων, certe significat apposita fuisse illi fluvio, per quem descensus erat ad ejus velut navale. Itaque ἀνάπλους, qui innuitur ab Scylace, potest accipi non multus ab mari. Etiam ἀνάπλους ex mari ad urbem Limyra erat circiter XX. modo stadiorum. *Gronov.*

V. 11. Λιγαία π.] Forte Γαγαία πόλις. Stephanus: Γάγαι πόλις Λυκίας &c. Sæpissime enim urbium nomina, quæ in αι terminantur, fiunt singularia, additione τοῦ α, ut Αἰγαὶ Αἰγαία, Πύλαι Πυλαία, Ἀμφαναὶ Ἀμφαναία, & sexcentis aliis. *Vossius.*

V. 12. Χελιδονίαι] Hujus promontorii meminit Plinius lib. V. cap. XXVII. Strabo ἄκραν ἱερὰν vocat lib. XIV. Sed miror, cum Dionysius Alexandrinus, Strabo, Plinius, & alii plures, tres Chelidonias insulas faciant, Scylacem binas tantum dicere. *Vossius.*

V. 14. Σιδηροῦς] Puto, hanc eandem esse, ac illam, de qua Stephanus, Σιδαροῦς πόλις Λυκίας, καὶ λιμὴν, &c. Sic legendum. *Voss.*

V. 21. Νῆσος Αὐραία &c.] In alio codice erat, καὶ ποταμὸς Καταρρ * * Unde fac Καταρ:άκτης. Totum autem locum ex emendatione magni Salmasii [in Exercit. Plin. p. 548.] ita rescribe: νῆσος Λυρνατία, Ολβία, Μάγυδος, καὶ ποταμὸς Καταρράκτης ποταμὸς, Πέργη πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. *Vossius.* ---- Utique Καταρρέκτης hic vel Καταῤῥάκτης etiam notus fuit & publicatus in hoc loco ab Hœschelio [cujus hæc sunt verba: lege Μάσυδος καὶ ποταμὸς * καταρρ-

ις.

ιτ. καταῤῥάκτης: vel καταῤῥάκτης. vide Ptol. l. 5. in Pamphyliæ descriptione] & Λυρνατία fuerit Lyciæ χερρόνησος vel χωρίον, non legitur fuisse νῆσ☉. Unde forsan erit, ut Scylacis νῆσος Λύρνια possit esse Stephani Byzantii νῆσος Αρχαίς. Porro hanc oram Lyciæ sic retulit Geographus Ravennas lib. 11. *Aspendos, Perge, Antrapa, Cambra, Magydo, Erinudi, Atalia, Olivia, Faselis.* Ubi in quarto & tertio vocabulo patet residere literas vocis Καταῤῥ. quasi præter Cataracten fluvium fuerit aliquod instar urbis in ostio ejus exstructum. Etsi videatur ante vocem Πέργη fluvius præivisse. *Gronovius.*

V. 23. Εντεῦθεν πυρ.] Suspectus locus. Forte: Πέργη πόλις, & ἱερὸν Αρτέμιδ☉ ἐντεῦθα. Παράπλες δ' ἐστὶ Λυκίας ἡμέρας & νυκτός. Ο δ' περὶ γῆν διπλάσι☉ τέτε. Εστι γὰρ κολπώδης. Inquit Lyciam, procul à littore cursum tenenti, spatio diei & noctis prætervehi: oras vero legentibus, laciniasque sinuum circumeuntibus, biduo & binoctio opus esse, cum sit maxime sinuosa. *Vossius.*

P. 40. v. 14. Σητὶν λιμ.] Ita etiam Latina Vossii *Ad Setum vero portum,* quo nomine prorsus nemo illic fuit. Sed egregie nomen illi verum restituo τὴν Σύκην. Ex Stephano & Athenæo nota fuit viris doctis Cilissa illa Σύκη: sed eam hic positam fuisse unus profecto nos docet Ravennas Geographus ita recensens hæc loca, *Anemurion, Arsinoë, Sicæ, Celenderis,* ut abhinc ille Scylacem sit stabiliturus. Arsinoën quoque notat Strabo ἔχεν πρόσορμον. *Gronov.*

V. 18. Οἄνοι π. E. ἀπ.] Existimo, hic numerum stadiorum, vel navigationis spatium, intercidisse: imo vereor, ne & ipsum urbis nomen corruptum sit. *Vossius.* ---- Satis liquido in vocabulo primo residet urbs Ολμοι, quæ aliis appellata Ολμος, quam plane facit Strabo Celenderi vicinam, nisi quod postponat, quum Scylax videatur priorem locare. Sed id constat sæpius accidere. *Gronovius.*

V. 19. Ερημος] Non potest dubitari, quin pro Ερημος sit reponendum Λάτμ☉. Hoc enim nomine locus & fluvius illic occurrit apud Strabonem, ὁ Λάτμ☉ ποταμὸς & κώμη ὁμώνυμος. ideo Scylax quoque voluit dare dignationem urbis. *Gronov.*

P. 41. v. 6. Κλειτὶν] Nihil mutandum. Λιμὴν κλειτὸς idem est, qui κλειστός. Similiter λιμένα κλυτὸν, etiam κλυτὸν dixerunt veteres, ablegato τῷ σ Glossographus: λιμένα κλυτὸν, τὸν ἀεὶ κλυδωνιζόμενον ὑπὸ τῆς θαλάττης λιμένα, ἐκβεβλημένε τῷ σ. Vide eum. *Vossius.*

V. 7. Κερωνεια] Sic scribendum, non Κιρωνια, ut apud Ptolemæum [in Tabulis.] Plinio est Cinyria transpositis literis. male. *Voss.* ---- Ptolemæo in Ed. Bertii est Κερωνια. Hic loci Κιρωνια legendum censet Meursius. Κινυρία malint alii.

Ee V. 9. Μα

V. 9. Μάgελον] Unus tantum Stephanus hujus urbis meminit. *Voss.* ---- Imo Marium memorat Plinius, l. 5. c. 31. & Diodorus Siculus, l. 19. c. 59 & 62, Μάgελον urbem ſupponit, alias Μαgιον vel Μαgελίων non meminiſſet. *Gronov.*

V. 23. Βασίλεια Τύρε &c.] De Voſſii emendatione [quam vide in Var. lect. ad p. 41.] dubitare videtur Gronovius, qui ita interpretatur hunc locum: *regia Tyri circiter octo ſtadia* occupans ſpatio, *& portus ab terra*, hoc eſt, verſus Syriam, non ad occidentem & magnum mare.

V. 26. Τρίπολις] Hæc multo celebrior eſt, quam illa altera Tripolis, quæ præceſſit: cujus ſane nullam alibi mentionem fieri arbitror; hujus vero apud Hiſtoricos, & Geographos, paſſim mentio occurrit. Luculentam ejus deſcriptionem vide in Diodoro Siculo lib. 16. p. 531. *Voſſius.*

V. ult. Εχόρη &c.] Hunc dativum Voſſius in ἐχόρη convertit. Debuit progredi, ut etiam legeretur ἔχει vel εἶχεν. *Gronov.*

P. 42. v. 2. Τήgος &c.] Certe conſtat ſcriptum ab Scylace eſſe Τελήρης. Strabo lib. XVI. pag. 754. quum egiſſet de præcedente Tripoli, eique συνεχὲς εἶναι τὸ τῆ θεῦ πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος, pergit: Μεταξὺ δὲ Τελήρης χωρίον τι. Sic ex urbe paulatim declinaverat iſte locus inter ætatem Scylacis & Strabonis, cujus cauſa eſt apud Polybium l. v. p. 68. *Gronov.*

V. 3. Βηρυτὸς πόλις &c.] Stephanus ſic vocatam inquit hanc urbem διὰ τὸ εὔυδρον. Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρὰ αὐτοῖς. Heſychius Βὴρ, τὸ φρέαρ. Nimirum בר. *Voſſius.*

V. 4. Πορφυρέων πόλις] Valde ambigo an ſecedi ſic oportuerit [ut placet Voſſio & Salmaſio, in Var. lect. ad hanc pag.] ab ſcriptura primogenia, quam Hœſchelius dedit, πορφυρέων nam videtur intellexiſſe urinatores ipſos ad piſcandas purpuræ conchas, ut ſit ſecundus caſus τῆ πορφυρέως. Certe urbs Πορφυρεὼν Stephano, ut videtur, ex Polybio l. v. p. 68. memorata hinc longe abeſt, utpote vicina regno Ægypti. *Gronovius.*

V. 5. Κλειστὸς] Pro κλειστός. Sic quoque ſupra de Salamine in Cypro; ad quem locum vide quæ notavimus. Portus enim Sidoniorum claudi poterat, adeo ut tuto in hoc naves hibernarent. Sed operæ pretium fuerit, ſi de nobiliſſimo hoc Sidoniorum portu conſulas Achillem Tatium in limine ſuaviſſimi operis. *Voſſ.*

V. 7. Τυρίων πόλις, πόλις Σάρα] Atqui Sara, ſive Sarra, eadem eſt, quæ Palætyrus: Palætyrum vero ſtatim poſt recenſet. Præterea conſtat, Græcos hoc ævo ignoraſſe Sarram. Sero enim à Romanis id nomen acceperunt. Sarram vero eſſe Palætyrum, non eſt quod quiſquam ambigat. Mentio ejus eſt Joſuæ cap. XIX. De ea enim intelligendum, non de Tyro inſula, quam multis demum

demum ſeculis poſt conditam eſſe, teſtantur Joſephus, Euſebius, aliique. Palætyrus ergo Græcorum, eſt Latinorum Sarra; unde Carthaginienſium origines eſſe conſtat. Tyrum enim inſulam ita nemo dixit. Quamvis Hebræi ignorent diſcrimen: utramque enim, & Tyrum veterem, & Tyrum inſulam צר appellant communi vocabulo. Ex quo, quia Græci, Latinique צ, ſive τς non habent, tum σ abjecto fecere Τύρος: tum τ rejecto, *Sarra.* Nullo itaque modo apud Scylacem toleranda Sarræ appellatio. Scribe, Τυρίων πόλις Σάρεπτα, ἄλλη πόλις Τύρος &c. quæ eſt magni Salmaſii emendatio. Saraptam nemo ignorat. *Voſſius.*

V. 10. Καὶ ἀπέχει &c.] Neſcio utrum de induſtria, an per conniventiam Voſſius ita interpretatus ſit, *abeſt à continenti ſtadiis* III, quod mutari oportet. *Gronov.*

V. 11. Πάλιν Τύρος &c.] Lege Παλαίτυρος. Scio, Ptolemæo, (niſi locus corruptus) Tyrum, vocari Palætyrum: ſed quam recte, viderint alii. Inter littorales enim urbes Syriæ numerat Tyrum ἐπέχουσαν καὶ μῆκος μοίρας ξζ'. καὶ πλάτος λγ'. ς'. Tyrum vero inſulam προσγειοτ, magis ad boream, καὶ μῆκος, ξζ. πλάτος, λγ'. γ'. Falluntur enim, qui de eadem Tyro Ptolemæum loqui credunt. Idem error apud Stephanum; ubi inquit, Tyrum quoque Παλαίτυρον vocitatam. *Voſſius.*

V. 12. Καὶ πόλις τῶν **.] Mirum in modum, quæ ſequuntur, exeſa ſunt. Veſtigiorum tamen reliquiis inſiſtendo, hoc potui exſculpere: Καὶ πόλις τῶν Εκδίππων καὶ ποταμὸς, καὶ Ακη πόλις. Εξῆς Βῆλος πόλις Τυρίων, Κάρμηλος ὄρος καὶ ἱερὸν Διὸς, Αραδος πόλις Σιδωνίων, Συκάμινων πόλις Σιδωνίων, Ιοππη. Εκτεθῆναί φασιν ἐνταῦθα τὴν Ανδρομέδαν τῷ κήτει. Ασκάλων πόλις Τυρίων, καὶ βασίλεια ἐνταῦθα τῆς Κοίλης Συρίας. *Voſſ.* ---- Horum primam partem confirmat eximie Geographus Ravennas, *Dora*, *Ptolomagida*, *Ecdippa*, *Tyros.* Sed in ſequentibus video negligi reverentiam vetuſtati debitam. Quomodo enim à ſe impetrare potuit Voſſius, ut omnem mentionem Dori urbis, ne Ravennati quidem omiſſæ, expulerit? Hæc inviolata manere debet. Quinetiam illud ὄρος ἱερὸν Διὸς non Carmelum intelligit Holſtenius ad Ortelium pag. 85. ſed Garizim. Sed etiam, licet ſeries cum Ravennate conveniat, equidem cur credatur à Scylace potius dicta πόλις τῶν Εκδίππων, quam τὰ Εκδίππα, non intelligo, & forſan ut antea ſtatuit πόλιν τῶν πορφυρέων, ita nunc quoque illic agnoſcebatur ab Scylace πόλις τῶν ὑαλιτῶν. iſtud enim littus plenum ὑαλίτιδος ἄμμου ponitur ab Strabone inter Tyrum & Acen. Hinc docemur utique latere alia, & fortaſſis pro Αραδος reponenda Γάδαρος, quæ Straboni dicitur Γαδαρὶς, vicina Azoto & Joppæ. *Gronovius.*

V. 20. Παράπλους κοίλης Συρίας -------- Ασκάλωνος] Hæc qui-

dem lacuna indubitate suppleri potest interponendo ἀπὸ Τελπόλεως μέχρι. Etiam mox apparet auctorem loqui de Arabibus. *Gronov.*

P. 43. V. 12. ἰδέαν ὁμοία πελέκει] Pulchre Ægyptum bipenni sive securi utrinque acumen habenti comparat. De simplici enim securi, quam Græci ἡμιπέλεκκον, vel ἀξίνην simpliciter, barbari etiam δεξιπέλεκον appellant, capi hoc neutiquam potest. Unam siquidem securis alam constituit Ægyptus inferior; sive Delta utrumque. Ad Memphin igitur, ubi Ægyptus in arctissimum contrahitur, est foramen sive ὀπὴ, cui scapus ligneus accommodatur. Superior Ægypti portio alteram securis alam exprimit. Plane itaque securim refert Ægyptus, dempto manubrio. Qualis etiam est illa Simmiæ. Sciolus quispiam manubrium huic securi aptarat. Sed hoc non esse ab ipso auctore, invictis argumentis ostendit Cl. Salmasius. Quamvis in eo differentia sit, quod in hac securi brachia ferrea æqualia non sint, ut in illa Simmiæ. Superior enim illa Ægypti pars, quæ ultra Memphin, multo latior est, longiusque excurrit. Et id Scylacem voluisse indicare his verbis, τὸ μείζον τὸ ἄνωθεν Αἰγύπτου &c. [prout emendantur in Var. lect. ad p. 43.] nullus dubito. *Vossius.*

V. 29. Σημεῖά ἐστιν ἐν αὐτῇ &c.] In his latine reddendis interpres magis fuit sollicitus de gubernatore, quam de Menelao, quæ non videtur fuisse mens Scylacis, qui scribit, *& monumenta sunt in illa Menelai, gubernatoris ejus ab Troja*, vel *Trojani nomine Canopi sepulchrum. Gronov.*

P. 44. V. 3. ΛΙΒΥΗ] Deest in editione Hœschelii.

V. 5. Ἀδυρμαχίδαι] Nihil mutandum. Sic namque vocantur etiam Herodoto Melpomene. Meminit & Silius lib. IX:

Et Massylæ acies, & ferro vivere lætum
Vulgus Adyrmachidæ.

Sic scribe. Emendandus & Stephanus: Ἀδυρμαχίδαι, Λιβύης ἔθνος. *Vossius.*

V. 8. Ἄνυδρος] At quomodo Homerus Ὀδυσσ. δ. insulam hanc ἄνυδρον, aquam dicit habere?

Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν τ' ἀπὸ νῆας ἐΐσας
Ἐς πόντον βάλλουσιν ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ.

Recte Strabo lib. I. ὅτι τὸ ὑδρεῖον ἐκλείπειν ἀδυνάτην, ὅτι τὴν ὑδρείαν ἐκ τῆς νήσου γίνεσθαι φασὶν, ἀλλὰ τὴν ἀναγωγὴν μόνην διὰ τὴν τοῦ λιμένος ἀρετὴν, τὸ δὲ ὕδωρ ἐκ τῆς περαίας ἀρύεσθαι παρέχειν, &c. Mariam enim aquatum ibant: cujus aqua erat potabilis; ut testatur Scylax verbis sequentibus: ὕδωρ δὲ ἐκ τῆς Μαρίας λίμνης ὑδρεύονται· ἔστι γὰρ πότιμος. Male itaque veterum nonnulli Homerum hic reprehenderunt. *Voss.*

V. 15. Πλινθῖνος ἐστὶ κόλπος] Sinus hic Herodoto lib. II. appellatur Πλινθινήτης. Oppidum enim est Πλινθίνη, Ptolemæo, & Stephano;

phano; cujus verba ſic reſcribe, Πλινθίνη πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἀπὸ τῆς Μαρείας. Ο πολίτης Πλινθινήτης. Non, ut vulgo, Σχεμαρείας. *Voſſ.*

P. 45. v. 3. Εκ Πλύνων εἰς Πετρ.] Hujus Petrantis mentionem habes apud Ptolemæum, ubi ſcribitur, Πέτρας μεγάλης λιμήν. ſed videtur librariorum incuria factum, ut hic μεγάλης legatur, pro μεγάλη, qui putarunt Πέτρας eſſe genitivum à Πέτρα. Idem error eſt in Petrantis parvæ appellatione. Cum enim Ptolemæus ſcripſiſſet, Πέτρας μικρὸς λιμήν. illi reſcripſerunt, Πέτρα σμικρὰ λιμήν. *Voſſius.* ---- Itane? quum ipſe increpet librarios Ptolemæi: quum agnoſcat Πέτρας, Πετρᾶντος: ſic quoque dicet Πετρᾶντα μεγάλην ex Scylace? Apage hoc genus ſupplementi, præſertim quum manifeſte ſequatur Πέτραντος μικρϑ. Sed & in margine aliter conjiciebat *f.* λιμένα. Itaque ſaltem facies Πετρᾶντα μέγαν. *Gronov.*

V. 6. Κυθράνειον] Ptolemæo eſt Σκυθρανὸς λιμήν. Sine dubio vitioſe. *Voſſius.*

V. 7. Αντίπυργος λιμήν] Ptolemæo dicitur Αντίπυργος λιμήν. ſed & hoc mihi ſuſpectum eſt. Male in tabulis Peutingerianis legitur, *Antipege*, pro *Antipygus*. Quamvis in itinerario Antonini, ſive potius Æthici, non habeatur. Unde tamen hauſtum eſt, quicquid in illis legitur tabulis. *Voſſius.* ---- Hunc Scylacis Αντίπυργον λιμένα mirabiliter confirmat Geographi Ravennatis ſera memoria, qui lib. IV. recenſet in his locis *Gonia, Antipegoni, Cardum. Gronovius.*

V. 11. Χερρόνησοι Αχίλλεις λιμήν] Quænam ſint hæ Cherſoneſi, neſcio. Hoc veriſimile eſt, de iiſdem loqui circa finem hujus capitis, ubi vocantur Χερρόνησοι τῶν Αντιδῶν: unde patet, alterutrum eſſe corruptum: vel fortaſſe utrumque. Ptolemæus hic recenſet Cherſoneſum magnam, ut & alii. *Voſſ.* ---- De una Cherſoneſo locutum nunc Scylacem docent ſequentia, Εν δὲ τῷ μέσῳ Πετρᾶντος καὶ Χερρονήσου. Etiam Hœſchelius edidit Αχιλλεῖς. Inde patet ſcripſiſſe Απὸ Πέτραντος μικρϑ Χερρόνησος, Αζιρίτης (vel Αζιλίτης) λιμήν. Eſt enim hic locus quantivis pretii, unde lux datur omnibus, qui vel Αζιριν urbem vel Αζιλιν memorarunt, ut Herodoto, Stephano, Callimachi ſcholiaſtæ, unde viri docti jam excerpſerunt, ut certa ejus noſcatur jam poſitio. Hujus portus mentionem quoque facit Syneſius, ſed paulum mutato nomine in Epiſtola IV. πλῶτε ναῦν ὁρμίζει λιμενίσκῳ χαρίεντι. Αζάριον οἶμαι καλοῦσιν αὐτό. Ubi Petavius notat Ptolem. in deſcriptione Libyæ Azar montis meminiſſe, & Azarorum Plin. lib. 6. cap. 29. At hi Pliniani Azari ſunt ad ſinum Arabicum, quum Syneſius naviget in mari mediterraneo ab Alexandria, & Pharium quoque Myrmeca nominet; Ptolemæus autem iſtum montem ponat ἐν τῇ ὑπὸ Αἴγυπτον Αἰθιοπίᾳ. Itaque egregie iſta conveniunt. Intellexit Syneſius hunc ipſum, ſive

ille

ille tunc Ἀζάριλος quoque vocatus fuerit, ſive ſcripſerit Ἀζίριν. Certe ego non dubito, quin hunc ipſum innuat Geographus Ravennas in vocabulo *Meciris*, ut legitur in codice Lugdunenſi, ubi Gallica editio habet *Metiris*, ſtatim ante voces modo ex eodem citatas. Itaque quum Voſſii interpretatio parum mihi placeat, alteram loco accommodari malim: viz. *Poſt Petrantem parvum Cherſoneſus, Azirites portus. Hæc ſunt in Cyrenenſium regione. Gronovius.*

V. 14. Ἀηδωνία καὶ Πλάταια] Ptolemæo hæc eſt Ἀηδωνίς. De Platæa vero inſula vide Herodotum lib. IV. Cæterum vehementer falli, qui hanc Aedoniam, ac Platæam, eandem faciunt, ex hoc Scylacis loco manifeſtum eſt. *Voſſius.*

V. 16. Σίλφιον φύεται γνῆς] Quid velit poſtrema vox, nec exprimit Voſſius, nec ipſe aſſequor, pro qua repono γνήσιον. *Gronov.*

V. 17. Παρήκει δὲ ἀπὸ &c.] Verborum ſenſus eſt: hoc ſilphium, vel regio veri ſilphii ferax *procedit ab Cherſoneſo per mediterraneam regionem uſque ad Heſperidas.* Hîc diſtingues, & pergit Scylax in maritimis. *Prope terram circiter ſtadia quadraginta quingenta Aphrodiſias inſula.* Cum ſequentibus enim his illa pars jungenda. *Gronovius.*

P. 46. v. 4. Ἐκ δὲ Κυρήνης &c.] In his tenebris id tamen patet, diſtinxiſſe auctorem, Φυκοῦς κόλπος, ἄνης δὲ ἐντεῦθα. Opinor enim ſignificari nunc id ipſum ab Scylace, quod Pomponius Mela dixit, ab Bryone promontorio incipientem oram uſque ad Phycunta importuoſo litore pertinere. Ut in voce Ἄνης notetur innavigabilis, etſi in Græcis fragmentis non exſtare meminerim alteram ejus vocis mentionem. Sed & præcedentia forſan hoc innuunt: *Eſt autem Cyrene regio importuoſa & oræ ſunt ſectæ. Uſque ad Heſperidas ſunt hæc, Phycus ſinus, ſed innavigabilis.* Sic Græca erunt. Ἔστι δὲ Κυρήνη ἀλίμενος, καὶ χωρία ἐστὶν ἐξεστραμμένα. Μέχρι Ἑσπερίδων, τάδε· Φυκοῦς κόλπος, ἄνης δέ. *Gronovius.*

V. 7. Ἄνης δὲ ἐντ.] Optime emendavit magnus Salmaſius [in Exerc. Plin. p. 264, 265.] ἐντεῦθα ἐστὶν ὁ κῆπος τῶν Ἑσπερίδων· ἔστι δὲ τόπος βαθὺς ὀργυιῶν ιη', &c. dein μηλέαι παντοδαπαί, ῥοαί, ἄπιοι, μιμαίκυλα, συκάμινα, ἄμπελοι, μυρσίναι, δάφναι, κισσὸς, ἐλαῖαι, κότινοι, ἀμυγδαλαῖ, καρύαι· τῶν δὲ χωρίων, ἃ οὐκ εἴρηται, ἐστὶ κατὰ τὸν κῆπον, Ἄμπελος, ἄπιος ἀλλάσσει στάδια λ'. Χερρόνησος, κῆποι πλεῖστοι, Ζώνειρις, Ταύχειρα, Καινὴ χώμη, Ἑσπερίδες πόλις καὶ λιμήν. *Voſſius.*

V. 18. Τῶν δὲ χωρίων &c.] Horum ſententia videtur, *locorum vero nonnulla non memorantur*, nomen non habent, ut ſit idem ac χωρίων ἐστὶν ἅ. Mox digero, Ἔστι δὲ κατὰ τὸν κῆπον Ἄμπελος, Ἄπιος ἀλλάσσει στάδια α'. *Præterea circa hortum eſt Ampelos* urbs, *ab Api abeſt ſtadia mille. Gronov.*

P. 47.

P. 47. V. 3. Τούτων δὲ ἔχονται &c.] Nec Græca hæc intelligo, & sequentia opinor pessime distincta, quæ sic opinor collocanda. Τούτου δὲ ἔχονται Λιβύων ἔθνος παρὰ τὴν Σύρτιν μέχρι τοῦ στόματος τῆς Σύρτιδος Μακαί. Χειμάζουσιν ἐπὶ θαλάττῃ τὰ βοσκήματα κλείοντες· τοῦ δὲ θέρους &c. *Huic apposita est Libyum natio juxta Syrtin usque ad Syrtis os Macæ. Hibernant ad mare greges inclusos habentes. Gronov.*

V. 6. Μακαὶ χειμάζουσιν ἐπὶ &c.] Macas inquit hyeme ad mare se continere, pluviatilemque aquam potare, cum nulli sint hic amnes: æstate vero, cum imbre destituuntur, ad mediterranea se loca conferre, ad Cinypa, aliosque, qui in eum amnes devehuntur. Verum hic non satis convenire videtur Herodotus cum Scylace; qui lib. IV. Nasamones, quorum eadem ratio, æstate ait, relictis ad mare pecoribus, ad Ægila se recipere, ut inde palmulas decerpant. Quæro itaque, si pecora ad mare relinquantur, quonam potu, pluvia deficiente, alantur? non credo, ea ad mare potatum ivisse; quod in quibusdam Ponti locis contigisse, Arrianus tradit. Sed non una hirundo facit ver. Ejus præterea rei naturalis est ratio, propter fluviorum, qui se in eum exonerant, multitudinem. Præterea non verisimile, palmarum eos fructum æstate decerpsisse, ut inquit Herodotus, cum is ante autumnum maturescat nusquam. Locus Herodoti sic se habet: Αὐχισέων δὲ τούτων τὸ πρὸς ἑσπέρης ἔχονται Νασάμωνες ἔθνος ἐὸν πολλόν. Οἳ τὸ θέρος καταλείποντες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ τὰ πρόβατα, ἀναβαίνουσι ἐς Αὔγιλα χῶρον ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας. Sed si legatur, οἳ μετὰ τὸ θέρος, sublata fuerit omnis difficultas. Et sic sibi invicem constabunt Scylax, & Herodotus: nimirum ut Nasamones, & Macæ, dicantur æstate in mediterraneis egisse locis: ingruente vero autumno, pecora ad maritimas oras abegisse: eo vero tempore autumni, quo palmulæ maturæ redditæ fuerint, rursum ad mediterranea revertentes loca, eas decerpsisse, & sic ad sua concessisse pecora, hyememque ibi exegisse. *Vossius.*

V. 29. Γραφάρα] Ptolemæo est Γαράφα λιμήν. quod metuo ne corruptum sit. *Voss.*

P. 48. V. 2. Ἀπὸ δὲ Ἀβροτόνου &c.] Omnino legendum: Ἀπὸ δὲ Ἀβροτόνου Οἶη ἡμέρας μιᾶς. quam vocem patet absorptam ab exitu vocis præcedentis & principio sequentis, in quibus sunt eædem literæ. Plinius clare circa hæc loca. *Ibi civitas Oeensis, Cinyps fluvius, ac regio, oppida Neapolis, Gaphra, Abrotonum. Gronov.*

V. 4. Βραχείων] Nemo, quod sciam, hujus meminit insulæ; ut nec ejus, quæ sequitur; quam tamen eandem, ac Lotophagitum, arbitror. *Vossius.*

V. 8. Λωτός, ὃν ἐσθίουσιν, καὶ ἕτερος] Duas recenset species loti: unam, quam edunt, alteram, ex qua vinum sibi conficiunt, cujus fru-

ctus

ctus multo major erat, & vinosior arbuto, ut Scylaci placuit; vel, ut Polybio, olivæ non absimilis magnitudine. Is egregie hanc describit apud Athenæum libro XIV. Herodotus autem lib. IV. cap. 177. ad hunc modum: *Horum Gindanorum oram in mare porrectam incolunt Lotophagi, qui è solo loti fructu victitant: qui fructus est instar fructus lentisci, suavitate assimilis fructui palmarum. ex hoc fructu Lotophagi vinum conficiunt.* Sed si loti fructus non major fuerit quam lentisci, omnino hæc alia fuerit, quam Scylax, & Polybius, describunt. Ego certe arbitror, hanc eandem esse ac eam, quam Scylax lotophagos inquit comedere. Sed illa posteriora Herodoti verba, quibus indicat, eos inde vinum expressisse, non accipienda de eadem loti specie. Ita Scylacem superius, cum inquit, λωτῷ χρῶνται σίτῳ, καὶ ποτῷ, non intellexisse de eadem loti specie, ex sequentibus patet. Interim illi loti fructus, unde vinosum hunc exprimebant succum, majores erant iis, qui in farinæ usum cedebant: at non è contrario. Et hoc quidem pacto lotophagi solo loto vitam egisse dicuntur. Stephanus ex Herodoto: μόνον τοῦ λωτοῦ ἐσθίοντες ζῶσι. Miror vero, Strabonem lib. XVII, ridere Artemidorum Ephesium; quod id ipsum retulisset. Sed mihi cæterorum auctoritas hac in re pluris est, & præsertim Polybii αὐτόπτου. *Voss.*

V. 19. Ἀπὸ δὲ Ἐχιδῶν] Sane sunt hæc ignotissima, ut non sine causa metum suum proferat Vossius. Pro his autem, ut Latine appellat, Eschidibus videtur desiderari vetusta & rara vox ἀπὸ δὲ Ἐριζιδῶν. Quod non aliunde probaverim, nisi ex Stephano. Ἐριζιδεῦ, μέρος Λωτοφάγων. Φίλιστος ὀγδόῳ. ad quæ verba consistit omnis amplitudo doctrinæ eorum, qui eum tantis commentariis ampliarunt. *Gronov*

V. 25. Ἀπὸ δὲ Θάψου &c.] Nulla nota Thapsus minor, nulla Syrtis Cercinitica. Itaque in notis ad Melam, p. 95. legendum monui: Ἀπὸ δὲ Θάψου Λέπτις μικρὰ καὶ Ἀδρύμης ἐστί. Κόλπος μέγας ἔσω Κερκινίτης, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ καλουμένη, *Post Thapsum Leptis parva & Adrumetum est. Intus sinus magnus Cercinites, in quo Syrtis est parva appellata.* Geographus Ravennas *Adrimetum*, *Ruspina*, *Lepteminus*, *Tapsum.* Quomodo potuit infra dicere Ἀπὸ Ἀδριμήτου, vel ut Vossius corrigit Ἀδρύμητος, nisi positionem ejus præmisisset? *Gronov* ---- Aliqua ratione ferri potest ea quam profert lectio. Sed vero infeliciter vexat ea quæ sequuntur, quæque optime se habent, κόλπος μέγας ἔσω, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστιν ἡ μικρὰ Κερκινῖτις καλουμένη Cum enim sinum hunc, in quo est Syrtis, terminent hinc Cercinna, inde Lotophagorum insula; cur non æque bene Syrtis ista dicatur Κερκινῖτις, quam Λωτοφαγῖτις. *Vossius* in Append. observat. ad Melam. p. 21.

P. 49.

P. 49. v. 1. Περίμετρον στάδια G'.] Sic videtur rescripsisse Hœschelius, cum in MS. esset ϡ: forte quod non intelligeret hanc notam, quæ tamen valet CIↃ CIↃ. Infra enim, sic legitur in MS. Κρήτης αὐτῆς μῆκος στάδια G' φ. Supra vero jam dixit Cretæ longitudinem esse stadiorum CIↃ CIↃ IↃ. Porro cum Scylax inquit Syrtidis minoris ambitum esse stadiorum CIↃ CIↃ, à Strabone & Plinio dissentit. Non tamen ab uno magis, quam altero. Hic siquidem eam facit stadiorum CIↃ IↃC: alter vero, Polybii auctoritate, CCC M. passuum, quæ sunt stadia CIↃ CIↃ CCCC. *Vossius.*

V. 12. Λίβυες πέντε] Hæc scriptura est ab editione Vossii, quum Hœschelius dederit Λίβυοι πέντε, quod dubito an non deducat ad Λιβοφοίνικες, vel ad οἱ Βύζαντες, quippe quorum urbem Byzacium mox innuit. *Gronov.*

V. 15. Καὶ κάλλιστοι] Delendum hic τὸ, καὶ κάλλιστοι. Statim vero post legendum est omnino, ἡμερῶν τριῶν, vel ἡμερῶν γ'. Sæpe enim hæc litera in τ' corrumpitur. *Vossius.*

P. 50. v. 15. Λαμπάς. αὕτη] Forte legendum Λαμπάδουσα πύργους ἔχει. Ambigo de nomine ejus insulæ, an, ut hoc loco scriptum fuit, Λαμπάδουσα vocari debeat, an Λεπάδουσα. Si Λαμπάδουσα, nomen habuit proculdubio ἀπὸ τῶν Λαμπάδων, & tunc legerem πύργους ἔχει, id est, ignes accensos ad nautas monendos, ne in cautes inciderent. Si Λεπάδουσα, à rupibus acutis dicta fuit, ἀπὸ τῶν Λεπάδων (quod accedit ad nomen hodiernum, nam *Lipadosa* ab Italis vocatur, & est admodum aspera cautibus) vel forte à piscium abundantia, quæ λεπάδες vocantur. *Palmerius.*

V. 27. Πιθηκοῦσαι λιμὴν] Phœnices aliter, idem tamen significante vocabulo, hanc civitatem appellabant: ut constat ex Diodoro Siculo lib. xx. dicitque, sic nominatam esse, quod simias pro Diis colerent. Plura vide de his apud eum. Videntur autem Pithecusæ una fuisse civitas, quamvis plures urbes fuerint, ut Phœnicum Tripolis, & aliæ. *Vossius.*

V. 29. Θάψος &c.] Vide, num sit, quam Ptolemæus, & alii, Tipasam appellant. *Vossius.*

P. 51. v. 9. Πόλις Με--- καὶ λιμὴν] Mirum sane, cur Vossio non in mentem venerit πόλις Μεταγώνιον καὶ λιμὴν, quam ita volebat ab omnibus prope fretum collocari, ut ne Melam quidem exciperet. Sed potuerunt eo nomine fuisse plura vel oppida vel loca. *Gronov.*

V. 12. Ηρακλέη στήλη] Videtur ita distinguendum & scribendum: Ἡράκλεια στήλη ἐν Λιβύῃ, ἄκρα Ἀβιλύκη, πόλις. Dicebatur enim ut Abila & Abinna, sic & Abilyx & Abilyce, ut nos docuit Salmasius in Solinum. Απινλύκη editum ab Hœschelio. *Gronov.*

V. 27. Τιθεμένου &c.] Sequens vestigia priscæ lectionis, sic restituo: τιθεμένου τοῦ λογισμοῦ κατὰ ταῦτα, ὥσπερ Ἀσία καὶ Εὐρώπη γέγραπται. *Gronov.*

F f f P. 52.

P. 52. v. 18. Κηφησίας] Hunc lacum Plinius quoque, lib. XXXVII. cap. II. *Cephesiada* appellat, & juxta mare Atlanticum locat. Scylax eum ponit inter Herculeas Columnas, & Hermæam promontorium: quod idem est. Est namque & alterum promontorium Hermæa, præter id, quod sinus Carthaginensis facit: estque illud extra Columnas, ut supra ex Scylace patuit. Herma enim vocatur hic locus à Græcis, propterea, quod arbitrarentur, Herculem viam hanc lapidibus constravisse. Herodotus Polymnia: ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕρματα μεγάλα ἔβαλεν ἐς τὸ στόμα τοῦ ὠκεανοῦ. Quippe Herma, auctore Hesychio, notat ἔρεισμα, στήριγμα, ἢ τῶν πετρώδη καὶ ἐπικυματιζόμενον, ὥστε μὴ βλέπειν, τόπον τῆς θαλάσσης. Item alibi: Ἕρματα ὕφαλοι πέτραι. Testatur quoque id ipsum Rufus Festus in ora maritima:

Aliique rursus Herculis dicunt viam:
Stravisse quippe maria fertur Hercules,
Iter ut pateret facile captivo gregi.

Alii alia de causa arbitrati sunt hunc locum ἕρμα appellari. Nimirum quod sepes esset interni & externi maris. Nam Ἕρμα est περίφραγμα Græcis, vel, ut Rufus vertit, *cespitum munitio*:

- - - - - Post in occiduum diem
Sacrum hunc vocavit Herma quondam Græcia.
Est Herma porro cespitum munitio,
Interfluumque altrinsecus munit locum.

Quod hic Festus Herma collocat ad promontorium Sacrum Hispaniæ maxime occidentale, in eo nihil abscedit ab Scylace. Extenditur enim Herma ab promontorio Hermæa, usque prædictum sacrum promontorium, quod Scylax proxime testatur, cum inquit: Τέταται δὲ τὸ ἕρμα ἐπὶ ἑτέραν ἄκραν τῆς Εὐρώπης τὴν καταντικρύ. Τῇ δὲ ἄκρᾳ ταύτῃ ὄνομα ἱερὸν ἀκρωτήριον. Id promontorium *Hermæam* Romani videntur appellasse, *Ad Mercuri*. Antonius in initio Itinerarii: *Ab exploratione, quæ ad Mercuri dicitur, Tingim usque, M.P.CLXXIIII.* Hic autem locus appellatur exploratio, quod latentia sub aquis saxa bolide sua nautica præternavigantes explorare cogerentur, ne naufragii periculum subirent. Quamobrem Mercurio ejus rei indici & nuncio saxum id, sive promontorium, dedicarant. Num idem sit, quod Ampelusia, dubito. Pomponius Mela lib. I. cap. V. *Primæ partes illæ Europæ, hæ Africæ. Ejus oræ finis Mulucha: caput atque exordium est promontorium, quod Græci Ampelusiam, Afri aliter, sed idem significante vocabulo, appellant.* Ptolemæo hic est Κώτης ἄκρον: an recte, ambigo. Certe illum sinum, quem Abyle & Hermæa promontoria conficiunt, Coten appellari, diserte testatur Scylax; non ipsum promontorium. Urbem tamen ejusdem cum hoc sinu nominis

minis refert Plinius lib. v. cap. I. *Promontorium Oceani extimum Ampelusia nominatur à Græcis. Oppida fuere Lixa, Cotes, ultra columnas Herculis. Vossius.*

V. eod. Κώτης] *Cotes* Straboni & Ptolemæo est Africæ promontorium in extremo freto situm. Puto Pœnos appellasse קוטף *Cotef*, id est, τοῦ τρυγῶντος *vindemiantis*, quia Mela *Ampelusiam* exponit. Verba sunt: *Caput atque exordium* (Africæ) *est promontorium quod Græci Ampelusiam, Afri aliter, sed idem significante vocabulo, appellant.* Plinio quoque id promontorium Ampelusia dicitur: sed Cotes est vicinum oppidum. *Promontorium*, ait, *Oceani extimum Ampelusia nominatur à Græcis. Oppida fuere Lixa, Cotes, ultra columnas Herculis*, &c. At in Scylace Κώτης est sinus in ipso freto inter columnas & Ἑρμαίαν ἄκραν. Sic ille vocat Ampelusiam propter ἕρματα μεγάλα *vasta hermata*, quæ inde extendi tradit usque ad Europæ Sacrum promontorium. *Bochart.*

V. 21. Ἕρματα] *Hermata* plerique ex Suida exponunt, *magnos lapides*, aut ex Hesychio ὑφάλους πέτρας *saxa sub mari latentia*, & τὸ πετρῶδη καὶ ἐπικυματιζόμενον, ὥστε μὴ βλέπειν, τόπον τῆς θαλάσσης, *locum ad mare saxosum & fluctibus obrutum ita ut non appareat.* Quomodo sumpsit Lucianus libro de scribenda historia, cum Ægypti Parætoniam tradit esse παγχάλεπον καὶ ἄφυκτον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρματα, *perdifficilem & inextricabilem, si quis in hermata incidat*, id est, *in scopulos latentes.* Strabo χοιράδας appellat. Sic à Scylace sumi ἕρματα satis constat, cum addit: οὐχ' ὑπερέχοντα τῆς θαλάσσης· ἐπικλύζει δὲ ἐπ' αὐτὰ ἐνιαχῆ, *supra mare exstantia non sunt, sed à fluctibus undique obruta.* Herculem his saxis in mare injectis freti fauces ex parte obstruxisse nonnulli volunt ut Oceani cete arceret ab aditu maris interni. Vetus auctor apud Suidam: Ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕρματα μεγάλα ἔβαλεν εἰς τὸ στόμα τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἂν ἐμπόδια εἴη τοῖς ἐπιφερομένοις θηρίοις, *Hercules magna hermata in Oceani ostium conjecit ut belluis accedentibus essent impedimento.* Eundem alii fabulantur his saxis in mari viam stravisse per quam Geryonis armenta ex Erythia abduceret. Avienus:

Aliique rursus Herculis dicunt viam:
Stravisse quippe maria fertur Hercules,
Iter ut pateret facile captivo gregi.

At Arabes (qui Alexandro tribuunt hoc operis) aiunt רציף aggerem è lapidibus ex utraque parte freti extructum ut irruentis Oceani impetus sisteretur. Phœnices verisimile est idem de Hercule suo jactasse, & locum ideo ערמא *Herma* vocasse, unde vox manarit ad Græcos. Ut enim Hebræis ערם *aram* vel *haram* coacervare, de aquis usurpatur Exod 15, 8. sic Arabibus ערם *arem* vel *harem* est agger quo cohibentur aquæ, ut docui-

Fff 2 mus

mus in Phaleg. lib. 2. cap. 26. Ita proxime accesserit Hesychius ad genuinam vocis significationem, cum ἕρματα exponit περιφράγματι, id est, septa & obices. Quo faciunt hæc Avieni:

Est herma porro cespitum munitio,
Interfluumque altrinsecus munit locum. *Bochart.*

P. 53. v. 1. Λίξος] Eratostheni *Lixus*, Ptolemæo Λίξα, Plinio *Lissa*, & Λύγξ Stephano ex Artemidoro, ni fallor, qui Eratosthenem reprehendit, quod *Lixum* pro *Linge* dixerit, apud Strabonem lib. 17. Fluvius item à Stephano *Linx*, & Ptolemæo *Lix* appellatur. Nomen Phœnicium erat ליש *Laix* vel *Lix*. ש per x effero ut Hispani solent. ליש Hebræis est *leo*; quod genus in Mauritania frequens. Vide Philostratum initio lib. 5. & Strabonem lib. 17. ubi *Linga* perperam cum *Tinge* vel *Tingi* confundit, unde Mauritania Tingitana. *Bochart.*

V. 6. Ἀπὸ Θυμιατ. &c.] Annon literæ postulant Ἀπὸ Θυμιατηρίας ἐπὶ Σολόεις ἄκρα? Mox non intelligo, cur Vossius ita mutaverit ἐπὶ δὲ τὸ ἀκρωτήριον, quum ab Hœschelio sit editum τῷ ἀκρωτηρίῳ. *Gronovius.*

V. 13. Δαίδαλον &c.] *Artificiose eam confectam esse ajunt.* Quis oro id ex illis exsculperet? an vero idem est ac legeretur πεποιῆσθαι vel πεποιηκέναι? Imo ait Scylax, *Dædalum fecisse dicunt.* *Gronov.*

V. 17. Κατὰ δὲ ταῦτα &c.] A columnis Herculis Cernen perveniri, inquit Scylax, diebus duodecim. Supra vero jam dixit, ab Carthagine ad Columnas navigari diebus septem, & totidem noctibus. Hanno tamen navigationem ab Carthagine ad Columnas, & ab his ad Cernen, æqualem taxat, p. 3. Sed de diurna tantum navigatione loquitur hoc loco Scylax. Quod si ea æstate fiat, satis bene conveniunt inter se. De hac Plinius lib. VI. cap. XXXI. *Polybius in extrema Mauritania, contra montem Atlantem, à terra stadia octo abesse prodidit Cernen. Nepos Cornelius, ex adverso maxime Carthaginis, à continente passus mille; non ampliore circuitu duobus millibus.* Ultima hæc verba Cornelium ex Hannone depromsisse, quivis facile viderit; quamvis in ambitu insulæ non conveniant. Sed miror, Polybium Cernen ex adverso Atlantis collocasse, cum tamen Hanno & Scylax tam longe ultra Soluntem describant. Nec aliter videtur sensisse Cornelius Nepos. Frustra enim illi sunt, qui inepte adeo hæc verba ejus intellexerunt, ut Cernen prope Carthaginem in ipso sinu descripserint. Somnium, credo, suum stabilient hisce Palæphati verbis: Οἱ δὲ Κερναῖοι κατὰ γένος μέν εἰσιν Αἰθίοπες· οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κυρήνην (lego Κέρνην) ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. Ἄρχουσι δὲ Λιβύην περὶ τὸν Ἄννωνα ποταμὸν κατὰ Καρχηδόνα· εἰσὶ δὲ σφόδρα χρυσοῖ. Κατὰ Καρχηδόνα interpretantur *prope Carthaginem.* Sed si extra columnas, quomodo

modo prope Carthaginem? κατὰ hic est κατ' εὐθὺ, ut inquit Hanno. Nihil certius. Nec minus delirant, qui dicunt, esse Hiberniam. Iis, qui S. Laurentii insulam esse contendunt, condonandum, quod non sine auctore errent. Et ita quidem multo plurimi transtulerunt hanc insulam. Translata quibusdam est in novum orbem. Et quo tandem non retulissent, nisi vir incomparabilis Cl. Salmasius [in Exercit. Plin. p. 878.] eam suo reddidisset loco? *Voss.* ---- Vide Reinesii ἱστορούμενα linguæ Punicæ, c. 2.

V. 26. Τῆς Κέρνης δ' &c.] Hic jam communem Geographorum morem imitatur Scylax: qui cum ad ea devenissent, quarum nullam haberent cognitionem, ut ignorationem suam hac in parte excusarent, nescio quæ non absurda fingebant, loca æstu & frigore exusta, feris plena, vastis obsita montibus; insuper maria alga, cœno, variisque monstrorum generibus, referta. Sic in Herodoti Melpomene, Sataspes apud Regem Xerxem excusat se, quod ulterius non processerit navigando, quoniam navigium retineretur; nimirum alga, aut cœno. Egregie de hac re Plutarchus Theseo, & Tatianus contra Græcos. *Vossius.*

P. 54. v. 3. Φοίνικες] Pœnos potius Africanos, quam Phœnices Asiaticos (ut existimat Cluverius in Sicilia antiq l. 1. c. 2.) hanc navigationem instituisse & commercia cum Cernæis habuisse verisimile est. *Reinesius.*

V. 5. Τοὺς μὲν πωλοῦς &c.] Τοὺς μὲν γαύλους &c. restituit Salmasius. Γαῦλοι enim sunt τὰ φοινικικὰ πλοῖα Hesychio & aliis. Narrat hanc eandem rem etiam Herodotus Melpomene, multo plenius. Consule præterea Aloysium Cadamustum cap. XI. ex quo cognosces, id ipsum etiam nunc ibi fieri apud Nigritas nonnullos. Sciendum autem hic est, Scylacem nunc non loqui de Cernes inhabitatoribus: sed de Æthiopibus, qui in continente erant ex adverso hujus insulæ. Fieri enim non potest, ut in insula, cujus circuitus quinque tantum sit stadiorum, ista fiant. Quod si ambitus, juxta Cornelium Nepotem, fuerit duorum passuum millium, ne isto pacto quidem suffecerit. Rufus Festus Æthiopas in Cerne incolas recenset: sed an fides ei habenda sit, dubito. Versus ejus hoc modo legendi sunt:

------- At quantum terrarum interna recedunt,
Ut procul Oceano tellus vicina madescat:
Æthiopum populos alit ampli cespitis ora:
Terminus Æthiopum populos alit ultima Cerne.

Sic vero Dionysius:

——— Ἐν δὲ μυχοῖσι
Βόσκοντ' ἠπείροιο πανύστατοι Αἰθιοπῆες,
Αὐτῷ ὠκεανῷ πυμάτης παρὰ Τέμπεα Κέρνης.

Nulli

Nulli hic Æthiopes in insula ponuntur. Unde apparet, Rufum hoc de suo addidisse. Unus Palæphatus Cernen ab Æthiopibus inhabitari, inquit. Sed mihi hac in re Hannonis αὐτόπτου fides potior. Non me movet, quod Plinius Orientalem Cernen ab Æthiopibus teneri ait. Illa enim nihil ad hanc. Et sane fabulosa est, ut jam animadvertit Cl. Salmasius, in divino Plinianarum exercitationum opere. *Vossius.* ------ Restitutio hæc Salmasii [quam vide in var. lect.] admodum probabilis videtur, præterquam in verbo καθορμίζουσι, quod reponit pro literis ἐσθ' ὁρμίζουσι. Palam patet inde fieri debere ἐφορμίζουσι: & quod vocem αὐτοῖς omittat post ποιησάμενοι, quod plane non est necessarium, & optime illa vox ferri potest. Cæterum ex hoc loco videtur emendari debere Scholiastes Juvenalis, à quo *Canna Micipsarum* in Satyr. 5. exponitur *gandeia*, & edidit Pithæus, quum dici debeat *gauleia*. *Gronov.*

V. 11. Πωλοῦσι δὲ πρὸς] Præpositionem inclusit uncis Hœschelius hoc modo [πρὸς] quos rejicit quidem Vossius; nullam tamen ejus voculæ rationem in interpretando ponit, quum tamen bene se exprimat Scylax, notans Æthiopas hos mutasse merces Phœnicias pellibus hujusmodi, non pecunia, & ad pelles contraxisse. *Gronovius.*

V. 13. Ὀδόντων] Nota asterisci ab Hœschelio voci ὀδόντων adposita de mendo monet. Id ego eluo, legoque ὀδόντας. *Reinesius.*

V. 30. Μύρον λίθον &c.] Caute & curiose Vossius *unguenti Ægyptii lapidem.* Quod unde exsculpsit? Legerem potius, μύρον, λίθον, Αἰγύπτιον, vel simpliciter μύρον, λίθον Αἰγύπτιον, *unguentum & marmor Ægyptium.* *Gronovius.*

P. 55. V. 21. Ἀπὸ τοῦ Ἀνδρου] Lege ἀπ' αὐτῆς Ἄνδρου &c. Sic enim semper loquitur infra: αὐτῆς δὲ τῆς νήσου ἐπὶ τὸ ἀκρωτήριον. Et rursus: αὐτῆς δὲ τῆς Ἰκάρου, & sic in cæteris. *Palmerius.*

V. 29. Ἐπὶ τοὺς Μελαντ.] Melantios Scopulos prope Theram collocat Apollonii Scholiastes: Μελάντιοι σκόπελοι δύο πρὸς τῇ Θήρᾳ, οὕτως ὀνομαζόμενοι, ἀπὸ Μελάντου τοῦ κατασχόντος τὴν χώραν, τὴν προσηγορίαν ἔχοντες. Sed satis ingens intercedit spatium inter Theram, & Melantios scopulos; ut ex Scylace, & Strabone lib. XIV, patet; apud quem vocantur σκόπελοι Μελανθίοι, male. Non enim à Melantho, sed à Melante, sic dicuntur. Statim post scripsimus: αὐτῆς δὲ τῆς Ἰκάρου στάδιοι ς' ἐστὶ μῆκος. Non ἐπὶ μῆκος. *Vossius.*

P. 56. V. 19. Μεγίστη Σαρδώ] Sardiniam antiquitus Græcis parum fuisse notam, vel ex eo constat, quod Scylax Sicilia majorem faciat, contra quam Strabo, Diodorus Siculus, & Marcianus Heracleota.

ANNO-

ANNOTATIONES IN AGATHARCHIDEM DE RUBRO MARI.

PAG. I. V. 4. ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛ.] Agatharchides Ἐρυθρᾶς θαλάσσης nomine nihil aliud intelligere videtur, quam Arabicum sinum: quod ejus circumvectionem à parte Arabiæ Sabæorum (qui ad fauces ipsas & angustias Arabici sinus positi sunt) mentione clausit. Vide *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 353.

V. 11. Πτολεμαῖον] Elephantum venationem à Philadelpho institutam innuit: cujus etiam jussu Ptolemaïs urbs (ut tradunt Strabo & Plinius) πρὸς τῇ θήρᾳ τῶν ἐλεφάντων, ad primos Elephantum venatus, condita est: & exinde dicta Πτολεμαῒς ἐπὶ θήρας, & Πτολεμαῒς θηρῶν, *Ptolemaïs venationum*.

P. 2. v. 3. Ὅτι τὴν Ἐρυθρὰν θαλ.] Vide Strab. lib. 16. p. 779.

P. 7. v. 10. Εἰς τὴν γῆν &c.] Palæphatus in libro περὶ ἀπίστων refert Cæneum à Lapithis comprehensum injecta terra finiisse vitam.

P. 9. v. 2. Φορκίδας] De Phorcydis vide Palæphatum de Incredibilibus Historiis, & Heraclitum de Incredibilibus.

P. 15. v. 29. Τόξοις] Æthiopum arcus quatuor cubitorum fuisse constanter tradunt veteres, ut Herodotus, lib. 7. Diodorus Siculus, lib. 3. Sagittas è contra brevissimas, quarum acumen non ex ferro sed lapide acuminato, ut prodiderunt Herodotus, Heliodorus, Lucianus de Saltatione. Vide Bocharti Geogr. Sacr. l. 4. part. poster. c. 26.

P. 16. v. 11. Ἐκ τῆς πέμπτης] Diodorus Siculus, qui pæne ad verbum omnia Arabica sua ex Agatharchide hausit, in iisdem enarrandis cum Auctore nostro mirifice consentit: illa tamen non ex libro quinto, sed secundo de rebus Asiaticis se desumsisse fatetur, lib. III. p. 149.

P. 23. v. 20. Ὁ τῶν λίθων διαιρῶν] Apud Diodorum Sic. p. 150. ὁ τῶν λίθων διακρίνων, *qui saxum dijudicat*, &c.

V. 27. Οὐ τείχη τὴν πλ.] Deest περιθοάζοντες, aut simile huic verbum

bum. Sic enim Diodorus, p. 151. οὐ τέχνῃ τοῖς ἔργοις, ἀλλὰ βίᾳ προσαναγκάζοντες.

P. 24. v. 14. Ἐκτὸς τῶν στομ.] Brettus noſter, alteram lectionem ſequutus, vertit, *intra bucculas exportantes* &c. Vulgatam lectionem firmat Diodorus Sic. p. 131. *Impuberes autem pueri per cuniculos in excavatos petræ ſinus ingreſſi, projecta minutim fruſta laborioſè egerunt,* καὶ πρὸς τὸν ἐκτὸς τοῦ στομίου τόπον εἰς ὕπαιθρον ἀποκομίζουσι, *& ſub dio extra oſtium deponunt.*

P. 25. v. 17. Τὸ μὲν γεῶδες &c.] Sic Diodorus, lib. III. p. 151. *Quicquid in eo terrenum eſt humore eliquatum* καταῤῥεῖ κατὰ τὴν τῆς σανίδος ἔγκλισιν *per aſſamenti devexitatem defluit,* τὸ δὲ χρυσίον ἔχον &c. *aurum vero gravitate ſua ſubſidens in tabula remanet* &c.

P. 26. v. 5. Πίτυρον] Hîc vocem ἐμβάλλουσι excidiſſe ſuſpicor, ex Diodoro, p. 151.

P. 27. v. 24. Αὐταίων] Male ſcriptum Αὐταίων pro Αἰλάνων, qui in intimo receſſu ſinus Arabici. *Holſten.* ad *Ortelium* p. 5, 6.

P. 29. v. 5. Στρέφουσιν &c.] Rectius interpretatur Brettus: *nec diu in altera torreri ſinunt, quin alteram etiam partem ſoli obverſent.* Sic enim Diodorus l. III. p. 123. *Quæ cum ingenti ſolis æſtu, velut igne, exardeſcunt,* βραχὺν ἐάσαντες χρόνον στρέφουσι, *poſt exiguum intervallum eos vertunt.*

V. 16. Τούτου γὰρ συμμιγ.] Diodorus ibid. τούτου γὰρ συγκαταχρωσθέντος, τὸ πᾶν γίνεται χρῶμα κολλῶδες, *hac infectura totum illud in unius coloris maſſam conglutinatur.* Sic itaque Agatharchidem interpretatur Brettus: *eo enim admixto univerſam maſſam conſolidant, reduntque ampliorem.*

P. 30. v. 12. Ἀφαιροῦσι] Διαιροῦσι κατ' ἄρθρον Diodoro Siculo, p. 157.

P. 34. v. 2. Τὴν δὲ ἀπέναντι &c.] Diodorus, p. 157. τὴν δὲ λοιπὴν πλευρὰν τὸ πέλαγος ὁρίζοντος. Hinc vocem πελάγους librariorum incuria intercidiſſe conjicio.

P. 50. v. 16. Καμηλοπάρδαλις] Εἶδον τὸ ποιοῦτον ζῶον κἀγὼ, παρὰ τοῦ τυραννοῦντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σταλὲν τῷ βασιλεῖ ἡμῶν. ζοράφιν δ' ἐκάλει τοῦτο ὁ ἀγαγὼν βάρβαρος. *Schol. Max. Margunii.* Eadem fere cum Auctore noſtro de animalibus prodigioſis habet Strabo, atque Artemidoro accepta refert: quæ argumento ſunt Artemidorum pariter ac Diodorum ſcrinia Agatharchidis compilaſſe.

P. 51. v. 24. Τὰ δὲ κέρατα &c] Agatharchidis mens eſt iſtiuſmodi taurum alio omni tempore cornua mobilia habere ſicut aures; cum vero pugnandum, ea ſiſtere, ita ut adæque firmiter hæreant atque iis animalibus, quibus à natura fixa ſunt & immobilia. Hoc idem narrat de eale Plinius, quæ ſimiliter cornua flexibilia circumfert. *Salmaſ.* in Exercit Plin. p. 711.

P. 59. v. 7. Οὐ χηλῆς ἐντύπωμα] *Non ungulæ veſtigium*, interprete Rhodomanno:

Rhodomanno: *non ſpecies promontorii*, in verſione *Bretti*.. χηλὴ portûs pars, de qua vide Thucyd. p. 445. & Schol. ad eundem, p. 34. *Ed. Oxon.* Hinc apud Diodorum, p. 177. pro ἐκ ὕλῃ legendum ſuſpicor ἐν χηλῇ.

P. 64. v. 29. Γερραίων] Si cum ſimplici ρ ſcribatur, ut apud Polybium & Strabonem, propius accedet ad Hebræum *gerim*, & Chaldæum *geraja*, quomodo vocant *advenas*, quales erant illi Gerrhæi, ut dicit Strabo. *Bochart*.

V. 31. Πᾶν τι πίπτ.] Vertit Reineſius: *quicquid præſtantiſſimum in ſuo genere habetur.*

ANNOTATIONES
IN
ARRIANI PERIPLUM
PONTI EUXINI.

PAG. 1. V. 1. ΑΡΡΙΑΝΟΥ] Titulus ſic concipitur in Excerptis Arriani in codice Cæſareo: Ἀρριανοῦ περίπλους Εὐξείνου Πόντου, καὶ Βιθυνίας τῆς περὶ Πόντον· περίπλους Παφλαγονίας· περίπλους Πόντων τῶν δύο· περίπλους τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου· περίπλους Θρᾳκικῆς τῆς περὶ Πόντον. Vide Lambecii Comm. de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, lib. 5. pag. 153.

P. 3. v. penult. Ἔπειτα δὲ ἄφνω &c.] Sic vertit Adr. Turnebus: *poſtea repente nubes coorta, ab Auſtri parte rupta, atrocem flatum invexit nobis adverſum, quod unum vel maxime nobis bono fuit.* Et mox infra: *quodque Tragicus ſcribit, Aqua hæc exhauriebatur, influebat alia.*

P. 5. v. 21. Ἀλλὰ καὶ &c.] *Verum etiam clavi, & cera deraſa, ita ut* &c. interprete Turnebo.

P. 7. v. 19. Ἀρχαίων] Vide Var. lect. ad Scylacem, p. 32.

P. 8 v. 1. Κουφότατον &c.] Interpretatur Turnebus: *leviſſimam aquam præſtat, & inſoliti coloris.*

P. 9. v. 17. Λιθίνης &c.] Olim apud veteres anchoras lapideas in uſu fuiſſe manifeſtiſſime liquet ex Apollonio Rhodio in lib. 1. Argonaut. Immo anchoris ex ſaxo uſos veteres teſtatur Stephanus in voce Ἀγκυρῶν: quam urbem ita vocatam eſſe dicit, quia ibi

ex adjacente lapicidina anchoras lapideas, quibus utebantur, scindebant.

P. 12. v. 29. Ὧδε ἔχει] Ex Excerptis Arriani in codice Cæsareo post ὧδε ἔχει adde: Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἐν τοῖς δεξιοῖς τῆς Ἀσίας μέρεσιν, αἱ πόλεις [al. ἀπὸ] εἰσὶ τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, κεῖται χωρίον λεγόμενον Ἱερὸν, ἐν ᾧ ναός ἐστι Διὸς Οὐρίου οὕτω προσαγορευόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ χωρίον ἀφετήριόν ἐστι τοῖς εἰς τὸν Πόντον πλέουσι. Τοῖς πλέουσι δὲ εἰς τὸν Πόντον δεξιᾷ [ἐν δεξιᾷ, seu ἐπὶ δεξιᾷ] εἰς τὴν Ἀσίαν, τὸ λεγόμενον μέρος τοῦ Βιθυνῶν ἔθνους, τὸ πρὸς τὸν Πόντον κείμενον, ὃ περιπλέουσι, οὕτως ἔχει. Quicquid nempe inter verba ὧδε ἔχει & οὕτως ἔχει fuit in medio, incuria librarii omissum est. cujusmodi errores etiam à Typographis propter similitudinem verborum sæpe solent committi. Vide Lambecii Comm. de Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, lib. 12. p. 107. & lib. 5. p. 153. Vide etiam Nesselium, p. 305.

P. 14. v. 18. Ἐνθένδε εἰς Κρηνίδας &c.] Stadiorum numeri mihi videntur corruptissimi. Cum Menippo & Marciano Heracl. p. 70. legendum εἴκοσι pro ἑξήκοντα, & χωρίον pro ἐμπόριον. *Berkelius* ad Stephanum, p. 476.

P. 15. v. 4. Ἐρυθίνους] Ἐρύθινοι σκόπελοι νῆσοι memorantur Ptolemæo, l. 5. c. 1. non tamen inter Amastrim & Cromnam collocat, sed prope Heracleam Ponti.

P. 18. v. 8. Τάδε μὲν &c.] Sic Turnebus: *Hæc summa locorum est eorum, quæ à Byzantio dextra navigantibus ad Dioscuriadem numerantur; quo limite desinit Romanum imperium dextra Pontum innavigantibus.*

P. 19. v. 4. Ζίκχους] Ζίγχους legit *Adr. Turnebus.*

V. 25. Καὶ ὁρμᾶται &c.] Itidem in Fragmento Peripli Ponti Euxini, p. 4. Ἐξίησι δὲ δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον εἰς τὴν λεγομένην Μαιῶτιν, εἰς τὸν Κιμμερικὸν καλούμενον Βόσπορον. Ad quem locum sic Vossius. Mirabitur forsan aliquis, quod hic inquiat, in Bosporum Cimmerium exonerari Tanain; & quod infra os Mæotidis paludis idem faciat ac os Tanaïdis, cum tamen tam vastum intersit spatium. Sane id ipsum quoque inquit Arrianus in περίπλῳ Ponti. Τάναϊς ποταμὸς λέγεται ὁρίζειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας τὴν Εὐρώπην, καὶ ὁρμᾶται μὲν ἀπὸ λίμνης τῆς Μαιώτιδος, ἐσβάλλει δὲ εἰς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου Πόντου. Hunc locum frustra emendare aggressi sunt viri docti. Plutarchus junior in fragmento de fluminibus, Criu-metopon ad Tanaïn collocat: Παράκειται δὲ τῷ Ταναΐδι ὄρος τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐνοικούντων προσαγορευόμενον Βρίξαβα, ὅπερ μεθερμηνευόμενόν ἐστιν Κριοῦ μέτωπον. Alibi quoque similia occurrunt exempla, ubi urbes Bosporanæ, Tanaïticæ dicuntur. Ratio ejus rei est, quod Bosporus Cimmerius etiam Tanaïs appellatus fuerit. Ostendit hoc Procopius lib. IV. de Gothis. Τάναϊν γὰρ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι καὶ τὴν ἐκβολὴν πᾶσαν ἐκ λίμνης ἀρξαμένην τῆς Μαιώτιδος,

πόλις, ἄχρι ἐς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Ammianus Marcellinus hoc fretum appellat *angustias Panticapes*, à Panticapæo urbe, non minus ibi clara, quam Cimmerium. Utrumque enim dicitur, Παντικάπη, & Παντικάπαιον sive Παντικάπαιον. Verba ejus sunt libro XXII. *Prope palus est Mæotis amplissimi circumgressus: ex cujus uberrimis venis, per Panticapes angustias, undarum magnitudo prorumpit in Pontum.* Male vulgo legitur, *per patares angustias. Vossius.*

V. 31. Τοὺς σοὺς ἄθλους &c.] Legit Vossius: τοὺς ἄθλους τούσδε. & mox, τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης, μέγαν ἠδ᾽ Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν. Sic autem in Æschyli editione Stanlejana:

Πῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης,
Μέγαν πῇ δ᾽ Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν.
Duplicem terræ Europææ
Asiæque magnum terminum Phasin.

P. 20. v. 7. Εἰς κώμην Καζέκαν] Εἰς κώμην Καζίκας habet Auctor Fragmenti Peripli Ponti Euxini, quæ lectio verior est. Sic & Ακρας κώμιον apud eundem. *Voss.*

V. 8. Στάδιοι εἴκοσι καὶ τετρακόσιοι] Hoc vero esse non potest, ut à Panticapæo ad Cazecam sint stadia CCCCXX. nam non à Panticapæo, sed à Myrmecio esse tot stadia, dicendum ipsi fuerat. *Vossius.*

V. 11. Πάλαι ἐν Ελλ.] Πάλαι ἐν Ελλὰς, πόλις &c. in *Ed. Bas.* Male ideo Stuckius edidit Ελληνίς. Tractus enim Theudosianus Hellas dicebatur. Unde Mæotin paludem ἐν τῇ Ελλάδι ponit Hesychius: Μαιῶτις λίμνη, ἐν τῇ Ελλάδι. *Vossius.*

V. 15. Καὶ ἔνθεν εἰς Αλμιτίδα] Non cohærere hæc facile quivis videt. Non enim addidit, quot stadia inter Halmitida & Lampada sint. Halmyrin autem lacum putat Commentator Arriani, quam in ostiis Danubii Plinius recenset. Inepte. Quidam Σαπρὰν λίμνην, quæ in Mæotin exit, augurantur. Sed hæc in cervice peninsulæ, illa vero in fronte. Lege itaque Λαμπάδα, non Αλμιτίδα. *Vossius.*

P. 21. v. 15. Επὶ τῆς χροίας] Forsan legendum ἀπὸ τῆς χροίας, ut habetur in Fragmento Peripli Ponti Euxini. *Vossius.*

P. 22. v. 16. Τὰ δὲ ἀφεῖναι &c.] *Alios vero Achilli liberos dimittunt,* Turnebo interprete.

P. 24. v. 4. Κάλλαντρον] Scribe Καλλαντίαν. Nam dicitur Καλλαντία & Καλλατία. Unde Demetrius Callantianus & Callatianus dicitur. Solet enim litera sæpe interseri hujusmodi vocabulis; ut Amisus Aminsus, Arybas Arymbas, Ateas Anteas. *Vossius.*

ANNOTATIONES IN PERIPLUM MARIS ERYTHRÆI.

PAG. 2. V. 23. Ἀδουλεὶ] Forsan scribendum Ἀδουλὶ vel Ἀδουλι, olim enim absque ς scriptum esse testatur Stephanus Byzantius in voce Ἄδουλις.

P. 4. v. 7. Καὶ ἄβολοι] Ἄβολοι χρωμάτινοι sunt colorei singillones. Vir doctus, qui *abollas* vertit, ignorabat, quid essent ἄβολοι. Aliis quidem locis ejusdem opusculi *abollarum* meminit Arrianus, sed ἀβόλλας nominat, ut paulo post. Ἄβολοι autem aliud sunt. Græci enim ἀβόλους χιτῶνας vocant, quæ alio nomine ἁπλοΐδες dicuntur: ut διβόλους iidem dicunt, quæ aliter διπλοΐδες. *Salmas.* in notis ad Flavium Vopiscum, p. 398.

V. 9. Καὶ ἄλλης μυῤῥίνης] Omnino persuadeo mihi legendum esse καὶ ὑαλῆς μυῤῥίνης. Meminit enim Plinius hujus Murrini vitri. *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 144, 769.

P. 5. v. 7. Λάκκος χρωμάτινος] Puto minima mutatione scribendum esse λέκκος χρωμάτινος. nam λέκκος & λέκκη Græcis auctoribus pro *læna* sumitur. *Salmas.* in notis ad Flavium Vopiscum, pag. 398.

P. 6. v. 7. Διαφερόντων] *Al.* διαφορόντων.

P. 9. v. 32. Παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν &c.] Locus sic corrigendus: μετὰ δύο δρόμους νυχθημέρους παρ' αὐτὸ τὸ Πράσον ἄκρον εἰς ἣν Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος &c. nam non est credibile meminisse illius insulæ auctorem peripli, nec promontorii mentionem fecisse, cui adposita erat, longe celeberrimi. Emendatio hujus loci, quam alii proponunt, & quam habent pro optima, ea falsissima est: παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν, ἔπι Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος [vel, ἔπι νὴ δι' ἣν Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος.] Multo minus tolerari potest expositio, qua eam adstruunt correctionem. Alios nempe ad ortum eam insulam ponere, alios ad occasum. Hoc de Cerne fortasse dici posset, de cujus situ dubitasse scimus veteres. Sed alia est Menuthias à Cerne. Præterea ridiculus esset auctor Peripli, si exponere ingressus oceanum Indicum

cum & Eoi oceani insulas, inter eas reponeret hanc insulam, quæ est occidentalis oceani. Postquam, inquiunt, Menuthiadem ad occidentem collocasset, seipsum corrigit, & ad orientem ponit. Scilicet occidentalem insulam inter insulas orientis recenseret, & mox recensionis hujus pœniteret, & ab occasu in exortum uno pedatu volaret. Quid ille hominis esset, qui ita scriberet? *Salmas.* in Exerc. Plin. p. 878. ---- Jure Salmasius offensus, it restitutum εἰς ἰω Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος, reliquis omnino omissis. Verum præstitit nihil præstabilius, qui retentis hisce εἰς ἰω ex incauta figulina creatis, ablegavit ista παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν ipsius Arriani genuina, pro quibus ille sua supponit vehementer dissona παρ' αὐτὸ τὸ Πρασον ἄκρον. Cui quidam promontorio statuitur ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν Menuthias Ptolemæo rectissime: quamvis Prasum non sit *Mozambicum*, sed promontorium *Bonæ Spei* pluribus de causis alibi communicandis. Quin institutum Arriani Ptolemaïco est contrarium. Siquidem periplus ille maris Erythræi dividitur in quatuor Paraplos; Libycum, Arabicum, Carmano-Gedrosicum, & Indicum. Primi & secundi principium est Μυὸς ὅρμος *Muris portus* in fundo sinus Arabici. Primi terminus est Menuthias insula, & Rhapta promontorium: adeo ut in sinu Arabico versus austrum, extra eundem juxta Azaniæ littora versus occidentem instituatur navigatio. Sic itaque legerim in Arriano παρ' αὐτὴν τὴν δύσιν εἰς τὸ νότιον Μενουθιὰς ἀπαντᾷ νῆσος. *versus occidentem, litore sensim in austrum simul obliquato, Menuthias occurrit insula. Henr. Jacobius* in Annotatis ad Philologiæ ἀνακαλυπτήριον, p. 92.

P. 13. v. 12. Σαβαΐτου] Lege Σαβαΐτου. Sabaïtas eosdem esse cum Sabæis docet *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 352.

P. 14. v. 1. Στακτὴ, ἀποσμυρνίζα] Omnino legendum στακτὴ σμυρναῖα, quæ nihil aliud est, quam *expressum pingue* myrrhæ. *Salmas.* in Exerc. Plin. p. 367. Vide Var. lect. ad pag. 14.

V. 28. Χαριβαὴλ, &c.] Ita emendavit *Cl Salmasius* in Exercit. Plin. p. 352. Prius, Θαριβαήλτης. ὅρμος μὲν &c.

P. 16. v. 10. Ἐξάγεται δ' ἐξ αὐτῆς &c] Ex his omnibus liquido colligitur (inquit *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 354.) Thuriferam regionem Arabiæ diversam à Sabæorum regione fuisse, utpote quæ diversis parerent dominis. Diversa igitur etiam oppida τὰ Σάβα caput Sabæorum, & τὰ Σάββαθα caput regionis thuriferæ. Hæc ad orientem Arabiæ felicis, illa ad occidentem. At τὰ Σάββαθα Sabæorum, quæ Plinius in rubro littore, hoc est, sinu Arabico, ponit, eadem sunt cum illis Σάβαις vel Σάβαις. *Sabota* vero Atramitarum pagi, quæ ab eodem recensentur, eadem sunt prorsus cum illis Sabbathis Arriani & Ptolemæi.

P. 18. v. 2. Χρῆσιν] Temere vocabulum γρῦτην (quod nobis repræ-

repræſentavit princeps editio) in χρῆσιν mutavit Stuckius. Nam auctor peripli γρύτην appellat minuta vaſcilla, ut ſunt catilli, arculæ, capſulæ, & ſimilia. omnia enim minuta γρύτην Græci dicunt. *Salmaſ.* in notis ad Flavium Vopiſcum, p. 386.

P. 19. v. 26. Κυκίνων] Palmæ ſimilis arbor Ægyptiaca fuit, ex cujus foliis & cortice texebantur ſportæ, vel phormiones, quæ dicebantur κύκι. atque inde κύκινα πλέγματα Straboni. Haud recte ideo repoſitum hîc vellent, φύλλων φοινίκων. *Salmaſ.* in Exerc. Plin. pag. 574.

P. 21. v. 27. Ἐξῆς] Ita, non ἐξ ὧν, ut in Ed. Baſ. emendandum eſſe docuit *Cl. Salmaſius* in Exerc. Plin. p. 809.

P. 22. v. 12. Μιναγάρ.] Ptolemæo Βινάγαρα. Et ita forſan in Auctore noſtro corrigendum. nam alia Μινάγαρα paulo poſt apud eundem. Vide *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 809.

P. 24. v. 3. Ἀργαλικῆς] Nollem Stuckium conjeciſſe, pro Ἀργαλικῆς, quod genuinum, Ἀελικῆς legendum. *Holſtenius* ad Steph. pag. 43.

V. 22. Μίχελ τοῦ καὶ Ἀστα &c.] Μίχελ τοῦ καὶ Ἀστάκαμπτρα ἀπέναντι Βαρυγάζων &c. edidit Stuckius. In Ed. Baſ. μίχελ τοῦ καὶ Ἀστα & Τρασπίραν Βαρυγάζων ἀκρωτηρίῳ &c. Quæ ſunt corruptiſſima, nec ab eo emendata, qui putavit. Omnino legendum: μίχελ τοῦ καὶ Ἀστάκαπρα ἀπέναντι Βαρυγάζων ἀκρωτηρίῳ. Paulo inferius Ἀστάκαμπρα appellat, Ptolemæo Ἀστάκαπρα. Correctionem noſtram lectus ille & intellectus tibi firmabit. *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 809.

P. 26. v. 5. Οἱ δὲ κυθρῖνοι] Κυθρῖνοι Ionicum eſt pro χυτρῖνοι, ut κύθρα pro χύτρα. Heſychius; χυτρῖνοι τὰ κοῖλα τῆς γῆς, δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἀνίενται. Vide *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 83.

P. 27. v. 3. Διαρείσῃ] Lege διερείσῃ.

V. 18. Ταυθαραγών] Forte legendum Γανδαραδῶν. *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 698.

V. 28. Προχωροῦσι δραχμαὶ &c.] Auctor hic ſæpe uſurpat προχωρεῖν de mercibus, quæ in Indiam importabantur; ut contra φορτίαξ dicit de his, quæ inde efferebantur. Προχωρεῖν proprie Græci dicunt de moneta, quæ in uſu promiſcuo eſt, atque ab omnibus paſſim recipitur, quam vulgo dicimus *currere* & *curſum habere,* id eſt προχωρεῖν. Hîc παλαιαὶ προχωροῦσι δραχμαὶ interpres reddit, *antiquæ drachmæ reperiuntur.* rectius, *curſum habent, ac recipiuntur, in uſu ſunt.* Hodie quoque paſſim apud nos vetuſta numiſmata reperiuntur, ſed non προχωροῦσι. *Salmaſ.* in Exerc. Plin. pag. 769.

P. 28. v. 5. Ονυχίνη λιθία καὶ μυῤῥίνη] Nihil vero proprius, quam antiqua murrina eſſe *porcellanea* noſtra, quocunque modo hodie fiant. *Salmaſ.* in Exerc. Plin. p. 144.

P. 34.

P. 34. v. 4. Λεγόμενος] In Ed. Bas. λεγόμενον. ex quo χωρίον in præcedentibus legendum esse quis conjiceret.

P. 35. v. 6 Καὶ διαπλεῖται τοῖς ἰσιοπ.] Legendum est, καὶ διαπλεῖται τοῖς εἰς τὸ πλεῖον εἰκοστῇ. Εἰκοστῇ idem est quod εἰκοσταίῃ. Trajectus enim è proximo continentis portu in insulam viginti ad summum fiebat diebus, sed Indicis navigiis: nam Romanis & Græcis navibus intervallum id facile septem diebus absolvebatur. *Vossius* ad Melam, p. 279.

P. 36. v. 1. Ἤπειρος ἡ Χρυσῆ] Hæc eadem est quæ Ptolemæo dicitur Χρυσῆ χώρα. Alia est non longe ab hac aurea continente, aurea peninsula ἡ χρυσῆ Χερρόνησος apud auctorem nostrum & Ptolemæum. *Salmas.* in Exerc. Plin. p. 700. ---- Χρυσῆ insula est, ubi veteres nonnulli Cernen locant. quæ duplex: ortiva, *Taprobana* (nunc tum *Zeilan*, tum *Sumatra*, ut recte Stuckius) occidua, *Menuthias* Ptol. hodie *Madagascar*: frustra contra virum eruditum pugnante Salmasio in Solin. p. 877. &c. nulla enim insula Æthiopica in mari Atlantico sustinere potest Cernes fama, vel ex Fortunatis. Vide Annotata in Hannonem & Scylacem, & H. Jacobii notas in Philologiæ ἀνακαλυπτήριον.

P. 37. v. 6. Τῷ μὲν σώματι &c.] Lege τῷ μὲν σώματι κολοβοὶ καὶ σφόδροι, πλατυπρόσωποι, ἐννεοὶ, εἰς τέλος τε αὐτοὺς λέγεσθαι Βησάτας. In editione principe scriptum fuit ἐνμοὶ, quod mutavimus in ἐννεοὶ, non ἡμοὶ, uti vulgo. Verum quia auctor hujus Peripli morem istum Sinensium antiquorum plene describit, cujus Mela & alii breviter tantum mentionem faciunt, operæ pretium est verba ejus examinare, idque eo magis quoniam eruditi fabulosam esse existimant totam illam narrationem. At primo quidem dicit quod Sinæ isti παρομοιοῦσι ἡμέροις. Plinius vero scribit quod sint feris gentibus similes. Idem tamen fatetur quod sint mites. Feri nempe & barbari, quia non admittebant hospites & peregrinos, idque ex lege politica; verum si animum, si totam gentis hujus vitam spectes, nihil neque mitius, neque cultius, toto orbe reperiri unquam potuit. Recte itaque hic dicuntur similes esse mansuetis. Pergit dein auctor peripli ac refert Sinas sive Seras istos extra limites suos procedere, cum conjugibus & liberis, onustos variis mercibus ac petronibus, quibus utuntur ad involvendas merces. Sic namque legendum βαστάζοντες φορτία μεγάλα πετρῶνας τ' ἀμαμπλίνων παραπλησίας. Dicuntur vero isti πετρῶνες à calamis malabathrinis, quos petros vocari scribit. Uti enim à κοῖτος κοιτὼν, μύλος μυλὼν, ἄμπελος ἀμπελὼν ac sexcenta similia, ita quoque à πέτρος est πετρὼν, textum nempe quod è petris constat. Ubi vero ad locum permutationi mercium destinatum pervenissent Sinæ, omnia sua illic exponebant venalia peregre adventantibus exteris.

Ipsi

Ipsi vero aliquousque recedebant, solis contenti petronibus, quibus interea pro stratis utebantur. Dum vero advenæ & peregrini merces istas examinarent, interea Sinæ festos dies agebant. Sic enim malo legi hoc loco, ὁρτάζουσιν, non ἁρπάζουσιν quod longe abest à moribus gentis mitissimæ. Peractis nundinis, acceptoque mercium pretio, Sinæ ad suos remeabant, relictis storeis istis malabathrinis, in quas mox peregrini institores involabant. Rectum vero istud; Οἱ δὲ ταῦτα δοκοῦντες τότε παραγίνονται ἐπὶ τοὺς τόπους, καὶ συλλέγουσι τὰ ἐκείνων ὑποστρώματα. Ex his vero textis, exemptis prius calamis, folia in pilulas contorquebant. Ex majoribus foliis fiebat malabathrum ἁδρόσφαιρον, è mediocribus μεσόσφαιρον, è minoribus vero μικρόσφαιρον. Pilulæ malabathri crebro occurrunt apud medicos. Folii pentasphæri mentio fit in leg. XVI. D. de Public. & vectigal. Salmasius hoc loco *catasphærum* legendum censet, eamque emendationem optimam vocat. Ego ne bonam quidem esse existimo. Πεντάσφαιρον idem est quod ἁδρόσφαιρον. Πέντε enim in compositione auget & intendit significationem, uti apparet in πεντεπενιχρὸς, πεντακυμία, πεντακόρωνος aliisque vocabulis. Quamvis non absurde credi possit, pentasphærum dictnm quod quinque pilularum pondus aut pretium æquaret, quemadmodum πεντώβολον pretium est quinque obolorum. Verum quoniam occasio sese offert, ostendamus breviter quid hic peripli auctor, quid alii veteres per malabathrum intellexerint. Multi multa de hoc scripserunt, nemo tamen veritatem, quod sciam, adsecutus est. Nomen quod attinet, illud etiamnum manet inter Indos, siquidem *Betre* & *Tamalabatra* appellatur. Facultates & illæ quodammodo conveniunt. Prorsus itaque non dubitandum, quin malabathri nomine intellectum fuerit olim Betre hodiernum. Sed videamus an omnia quæ de malabathro veteres retulerunt, itidem de Betre dici possint. Ac primum Plinius, Dioscorides & alii, scribunt malabathrum esse plantam aquaticam, ac lentis palustris more aquæ innatare, absque ulla radice. Betre vero plane terrestris est, piperisque instar arbores quærit quas amplectatur, quibusque se fulciat. Malabathrum apud Sinas & Seras copiose proveniebat, ut ex memorato peripli loco facile colligi potest; at vero Betre tantum in India nascitur, & fere apud Malabarros tantum; apud Sinas vero nunquam; quamobrem Sinenses ab Indis magno pretio illud emunt, ut prodit Acosta. Sed & istud quoque quod adfirmat peripli auctor, tam copiose malabathrum apud Sinas provenire ut eo pro stragulis & tegetibus & involucris mercium uterentur, id ipsum de Betre minime accipi potest, utpote quæ ne apud Indos quidem adeo sit copiosa. In officinis certe satis ibi care venditur. Ad tales præterea usus prorsus est

inepta.

inepta. Quid multis opus? Nullus dubito quin veteres duas plantas confuderint, & per Sinenſe hoc malabathrum, ſive plantam quæ aquæ abſque radice innatat, illum florem intellexerint, quem Sinenſes Lieu nominant. Naſcitur hic ubique, & præcipue in provincia Kiangſi, in paludibus & ſtagnantibus aquis. Magnitudine æquat lilia, verum decore & colorum varietate longe anteſtat. Folia habet ampla, incubant aquæ, tam copioſo proventu, ut totos operiant lacus. Creſcunt in ipſis etiam atriis, in vaſis aqua repletis injecto quomodocunque ſemine. Non tamen carent radice, cum nulla planta ea carere poſſit. Nam quod de Stratiote narrant, illum Nilo abſque radice innatare, id falſo creditur. Qui plantam viderunt referunt obſervaſſe ſe filamenta & fibras tenuiſſimas, quæ ipſi ſint inſtar radicum. Ne lenticulæ quidem paluſtres radice carent, uti multi credunt. Etiam abſque engyſcopiis radiculæ illarum ſatis ſunt conſpicuæ. Verum quia hic flos è mediis ſurgit ſtagnis, foliaque ejus late aquis incumbunt, ideo eum radice carere exiſtimarunt, cum tamen illa limo & tenuiori ſedimento adhæreat. Porro plantæ hujus fructus & flores ſiccati ad exteras etiam mittuntur regiones. E foliis ſiccatis fiunt tegetes & tunicæ quibus merces involvunt. Plura qui de hoc flore ſcire deſiderat, is adeat Chorographiam Sinenſem P. Martini Martinii. *Voſſius.*

ANNOTATIONES
IN
NEARCHI PARAPLUM.

PAG. 7. V. 10. Οϛρίων] Baſilienſes cum Gandenſi libro habent ὀϛρίων, Richelianus ὀϛρέων. Quanta vero differentia eſt in genere & ſpecie, tanta in his verbis cum diphthongo aut ſine ea ſcriptis diſſimilitudo, ut clare teſtatur Galenus libro XI. περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως. Sed eam diverſitatem ab Arriano obſervatam, non inducor ut credam. *Blancardus.*

P. 10. v. 6. Ησαν δὲ οἱ ἁλόντες &c.] Vulgo vertunt: *erant vero captivi craſſis corporibus, capite & unguibus ferinis.* At Græca vox δασεῖς hic non valet idem ac *craſſus* aut *denſus*, quomodo alibi dicit ἐπὶ τῶ αἰγιαλῶ fuiſſe δένδρεα πολλὰ καὶ δασέα, ſed mutanda verbo *hirtus*, cui à Græcis opponitur λεῖος. *Idem.*

V. 22. Μάλανα] Μάλανα habent *Basilienses*.

V. 33. Τὸ ἐντεῦθεν &c.] *Neque enim ultra Oritas Indi sunt*, ut reddit interpres. Verum non ea mens Arriani. Ipsa illius verba, τὸ ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτι Ινδοὶ εἰσι. In his nihil de Oritis. Sic supra: μέχρι μὲν τῶνδε Αραβίες, ἔσχατοι Ινδῶν, ταύτην ᾠκισμένοι· τὰ δὲ ἀπὸ τῶνδε Ωρῖται ἐπεῖχον. *Blancardus*.

P. 11. v. 3. Πρὸς μεσημβρίην &c.] Optima trium codicum lectio, πρὸς μεσημβρίην τετραμμένοι. Alii τεταραγμένοι, sensu inepto. Nec melius in sequentibus, ἀγνῆτερ@ ὤρης. Iterumque, ἐν Ινδοῖσι, ἅτε πρὸς μεσημβρίη ᾠκισμένη, εἰ τὰ αὐτὰ δὲ τάχα ἐπέχειν. Quæ non ferimus obduci nobis, quod alia falsa, alia Grajis auribus inaudita. *Blanc*.

P. 13. v. 13. Υδράκης &c.] Veteres editi, συνέπλωσε αὐτοῖσιν Υδράκης, ὄνομα Γαδρώσι@. Dolosa mehercle distinctio, & quæ incautos facile falleret. nam Υδράκαι gentis nomen esse, Strabo & Synesius testantur. At fraus liquido adparet è sequentibus, ὑπέστη δὲ Υδράκης κατασήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης. Ad quam rem opus erat non Indo aut Afro, sed maris & confinium regionum perito, qualis Hydraces Gadrusius. *Blanc*.

P. 16. v. 23. Υπὸ λιμοῦ] Vulcanius edendum curavit, ὑπὸ λιμῷ. Vertendo *urgente fame*, haud probasse videri possit. Germana lectio ὑπὸ λιμοῦ, quam è Basiliensibus scriptisque libris expressimus. nam paulo ante dixerat Arrianus, σιτὸς ἐπιλελοίπει τὴν στρατιήν. *Blanc*.

P. 18. v. 11. Τοὺς ἰχθύας ξηροὺς] Hoc est, *pisces aridos*. Vertit interpres, *piscium farinam*. Reliqui etiam scriptores pabuli meminerunt, id tamen reticent, de quo nos interpres monet: *Ichthiophagos piscium farinam pecoribus objicere*. De bobus, equisque, & ovibus piscivoris adi sis Strabonem, l. xv. Ælianum, l. xv. c. xxv. & Athenæum, l. viii. *Idem*.

P. 20. v. 9. Εἰς εἴκοσι καὶ πέντε ὀργυιὰς] Interpres mutat hisce, *multa siquidem eorum* xxv *cubitos magnitudine excedunt*. Verum τὰς ὀργυιὰς male vertit *cubitos*: quum una *orgyia* fuerit quatuor cubitorum sive ulnarum. Hinc quinque & viginti efficiunt cubitos centum. Vertendum igitur: *multæ siquidem balenæ centum cubitorum*. *Blanc*.

P. 29. v. 27. Ο Σατράπης &c.] Non conveniunt cum sequentibus è libro sexto: ὁ αὐτὸς δὲ (Σιβύρτιος) ὁ Καρμανίας σατράπης ἦν, νεωστὶ ἐξ Αλεξάνδρου ταχθεὶς· τότε δὲ τούτῳ μὲν Αραχωτῶν τε καὶ τῶν Γαδρωσίων ἄρχειν ἐδόθη· Καρμανίαν δὲ ἔσχε Τληπόλεμος ὁ Πυθοφάνους. *Blanc*.

P. 30. v. 14. Εν ταύτῃ τῇ νήσῳ &c.] Vide Salmasii Exercit. Plin. p. 831. *Ed. Traject*.

P. 31. v. 13. Καταίαν] Ita indigenis vocabatur. Plinio *Aphrodisias*,

disias, quia Ἀφροδίτῃ, hoc eſt, Veneri, ſacrata. Immo, non minus Ἑρμαία quam Ἀφροδισιὰς indigitari potuerit, quum Mercurio æque ac Veneri ſacram fuiſſe tradat Arrianus ex Nearcho. Vide Salmaſii Exercit. Plin. p. 839.

P. 32. v. 18. Ἀκρόδρυα] Græci ὀπώραν & ἀκρόδρυα ſic diſtinxerunt: ὀπώρα λέγεται ἡ χλώδη τὸν καρπὸν ἔχουσα, οἷον δωρακινά, καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθέν τι ξυλῶδες· ἀκρόδρυα δὲ καλεῖται ὅσα ἔξωθεν κέλυφος ἔχει, οἷον, ῥοιά, πιστάκια, κάστανα, καὶ ὅσα ξυλώδη τὸν καρπὸν ἔξωθεν ἔχει. Secundum quam diſtinctionem palma magis erit inter arbores nuciferas numeranda quam pomiferas. Verum antiqui omnes palmam ſua ætate cognitam inter pomiferas arbores poſuerunt: qua notione interpres Arriani τὰ ἀκρόδρυα optime vertiſſe videtur. *Pomum* igitur generale nomen eſt, adeo ut quicquid vicè pomi eſſet, hoc vocabulo donarint. *Blancardus*. quem vide fuſius hac de re diſſerentem ad Arrianum, p. 581.

P. 33. v. 20. Ταόκην] Ita rectius quam Τώκην. Ptolemæo enim Ταόκη dicitur, l. VI. c. IV. *Blanc.*

P. 34. v. ult. Ἄμπελον πολλήν] Alii ἀρσενικῶς extulerunt, ἄμπελον πολλόν. male. *Idem.*

P. 37. v. 10. Τετρακοσίους] Baſilienſes habent τριάκοντα. Sed in toto periplo, ubi tamen ſpatia itinerum curate notantur, nuſquam reperio numeros infra centum adjungi millibus. *Idem.*

ANNOTATIONES IN MARCIANI HERACLEOTÆ PERIPLUM.

PAG. 2. V. 9. Πτολεμαίου] Mirari ſubit, quod Cl. Harduinus in Indice auctorum Plinianorum, Ptolemæum Lagi filium (qui Alexandri res geſtas perſcripſit) à Marciano hîc laudari exiſtimaverit: cum manifeſtum ſit Marcianum non alium indigitare Ptolemæum, quam Alexandrinum, Geographiæ auctorem, quem fere ad verbum plurimis in locis exſcripſit.

V. 22. Παλλιγεμένδου] Lege πάλαι σημένδου, idque ex Ptolemæo libro VII. vide infra pag. 9. ubi in C. H. σημένδου. verum quia

paulo

paulo inferius παλαισιμένδυ una dictione in utroque Codd. exaratum est, quod in Geographia Ortelii quoque ex Arriani Periplo adfertur, inter ἀντιοχεαφύμωα id erit ponendum: sin perperam; in hoc auctore vel τὸ πάλαι vel τὸ πρότερον redundare dixerim. *Haschelius.* ---- Asseritur hîc loci, itidemque pag. 9 & 26. Taprobanam antiquitus dictam esse Παλαισιμένδυ insulam. Auctor vero Peripli maris Erythræi disertim tradit, pag. 35. quod *insula Palæsimundi à veteribus Taprobana appellata est*: cui sententiæ favet *Is. Vossius* in notis ad Melam, p. 275. &c. Antiquissima, inquit, hujus insulæ appellatio, si vera narrant Taprobanensium annales, videtur fuisse *Lamcab* vel *Lamca*. Postea altera successit appellatio, insulaque ea dicta fuit *Ilanare*, aut, juxta alios, *Tranate*. A postremo hoc vocabulo videntur Græci Taprobanam suam formasse. Iterum deinde mutatum est insulæ nomen, nempe postquam Sinæ ea potiti sunt, ac dicta Παλαισιμένδυ. Salicam quoque postea appellatam fuisse è Ptolemæo & aliis constat, à populis Salis, qui vulgo *Gale* ab indigenis nuncupantur. Novissima denique insulæ hujus appellatio, quæque etiamnum obtinet, est *Seilan* vel *Zeilan*. Vide *Salmasii* Exerc. Plin. c. LIII. p. 781. & *Bocharti* Geogr. S. p. 160.

P. 9. v. 8. Πρώτη μ̃ ἡ Ταπρ.] Item plane dicit *Agathemerus*, l. 2. c. 8. Ad quem locum sic commentatur Tennulius: *Hinc facile constabit cuilibet, veteribus ignotam fuisse insulam Madagascar. Cum enim magnitudine superet Madagascar Salicen multis partibus, Salice jure nequit dici maxima aut prima insularum.*

P. 12. v. 16. Ἀζανίας] Ἀζανία mare est quod Plinio Azanium dicitur. At Ptolemæo Ἀζανία est regio Æthiopica mediterranea ex adverso maris Barbarici, cujus maritima ora Βαρβαρία dicta est. *Salmas.* in Solinum, p. 354.

V. 21. Ῥάπτυ] Rhaptum promontorium est illud quod *Quiloa* vicinum est. *Vossius* ad Melam, p. 303.

V. 27. Μενεθιὰς νῆσος] Menuthias illa est insula, quæ nunc *Zanzibar* appellatur. Huic enim omnia conveniunt quæ veteres de Menuthiade scribunt, non *insulæ S. Laurentii* vel *Madagascar*, (ut visum est *Bocharto* in Geogr. S. l. 4. c. 26.) quæ plane ignota fuit Græcis & Romanis. *Idem*, p. 303.

P. 13. v. ult. Ἀχαλίτης] Promiscue gens appellatur & sinus, Ἀχαλῖται & Ἀχαλίτης, Σαχαλῖται & Σαχαλίτης. Vide *Salmas.* in Solinum, p. 350.

P. 14. v. 30. Η Χρυσῆ] In eodem plane situ metatur Auream Chersonesum, in quo Auream insulam censet Auctor peripli maris Erythræi. Ex quo licet conjicere, insulam Chrysen antiquiorum eandem esse cum Chryse peninsula. nam sequuta ætas peninsulam deprehendit,

prehendit, quam veteres pro insula habuere. *Salmas.* in Exercit. Plin. p. 701.

P. 16. v. 7. Περὶ τὸν αὐχένα] Cum longior sit Arabia felix quam latior, ex duabus longitudinis extremitatibus, ea quæ ad septentrionem meridiana est inter Persicum & Arabicum mare αὐχὴν censebatur, quod esset αὐχὴν peninsulæ: quæ vero ad meridiem mari cingitur tota vocabatur πίζα à Dionysio aliisque. Et sic Marcianus vocat αὐχένα τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας eam Arabiæ partem, quæ opposita est τῇ πίζᾳ. *Salmas.* in Solinum, p. 343.

V. 10. Σκαρακηνοὶ] Vide *Salmas.* in Solinum p, 344. & *Bocharti* Geogr. S. l. 4, c. 2.

V. 15. Περσίδη] Omnino legendum Περσίδι.

P. 21. v. 23. Πασαχῶν] Ptolemæus scribit Ἀσαχῶν, Σαχῶν auctori peripli maris Erythræi, p. 20. Vide *Bocharti* Geogr. S. l. 4. c. 7.

P. 27. v. 14. Στάδιοι αϡσγ′.] Numeri stadiorum, qui corrupti sunt, forsan ex Artemidori vel ex Missorum computatione restituendi sunt. *Salmas.* in Solinum, p. 699.

P. 31. v. 13. Βρεττανικῶν] Per Π cum *cod. vet.* efferendum esse constat ex Stephano Byzantio in voce Βρεττία.

P. 38. v. 15. Κατὰ τὸν αὐχένα] Geographus adsimulat Hispaniam tergori bovis, cujus partes ad collum pertinentes εἰς τὴν συνεχῆ Κελτικὴν porriguntur: nimirum partes orientem spectantes, quod latus absconditur monte Pyrene. *Strab.* l. 2. p. 127.

P. 39. v. 22. Καλυμβρίων Ποινῶν] Nempe respectu originis. Vide *Bocharti* Geogr. S. part. poster. l. 1. c. 34. sub finem.

P. 45. v. 13. Οὐρκὴν] Si Latinos sequamur, scribendum fuerit Οὖρκι. *Urci, Urgi, Virgi, Birgi, Murgi,* omnia ejusdem oppidi sunt nomina. *Vossius* ad Melam, p. 192.

P. 47. v. 23. Κεῖται πόλις &c.] Illud concoquere non possum, quod tradat Mediolnium ad mare esse situm. sed præterquam quod illa verba ἐπὶ θαλάττῃ loco mota sint, aliis etiam vitiis hic locus obnoxius est, qui ita mihi videtur in integrum restituendus: κεῖται πόλις τῆς Ἀκυτανίας Βυρδίγαλα ἐπὶ θαλάσσῃ· ἐνταῦθα παροικοῦνται Σάντωνες, ὧν πόλις Μεδιολάνιον, κειμένη παρὰ τὸν Γαρύμναν ποταμόν. *Berkelius* ad Steph. p. 544.

P. 49. v. 8. Κατὰ τὸν Σηκόλλιον ποτ.] Κατὰ τὸν Σκάλδιον ποταμὸν, & infra Καθουλλίνου legit *Berkel.* p. 434. & 528.

P. 63. v. 15. Εὐδόξιος] Ita etiam apud Steph. in voce Ἀγάθη. Dubium tamen non est quin hic sit Εὔδοξος, cujus libros τῆς περιόδου sæpe laudatos invenimus.

P. 70. v. penult. Τίον [Apud Strabonem, & Constant. Porphyr. Τήιον, Vide *Salmas.* ad Solinum, sub finem cap. XLIII.

P. 74. v. 9. Οἱ πάντες &c.] Stadiorum numerus hîc loci profligatissime

gatiſſime eſt depravatus. Nam ubi librarii τν΄. 350. exararunt, alius numerus eſt reponendus. Ἀπὸ Καινωπίου εἰς Ἀμισὸν πόλιν στάδια ϛν΄· οἱ πάντες ἀπὸ Σινώπης εἰς Ἀμισὸν στάδια π ι λ΄. Quicunque enim in Marciano uniuſcujuſque intervalli numerum collegerit, inde debere ſummam nongentorum & triginta ſtadiorum colligi, manifeſtiſſime comperiet. *Berkel.* ad Steph. p. 119.

ANNOTATIONES
IN
FRAGMENTUM PERIPLI
PONTI EUXINI
ET
MÆOTIDIS PALUDIS.

PAG. 2. V. 15. Φαναγόρου πόλις] Phanagori πόλιν hîc diſtinguit à Phanagoria inſula, quam Phanagoras Tejus, cum Perſas fugeret, deduxit. Reſcripſimus itaque Τηΐους, non Τίους ut antea. Miror vero Sindicam appellare inſulam, cum revera ſit peninſula. Sed nihil novi, ſæpiſſime inſulas cum pene inſulis confundi. Multis id jam ante probarunt viri docti. Neque id tantum apud Græcos, ſed etiam apud Latinos obtinet. Sic Trapezunta, & Pityunta, inſulas appellat Ammianus Marcellinus lib. XXII. Ipſam quinetiam Sindicam inſulam vocat. Locum, qui eſt libro dicto, adſcribam, *Longo exinde intervallo bene eſt inſula, quam incolunt Sindi ignobiles, poſt heriles in Aſia caſus conjugiis potiti dominorum, & rebus.* Sic legendum, *pene eſt inſula*, non *bene*. *Voſſius.*

P. 3. v. 2. Τῆς Μαιώτιδος &c.] Hæc omnia ad verbum noſter περιηγητὴς ex Scymno Chio: iſte vero ex Herodoto; apud quem libro IV eadem leguntur. Sed non ille ejus, unde hauſit, nomen ſuppreſſit. Siquidem in prologo ad regem Bithyniæ Nicomedem, inter eos, unde ſua depromſit, etiam Herodotum recenſet. Carpidas autem, quorum hic meminit, alii non norunt. Carpos hic locant Hiſtorici; & dubito an ſint iidem. Diverſos puto eſſe ab his Καρπιανοὺς, quos Ptolemæus deſcribit μεταξὺ Πευκίνων & Βαστέρνων. Longiuſcule enim illi abſunt ab oſtiis Iſtri. Forte ſunt Κάρπιοι Ptolemæo in Mœſia inferiori. Τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ ἀρκτικωτάτου στόματος τοῦ

Ἴστρου

ἱερὸν παράλιον, μέχρι τοῦ Βορυσθένους ποταμοῦ ἐκ δυσμῶν, καὶ τὴν ἐντὸς χώραν μέχρι τοῦ Γιρασοῦ ποταμοῦ κατέχουσι μὲν Κάρπιοι, ὑπὸ τοὺς Τυραγγέτας. Βελτοπόλεγγοι δὲ ὑπὲρ τοὺς Πευκίνους. Sic ſcribendum. Cave autem hic confundas Peucinos, qui in Peuce inſula, cum illis Sarmatiæ, qui ad Peucem montem, juxta Baſternas. Sed ignoti mihi videntur fuiſſe Carpi ad Danubium, hoc ſaltem nomine, ævo antiquiori. Et præterea Herodotus, unde omnia hæc petita ſunt, non meminit eorum. Retinendam itaque arbitror lectionem vulgatam. Niſi pro Καρπίδαι, mavelis Καλπίδαι. Καλπίδαι vero ſunt, quos Herodotus, Mela, Plinius, Calpidas vocant. Sæpiſſime enim literæ mediæ, metri gratia, auferuntur. Sic apud Dionyſium periegeten Σαυρόται, pro Σαυρομάται: & apud Val. Flaccum lib. IV. *Baternæ* pro *Baſternis*, & alia hujuſmodi. Poteſt etiam legi Καλλίπιδαι. Inter Hypanim, & Iſtrum, ab omnibus collocantur Callipidæ. Licentius in carmine ad Auguſtinum:

Hexampeoſque lacus fugiens Hypaneius amnis
Callipidum Scythicas reſonat ſpumoſus ad undas.

Sic reſtitue. Reliqua vero, quæ ſequuntur, confer cum Herodoto. *Voſſius.*

P. 4. v. 3. Αγαθυρσῶν] Agathyrſos hîc λιμναίους, ſive Mæoticos, facit Scymnus. Mire de iis diſſentiunt Geographi. Quidam in Thracia ad Hæmum montem collocant. Plures vero, inter quos & Ptolemæus, in Sarmatia Europæa, ad Oceanum Hyperboreum. Marcianus Heracleota in περίπλῳ Sarmatiæ: Ἑξῆς ἐστὶν ὠκεανὸς σιωπάτλων τῇ Ὑπερβορέῳ καὶ ἀγνώστῳ γῇ. Παροικοῦσι τὸν Χέσινον ποταμὸν οἱ Ἀγάθυρσοι τὸ ἔθνος τῆς ἐν Εὐρώπῃ Σαρματίας ὄντες. Sic corrigendum. Peſſime hunc locum Marciani legit Stephanus Byzantinus in Ethnicis. Namque pro οἱ Ἀγάθυρσοι, vitioſum ſecutus codicem, habet Σιαγάθυρσοι vel Σιαγατυρσοί. Σιαγαθυρσοί, ἔθνος περὶ οὗ φησι Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ Σαρματίας. Sed ſexcenties ἐθνικογράφον in ſimilibus lapſum eſſe, quod depravatis uſus fuerit codicibus, alibi videbimus. Correximus etiam:

Ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ λαβὼν τὸ ῥεῦμ' Ἀράξεως.

Idque Ariſtotelis auctoritate factum à nobis. Is namque in Meteorologicis docet, veterum nonnullos credidiſſe, Tanaim flumen ex Araxe profluere. Locus eſt lib. I. *In Aſia plurimi maximique amnes defluere viſuntur* ἐκ τοῦ Παρνασοῦ (ſic enim legendum) καλουμένου. *Cæterum hic communi conſenſu omnium eorum maximus eſt, qui ad hibernum vertuntur orientem. Ex hoc itaque inter cæteros amnes Bactrus & Choaſpes & Araxis defluunt.* Τούτου δ' ὁ Τάναϊς ἀποσχίζεται μέρος ὤν, εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην. In quibuſdam Dionyſii exemplaribus Παρνασὸς, in aliis Παρπανισὸς aut Παροπανισός. [Vide *Salmaſ.* in Solinum p. 553.] Fruſtra Olympiodorus Parnaſſum in Aſia quærit. Inepte item Orpheus in Argonauticis;

Ενθεῖσθ'

Ἐνθάδ' Ἀράξου ῥεῦμα μεγαβρεμέτου ποταμοῖο,
Ἐξ οὗ Θερμώδων, Φᾶσις, Τάναΐς τε ῥέουσιν.

Nugatur more ſuo, poëta ille. Sed pergamus, ----- Ἐξίησι δὲ δίστομον ἔχων τὸ ῥεῖθρον, ----. Recte hic Tanaïn δίστομον vocat, ut alii omnes. Ne fallant Troades Senecæ Tragici, cujus in exordio ſtatim Tanaïs ſeptem ora habere dicitur:

-------- Columen everſum occidit
Pollentis Aſiæ, cælitum egregius labor.
Ad cujus arma venit, & qui frigidum
Septena Tanaïn ora pandentem bibit;
Et qui renatum primis excipiens diem,
Tepidum rubenti Tigrin immiſcet freto.

Sic legendum ex MS. Sed nemo unquam Græcorum tam imperitus fuit, ut Tanaïn ἑπτάστομον eſſe proderet. Error iſte ſolum eſt Romanorum. Quod jam Acron in commentario ad Horatium videtur ſubodoratus fuiſſe. Romani namque ſolent ſæpe confundere Tanain, & Iſtrum, teſtis ejus rei etiam eſt Seneca, in quæſtionibus Natural. lib. VI. *Hinc qui medius inter pacata, & hoſtilia, fluit Danubius, ac Rhenus, alter Sarmaticos impetus cohibens, & Europam Aſiamque diſterminans; alter Germanos, avidam gentem belli, repellens.* Non ſollicitanda eſt hæc lectio, quod tamen quidam faciunt. Danubium etiam Tanaïn vocat Tibullus lib. IV. ad Meſſallam, cum inquit:

Quoque Hebrus, Tanaïſque, Getas rigat, atque Sigynos.

Sic emendandus hic verſus. Getæ enim, & Sigyni, ad Iſtrum ſunt; non Tanaïn. Noli audire alios, qui *Moſonos* ſubſtituunt: nam immenſum quantum ab Iſtro, & Tanaï, diſtant. Ineptiſſimi vero, qui *Morinos* cogitarunt; qui tantum abſunt, *Quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano. Voſſius.* Vide Annotationes ad Arriani periplum Ponti Euxini, p. 19. v. 25.

P. 5. v. 3. Εἰς Κύπτας πόλιν &c.] Neſcio, num legendum ſit, τὴν πρότερον λεγομένην Κυδαίαν, ſic ſane Scylax. Alii tamen omnes Κύταιαν vocant. Ptolemæo eſt Κύταιον. Sed is eam perperam in mediterraneis ponit, contra quam omnes alii. Apud Plinium lib. IV. cap. XII. ſcribendum eſt: *Ultra fuere oppida, Cytæ, Zephyrium, Acra, Nymphæum, Dia. Voſſius.*

V. 8. Εἰς Κιμμερικῶν &c.] Malim, ἐις Κιμμερίων πόλιν. Infra etiam aliquoties Κιμμερικὸν vocat, quam alii Κιμμέριον. Ptolemæus hanc quoque mediterraneam facit: neſcio, qua ratione. Cave autem confundas id oppidum cum altero ejuſdem nominis, quod ἐν τῇ περαίᾳ atque itidem in ore Boſpori. *Voſſius.*

V. 16. Ἀπὸ δὲ Παντικ.] Lego, ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως ἕως Κιμμερίου. &c. *Voſſius.*

V. 18.

V. 18. Εἰς κώμην Καζ.] Ex Arriano hic locus emendandus est. Is enim intervallum inter Panticapæum, & Cazeca vicum, taxat ſtadiorum CCCLXXX. Noſtri itaque auctoris verba ſic emendanda: Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου πόλεως ἕως Κιμμερικοῦ στάδια σμ΄, μίλια λβ΄. Ἀπὸ δὲ Κιμμερικοῦ εἰς κώμην Καζέκας ἐπὶ θαλάσσῃ ᾠκισμένην στάδια ξπ΄, μίλια κδ΄. IↃCC igitur ſtadia à Panticapæo ad Theudoſiam. Ita & Arrianus. Plinius tamen XXXV. P. M. à Theudoſia illam abeſſe tradit. Sed MSS. exhibebant XXXVII. P. M. Totus ergo locus corrigendus eſt: *Reſtat longe validiſſimum in ipſo Boſpori introitu, Panticapæum Mileſiorum, à Theodoſia mill.* LXXXII. *paſſ. A Cimmerio vero oppido, trans fretum ſito, mill. quinque, ut diximus, paſſ. Hæc ibi latitudo Aſiam ab Europa ſeparat, &c.* Tantundem enim, millia LXXXVII, & ſtad. IↃCC. Strabo, alios ſecutus, IↃXXX ſtadia ponit inter Theodoſiam, & Panticapæum. *Voſſius.*

P. 6. v. 2. Εἰς Ἀθηναιῶνα λιμ.] Athenæonem ac Scythotaurorum portum eundem facit. Meminit hujus Arrianus. Errat, qui putat eundem eſſe ac Cenuntem. Plinius multos hic loci Taurorum eſſe portus teſtatur lib. IV. cap. XII. *Promontorium Criumetopon adverſum Carambico Aſiæ promontorio, per medium Euxinum percurrens* CCLXX. *M. P. intervallo. Quæ maxime ratio Scythici arcus formam efficit. Ab eo Taurorum portus multi, & lacus.* Sic enim ſcribendus ille locus, niſi fallor. Auctor quippe compendii Strabonis illud intervallum inter Criumetopon & Carambim taxat ſtadiorum CIↃ CIↃCC lib. VII. Τὸ δίαρμα τὸ μεταξὺ Καραμβίδος καὶ Κριοῦ μετώπου στάδιοι β΄, σ΄. Ipſe tamen Strabo lib. I. habet ſtad. CIↃCIↃↃ. Sed l. VII. corrigens ſeipſum, inquit, à Cherſoneſo urbe Tauricæ, quæ multo inde longius abeſt, ad Carambim non plura eſſe ſtadia, quam bis mille & quingenta. Multo vero pauciora à Criumetopo ad Carambim. Nimirum, CIↃ ↃCC, ut habet epitomator ejus. Quæ ſunt millia CCLXXV. Ammianus Marcellinus, lib. XXII, forte è Strabone, ponit bis mille & quingenta ſtadia inter hæc duo promontoria. *Voſſius.*

V. 17. Τινὲς ὠμότητα &c.] De Taurorum feritate & vita, vide cum alios, tum Strabonem. Omnes enim hæ nationes, & eæ quæ in Tauricam migrarunt, & Achæi, & Heniochi, quamvis Græcæ, ἐξαγριωθῆναι ἱστοροῦσι τῷ χρόνῳ, τοῖς ἤθεσι τοῖς τῶν πλησίον. Nemo neſcit infeſtas appellentibus aras deæ Tauricæ. Ἀνθρωποφάγους tamen, nemo dixit, niſi Ariſt. v. Pol. l. III c. IV: Πολλὰ δ᾽ ἐστὶ τῶν ἐθνῶν, ἃ πρὸς τὸ κτείνειν καὶ πρὸς τὴν ἀνθρωποφαγίαν εὐχερῶς ἔχει, καθάπερ τῶν περὶ τὸν Πόντον Ἀχαιοί τε Ἡνίοχοι, καὶ ἠπειρωτικῶν ἐθνῶν ἕτερα. Sed ſcribendum, ἀνθρωποσφαγίαν. *Voſſ.*

V. 19. Ἡ Ταυρικὴ &c.] Cave hoc de tota accipias Taurica. Loquitur hic de urbe ejus peninſulæ, cui Cherſoneſi nomen inditum. Meminit hujus urbis Stephanus, & in Taurica ponit.

Mox etiam aliam recenset ad Carciniten sinum, quæ tamen eadem est. Ἔστι δὲ ἄλλη πρὸς τὴν Κορονίτην πόλις. Sic lege. Male vir doctus Κερκινῖτιν emendat. Coronitis sinus quis sit, infra docet auctor noster. Addit, hanc esse Heracleotarum, & Deliorum coloniam. De Deliis non legi; de Heracleensibus, Plinius lib. IV. cap. XII. *Jugum ipsum Scythotauri tenent: clauduntur ab occidente Cherrhoneso, ab ortu Scythis Satarchis. In ora à Carcinite oppida Taphræ, in ipsis angustiis peninsulæ. Mox Heraclea Cherrhonesus libertate à Romanis donatum.* In Vet. cod. cujus lectiones debeo Viro Ill. Cl. Salmasio, legebatur, *ab occidente Cherrhonesonea.* Unde fac; *Jugum ipsum Scythotauri tenent: clauditur ab occidente Cherrhoneso, ea ab ortu Scythis Satarchis.* Chersonesiorum enim peninsulam claudunt ab ortu Satarchæ: ubi & Satarchen civitatem recenset Ptolemæus. Ad Isthmum ponuntur à Stephano. In Mæotidem vergentia obtinere inquit Satarchas Pomponius. Quod idem est. Nam & Pontum, & Mæotida, spectant angustiæ. Nullo autem modo in Orientali latere Chersonesi Scythicæ tolerari possunt, quod Græcæ tenent coloniæ. Aliter hunc locum Hermolaus Barbarus legit. Quem refellit multis vir itidem summus, Ferdinandus Pintianus. Sed falsus est uterque. Sequentia vero Plinii verba sic corrige: *In ora à Carcine oppida, Taphræ, in ipsis angustiis peninsulæ: mox Heracleæ Cherrhonesus, libertate à Romanis donatum.* Nullo modo vulgata lectio ferri potest. *Vossius.*

P. 7. v. 5. Μίχρι καλοῦ λιμ.] Sequens numerus corruptus est. Ita enim scribendum; μέχρι Καλοῦ λιμένος, στάδια β, χ'. μίλια τμς'. L ς. Tota autem hoc fragmento series stadiorum falsa erit, nisi ita sit, ut hic, constituta.

A Porthmiu oppido		ARRIANI STADIASMI.	
Myrmecium	LX.		
Panticapæum	XXV.	A Panticapæo	
Tyritacen	XXXV.		
Nymphæum	XXV.		
Acram vicum	LXV.		
Cytas	XXX.		
Cimmerium	LX.		
Cazecam	CLXXX.	Cazecam	CCCCXX.
Theudosiam	CCLXXX.	Theudosiam	CCLXXX.
Scythotauron	CC.	Scythotauron portum	CC.
Lampada	IↃC.	Lampada	IↃC.
Criumetopon	CCXX.		
Symbulon portus	CCC.	Symboli portum	IↃXX.
Chersoneson	CLXXX.	Chersonesum	CLXXX.
Carcinitin	IↃC.	Carcinitin	IↃC.
Portum pulcrum	IↃCC.	Portum pulcrum	IↃCC.

A

A Porthmiu igitur oppido Cherſonem ſive Cherſoneſum, ſunt ſtadia cIↃ cIↃ CCLX. A Scythotaurwn portu, ad Portum pulcrum, cIↃ cIↃ IↃC. Etiam hoc verum erit, quod ſupra ait, à Porthmitide ad Cimmerium eſſe ſtadia, CCC. Omnino itaque ſuperius legendum; Ἀπὸ δὲ Παντικαπαίου εἰς Τυριτάκην πόλιν στάδια, λε'. μίλια, δ'. L ς'. Ἀπὸ δὲ Τυριτάκης πόλεως εἰς Νυμφαῖον πόλιν στάδια, κε'. μίλια, γ'. γ'. Tyritacen urbem Ptolemæus, & alii, hic recenſent. Stephanus; Τυριτάκη, πόλις Πόντου. Τὸ ἐθνικὸν Τυριτακηνός, καὶ Τυριτακηνῶς τῇ συνήθει τύπῳ. Hoc vero eſſe non poteſt, quod inquiat, à Panticapæo ad Cimmerium eſſe ſtadia, CCXL: & quod Arrianus à Panticapæo ad Cazecam numeret ſtadia CCCCXX. Non à Panticapæo, ſed à Myrmecio eſſe tot ſtadia, dicendum ipſis fuerat. *Voſſius.*

V. 20. Μίχεσ τοῦ Ἴστρου ποτ.] Hoc falſum eſt. Non enim Danepris eſt Iſter, ſed Boryſthenes. Docet hoc ipſe auctor infra. Delendum igitur, ἤτοι Δανάπρεως. Hodie etiamnum appellatur *Danambre*. Plerumque conjungitur cum *Danaſtro*, à veteribus. Is eſt Hypanis, qui eodem cum Boryſthene oſtio in pontum profluit. Vir doctus tamen in notis Chronologicis, ad Nicephori Patriarchæ Hiſtoriam, Tyram eſſe arbitratur. Sed male. Hoc quoque tempore, ab accolis dicitur *Deniſtrus*. Arabibus Hypanis ſimiliter eſt, *Dineſt*: Boryſthenes vero *Danabres*. Male itaque in Jornandis Geticis, cap. v. legitur, *Boryſthenem ab accolis Danubium* vocari. Scribendum enim *Danubrum*. *Voſſius.*

P. 8. v. penult. Ὀλβία Σαβία κεκλημένη] Olbiam Miletopolin etiam appellari, inquit Plinius. Eadem & Boryſthenes, ut ex omnibus conſtat. Martianus Capella: *Ab Hiſtrio ad Oceanum bis decies centum millium paſſuum eſt: in latitudine millibus quadringentis uſque ad Sarmatiæ ſolitudines Nec procul fluvius, lacus, oppidum, ſub uno cuncta nomine Boryſthenes, propter Achillis inſulam ejus ſepulchro celebratam.* Ita legendum. Male Boryſthenem urbem ab Olbia diverſam eſſe, tradit Pomponius Mela. Inepte quidam Boryſthenem antea Helleſpontum vocatum fuiſſe putant. Ideo forte, quod apud Heſychium legerint, Βορυσθένης, ὁ Ἑλλήσποντος. Sed Helleſpontus, antequam Helle in eo demerſa eſſet, Boryſthenis nomen obtinebat, non autem Boryſthenes Helleſponti. Docet hoc Stephani epitomator: Βορυσθένης πόλις καὶ ποταμὸς τοῦ Πόντου, παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην, καὶ Τάναϊν τὸν ποταμόν. Οὕτω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἀπὸ τῆς Ἕλλης ἐκαλεῖτο. Non recte vero Stephanus Boryſthenem, παρὰ τὴν Μαιῶτιν, καὶ Τάναϊν, collocat. *Voſſius.*

P. 9. v. 22. Καὶ εὐθετώτατος τῆς νομαῖς &c.] Vides idem contingere Voſſio, quod Holſtenio, [in Fragmentis Scymni Chii,] quaſi fluvius notabiliter laudandus ſit, quod piſcium pabulo ſatis exhibeat herbarum, quum hic laudetur ut εὐθετώτατος τῆς νομαῖς pecudum,

dum, & commodam insuper mercaturæ piscium copiam præbeat, ut docui ad Harpocrationem p. 52. *Gronov.*

P. 12. v. 18. Εἰς πόλιν καὶ ποταμὸν Ἴστρον] Diversa est hæc urbs à portu Istrianorum, quem supra recensuit. Alii *Histriopolin*, vel *Histropolin* vocant. Antonini itinerarium sive Æthici potius:

Historio	M. P. XXV.
Tomos	M. P. XXXVI.
Calatin	M. P. XXX.

Ita MSS. Salmasii. Sed omnino legendum, *Histriopolin*, non *Historio*. Sic est in tabulis Peutingeri. Arrianus vocat, Ἰστρίων πόλιν. Nihil tamen mutandum. Nam ita scripsisse palam est ex Stephano, in voce Ἴστρος. *Vossius.*

P. 13. v. 2. Κατακλύζει] Nullo hæc sensu. Vera lectio est: ἐν ᾗ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρία κλῄζεται. [Vide Vossium ad Melam p. 126.] Statim post lege; Νῦν δ' αἱ Κάρεαι λέγονται Καρίαι. Portus Caria est Pomponio. Verba ejus: *In littoribus Istro proxima est Istropolis. Deinde à Milesiis deducta Calatis, & Tritonice, & portus Caria, & Tiristris promontorium.* Atqui Calatin omnes dicunt Heracleotarum coloniam, non Milesiorum. Hoc jam viderunt viri summi; qui tamen expedire se hoc loco nequiverunt. Præterea quid hic Tritonice? quæ sane nusquam terrarum est, nedum in Thracia. Scribo; *in littoribus Istro proxima est Istropolis. Tomos deinde à Milesiis deducta, Calatis, & Stratonice, & portus Caria, & Tiristris promontorium.* Hic & verus ordo Geographicus, & vera lectio. Tomos, sive Tomi, Milesiorum colonia. Docent hoc, cum alii, tum etiam hic noster. Stratonices, sive Stratonis urbis meminit tabula Peutingeri.

Salsovia

Ad Stoma	M. P. LX.	*Callatis*	M. P. XXII.
Histropolis	M. P. LX.	*Tiristria*	M. P. XXIV.
Tomos	M. P. LX.	*Byzone*	M. P. XII.
Stratonis	M. P. LXII.	*Dionysopoli*	M. P. XII.

Sic legendus totus is locus. *Ad Stoma*, hoc est, ad os Danubii. Hæc apud Æthicum corruptissima sunt. Ita vero restituenda.

Salsovia

Salmyridem	M. P. IX.	*Tomos*	M. P. XXXVI.
Vallem Domitianam	M. P. XVII.	*Callatin*	M. P. XXX.
Ad Stoma	M. P. XXVI.	*Tiristriam*	M. P. XVIII.
Istriopolin	M. P. XXV.	*Dionysopolin*	M. P. XXIV.

V. 18. Ματτιόπολις] Scribe Μαρπιανόπολις, vel potius Μαρκιανόπολις. Ne autem credas esse Scymni Chii hunc versum; Ἔπειτα μετωνομάσθη Μαρκιανόπολις. Marcianopolis enim dicta est à Marciana, Trajani uxore. Scymnus vero jam diu ante, nimirum sub Nicomede,

comede, floruit. Falsum præterea Dionysopolin, Marcianopolin dictam. Diversæ sunt eæ urbes, & multum inter sese distant. Docet hoc Ammianus. Docet & Æthicus, qui Pseudantoninus, Dionysopolin sive Crunos esse inter Callatin, & Odessum: Marcianopolin vero inter Odessum, & Anchialon. Sed luculentissimum est testimonium Stephani, qui ubi hunc locum Scymni exscribit, nullam Marcianopolis facit mentionem: Διονύσου πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, ἡ πρότερον Κρουνοὶ ἀπὸ τῶν τῶν ὑδάτων καταῤῥοῆς. Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος, οὕτως ἐκλήθη. Hoc nemo, nisi stolidus, negaverit. *Vossius.*

V. penult. Στάδια σξ΄. λδ΄. ∠. ϛ΄.] Omnino sic legendum. Arrianus habet stadios τριακοσίους καὶ ἑξήκοντα, ab Odesso ad Hæmi montis promontorium. Sed sine dubio altera lectio verior est. Nam & Nubes Geographus ab امرن, id est Hæmo, usque ad بو نمس quæ est Crunus, sive Dionysopolis, non plura quam L millia passuum recenset. *Voss.*

P. 14. v. 18. Σωζόπολιν] Nubæo Geographo Apollonia est Sexopolis. Et sic etiam nunc appellatur. *Vossius.*

ADDENDA IN ANNOTATIONES.

Pag 8. v. 38. Post *Vossio placet* adde: aut si nec lacunam supponere placet, quod certe etiam necesse non est, videtur oratio recte procedere juncta cum præcedentibus. *Harum una urbem habet, quæ diei itinere ab Herculeis columnis abest: deinde* habet *emporium, urbem Græcam, cui nomen Emporium.* Nihil clarius. Nec vero de Gadibus hæc dicit Scylax, sed de insulis ex adverso fluvii Iberi, quæ sunt Baleares, quas veteri appellatione edidisse videtur ΒΑΛΕΙΡΑ, quod degeneravit in ΓΑΔΕΙΡΑ. *Gronov.*

P. 12. v. 3. Post *in mare Tyrrhenum* adde: Hinc ab Populonio erat proximus Trajectus in Sardiniam & Corsicam, & idcirco vocatur ἀφετήριον εἰς Σαρδὼ καὶ Κύρνον Ποπλώνιον τῆς Τυῤῥηνίας ab Agathemero lib. 1. cap. 5. Utique. *Gronov.*

P. 19. Post notam ad pag. 11. v. 27. insere: P. 12. v. 16. Ἀπὸ τοῦ στόματος] Vossius *ab alveo*: quod non intelligo, quum Græca sint commodissima. *Gronov.*

P. 20. Post notam ad p. 12. v. 27. insere: P. 13. v. 5. Καὶ λιμὴν Ἀκτὴ] Nec si Acta accipiatur de urbe, ut monet Vossius, ideo potest dici λιμὴν, (nam si est urbs, cur portus dicitur?) nec Græcis dicitur λιμὴν ἀκτή. Sed distingui debet Ἀνακτόριον καὶ λιμήν. Ἀκτὴ καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν. Post Anactorium & portum ejus dicit sequi actam & urbem Leucadem ac portum. Post hæc scribit Nobilissimus Gentemesnilius in Græcia Antiqua pag. 406. Ἀκτὴ ἀνέχει

ἀνίσχει ἐπὶ τ̀ Λευκάταν, *acte erigitur in Leucatan.* *Gronovius.*

P. 21. v. 23. Post *alienior* adde: etsi potuerit placere viris doctis. Palmerius in Græcia p. 486. Λυκίριαν ex Strabone retinet. *Gronov.*

P. 23. Post notam ad p. 15. v. 15. insere: V. 20. Ταῦτα κολπώδη] Quemadmodum hîc sinuosos stadios concipiat Vossius, aut quales illi sint, sane non assequor. Nec ea mens Scylacis. *Gronov.*

P. 27. Post notam ad p. 24. v. 20. insere: V. 27. Καὶ τεῖχος (καὶ νῆσος Σαλαμίς.) κατὰ] Vossius deleri vult ea quæ inclusit parenthesi. At tu scribe, καὶ τεῖχος. Ϲ, ΝΗΣΟΣ ΣΑΛΑΜΙΣ, κατὰ τοῦτο ἐστὶ Σαλαμίς prout ante notavi. *Gronov.*

P. 35. Post notam ad p. 24. v. 13. insere: V. 20. Ἔξω τῶν Μαλιέων κόλπου] Mirifica Geographia. Malienses sunt ad sinum Maliacum. Ultra hos in mediterraneis sunt Ænianes, per quos fluit Sperchius extra sinum Maliacum. At quis non videt, quamdiu in Ænianibus est Sperchius, eum non esse in sinu Maliaco? neque enim venit tunc ad mare, sed in mediterraneis est. Sed exit certe Sperchius in sinum Maliacum. Ipse Vossius scribit in notis ad Melam pag. 151. de Salmasio [Errat quoque cum dicit Sperchium infundi in sinum Pagasiacum, cum in Maliacum effundatur] Hoc qui sciebat, quo modo potuit sic ordinare Scylacem? Sed tu distingue: Ϲ δι' αὐτῶν ῥεῖ ὁ Σπερχειὸς ποταμός. Ἔξω δὲ Μαλιέων κόλπου ΑΧΑΙΟΙ. Εἰσὶ δὲ Ἀχαιοὶ &c. *Gronov.*

P. 43. v. 2. Post *Apollonii* l. 2. v. 401. adde: Credo ignotam Vossio fuisse tali nomine urbem in Colchis: sed pro ea suspicari Κυταίαν omnino insanum est. Plane patet illud ΜΑΛΗΝ inolevisse pro ΑΙΑΙΗΝ. Ænea enim vel Æa urbs interior Colchorum, & quidem trecentis stadiis à mari apud Stephanum, circumflua fluviis, unde Αἰαίης νήσου dicit Apollonius Rhod. III, 1073, ubi Schol. Νῆσος ἐν τῷ Φάσιδι ἐστὶν ἡ Αἰαία, ἐν ᾗ τὸ δέρμα ἔκειτο. αὕτη δὲ ἐστι Κόλχων μητρόπολις, ut cognoscas, unde μεγάλην Scylax dixerit. *Gr.*

P. 65. Post notam ad p. 3. v. penult. insere: P. 4. v. 4. Κοίλην θάλατταν] Male reddit interpres, *mare intumescens.* nam κοίλη θάλασσα proprie de fluctibus ex abrupto surgentibus labentibusque: sed aliud est tumescens mare, quia non statim, quando tumescit, dehiscit. Melius *cavum* dixisset exemplo Ovidii:

Quisque cavum vastas in mare servet aquas.

Certe & nostri [immo & Angli] eo modo, *hollow-water*, quando dehiscit, appellare solent. *Schefferus* de Militia navali, p. 331.

P. 5. v. 15. Ἡνίκα ἐν τῷ ὁρμίζεσθαι &c.] Vult nimis cito, & longius à littore, convertisse navim, hincque factum esse, ut fluctus transversam, dum circumagitur in latus, deprehenderet, impelleretque in scopulos. Interpres eruditus locum non intellexit; ideoque vocem πλαγίαν à sequenti ὑπολαβοῦσα distinctione sejunxit, cum qua tamen conjuncta esse debet. *Idem,* p. 337.

EPI-

EPISTOLÆ
ET
PRÆFATIONES

Prioribus Editionibus præfixæ.

Nobilissimo & Amplissimo Viro, JOHANNI GEORGIO HERVUORTO DAVID HOESCHELIUS *August.* S. P. D.

QUam insignis sit tabularum Geographicarum usus, cum aliunde constat, Vir magnifice, tum vel hinc maxime, quod Athenis olim in certo urbis loco πινάκια id genus publice suspensa extiterunt. Longe autem uberior ad omnem posteritatem ex illorum monumentis fructus redit, qui regionum, & locorum quorumcunque, non picturas nudas, sed descriptiones historicas reliquerunt: neque id solum; verum etiam, quibus populis qui mores, quæ ingenia fuerint, accurate adnotarunt. Cujusmodi eruditæ antiquitatis ἀναγραφαὶ posteaquam in Nobiliss. M. Velseri, Septemviri nostri, manus inciderunt, primo eas quoque tempore imprimendas esse censuit; non nescius, historiarum, & imprimis Geographiæ Scriptoribus plurimum inde lucis adferri posse. His quum tuus etiam codex, Vir Amplissime, non nusquam corrigendis, lacunisque explendis, subsecutus servierit; cumque horum non minus, quam aliorum studiorum, perquam sis ut amans, ita peritus; tuo nomini hæc cimelia nuncupare, visum est. Prorsus enim mihi persuadeo, te, qui hactenus benevolentia tua complecti me dignatus fueris, horum libellorum, quibus vetustas atque eruditio auctoritatem conciliat, à me nunc primum editorum patrocinium haud gravate suscepturum esse. Bene vale literarum Mæcenas, & nostris conatibus favere perge. XIV. Kal. Septemb. A. S. N. M. DC. Augustæ Vind.

ISAA-

ISAACUS CASAUBONUS DAVIDI HOESCHELIO S. D.

O Lætum nuncium, quem tuæ mihi literæ nunciarunt! Itane? Geographica illa πολυτάλαντα, certe πολλῶν, ſi quid judico, ταλάντων ἄξια, proximo mercatu habebimus? Quantum alii eorum editione ſe tibi debituros exiſtimaturi ſint, non ſcio. Ego profiteor magnum eum acceſſurum cumulum tuis in nos meritis. Macte, mi Hœſcheli, hoc animo & diligentia iſta. Opus noſtrum cum ſuperioribus diebus in ipſo pene portu naufragium facturum eſſe videretur, tandem eo redactum eſt, ut, faciente Deo, poſt octo dies nihil futurum ſit nobis cum illo, quod quidem ad hanc editionem attinet. Quæ eo minus grata nobis futura eſt, quod Prolegomena noſtra, quia paulo erant uberiora, edi nunc non potuerunt. Sed hæc proximis literis. Vale amiciſſime vir. Lugduni, Nonis Aug. CIƆIƆC.

DE SCYLACE, ET AUCTORE PERIPLI PONTI EUXINI, PRÆFATIO ISAACI VOSSII.

DUos tibi do ſcriptores, benevole Lector, Scylacem Caryandenum, Geographum antiquiſſimum; & Anonymi fragmentum de Ponto Euxino. Quorum ille jam multos ante annos editus eſt à Davide Hœſchelio, una cum Geographicis Marciani Heracleotæ, & aliorum: alter vero nunc demum prodit. Ille quidem vetuſtiſſimus, hic ſatis recens. Uterque tamen laude dignus; ille, quod è primis apud Græcos Geographiam ediderit; iſte, quia quæ apud alios diſperſa erant, in unum redegerit. Ætas autem Scylacis incerta eſſe non poteſt. Multis ea apparet argumentis. Ne decipiat Herodotus Melpomene; qui docet, Scylacem quendam Caryandenſem fuiſſe miſſum à Dario, Hyſtaſpis filio, ad explorandam Aſiam. Quippe is alter Scylax ab hoc, & multo antiquior. Meminit enim noſter σκελῶν μακρῶν τοῦ Πειραιῶς, quod tamen Themiſtoclis opus. Meminit & Amphipoleos, quam condidit Braſidas, cum ante ἐννέα ὁδοὶ diceretur. Quorum ætatem nemo neſcit. Cleoſtrati quoque Aſtrologi Tenedii, & Calliſtrati Rhetoris Athenienſis, mentionem facit; quos diu poſt illum Hyſtaſpidem floruiſſe, certiſſimum. Atqui Ælius Dionyſius, ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῳ, inquit, ὅτι Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα. Omnino is eſt Darius Nothus. Quo regnante, Calliſtratus exul in Thracia Da-

tum

tum urbem condidit. Et certe ex hac ejus epitome colligi potest, ut jam vidit vetus auctor vitæ ejus, τὸ μετὰ Ἀλέξανδρον εἰδέναι τὸν Μακεδόνων βασιλέα· μετὰ τὸν ὀλίγον ἐμφανισθῆναι ἐκείνου τοῦ χρόνου. Turbat tamen hic Suidas, qui Polybio coætaneum facit hunc nostrum Scylacem. Inquit enim, Scylacem Caryandensem περίπλουν τῶν ἐκτὸς τῶν Ἡρακλέους στηλῶν, res præterea gestas ab Heraclide, Mylassorum rege, & librum contra Historiam Polybii, scripsisse. Sed confundit duos Scylaces. Tres enim fuere Scylaces Caryandenses. Antiquissimus est, qui sub Dario, Hystaspis filio, floruit; alter, Darii Nothi; tertius vero, ætate Polybii. Post Hannonem tamen Carthaginensem vixisse, cum urbium, quas ille extra columnas Herculeas condidit, meminerit, satis liquet. Sed Hannonem hunc esse antiquissimum, imo vetustiorem Herodoto, alibi videbimus. Hunc autem Periplum Scylacis, esse ἐπιτομὴν & compendium majoris operis, nullus dubito. Multa enim hic leguntur, quæ plane sunt contra sententiam Scylacis, in quibus epitomator erraverit. Hoc inde patet, quod cum Scylax, teste Strabone, initium Troadis fecerit Lampsacum, hic à Dardano eam ordiatur. Sine dubio & multa ejusmodi errata commisit. Diu tamen videtur periisse opus illud Scylacis, cum Apollonii Scholiastes epitome tantum usus fuerit. Unde vix crediderim, ejus ætate ipsummet exstitisse Scylacem. Inter mendacissimos Geographorum apud veteres etiam audit Scylax; quod fabulosa multa de monstrosis hominum formis retulerit. Sed hoc omnibus fuit Geographis & Historicis usitatum & solemne, ut ubi ad communes orbis habitati & suæ cognitionis devenissent terminos; quo ignorantiam suam hac in parte excusarent, aut plus aliis viderentur sapere; maria alga & cœno, aut frigore concreta; terras horridis invias montibus, aut æstu exustas, mentirentur.

Sufficiant hæc pauca de Scylace Caryandeno, & veniamus ad alterum auctorem Ponti Euxini. Primus illum è Bibliotheca Palatina exscripsit, jam ante annos plurimos, vir in omni doctrina summus, CLAUDIUS SALMASIUS. Quis vero sit auctor ejus Peripli, nullis potui conjecturis assequi. Quin tamen sit fragmentum περίπλου τῆς ὅλης οἰκουμένης, neutiquam ambigendum. Non esse admodum antiquum, hoc evincit, quod urbium, portuum, fluviorumque antiquis nominibus recentiores plerumque subdiderit appellationes: ut cum Apolloniam, Sozopolin; portum Daphnes, Sosthenem; Borysthenem Danaprim vocat; quæ vocabula veteribus ignota fuere. Recentiorum quoque morem in eo sequitur, quod stadia VII$\frac{1}{2}$ componat cum miliari Romano. Quæ diversitas inde evenit, quod Græcorum recentiorum pedes Geometrici illos veterum decimasexta sui parte longitudine anteirent. Toto hoc fragmento nihil non ex Scymno Chio, & Arriani epitome Ponti Euxini, desumtum est. Scripsit Scymnus Chius περιήγησιν Europæ, Asiæ, Libyæ, libris tribus, versibus comicis. Ex eo fragmentum edidit doctissimus Hœschelius. Falsum vero titulum præfert Marciani Heracleotæ. Constat hoc ex Stephano, & aliis; qui

loca aliquot ex Scymno citant. Marciani vero Heracleotæ esse non potest. Vixit enim ille multis post Ptolemæum ætatibus; cujus compendium composuit; quod hodieque magna ex parte exstat. Chius vero ille Scymnus sub Nicomede floruit; cui opus suum inscripsit. Quam multa autem desint in Scymno, argumento est Europa quæ nec ipsa absoluta est. Quare præter reliquum Europæ, tota Asia, & Africa desiderantur. Defectus tamen ille in Europa ex hoc Ponti periplo, quem edo, suppleri potest. Cætera vero hic noster auctor ex Arriani hausit compendio. Compendium voco, quia revera sit. Multo enim locupletior fuit ille periplus, quam est hodie. Citat ex eo loca quædam Eustathius in commentariis ad Dionysium; quæ hodie tamen apud eum non reperiuntur. Unde non dubito, quin multum imminutum sit scriptum illud. Quod ipsum videre est apud Marcianum Heracleotam, Ptolemæi epitomatorem. Multa enim ex eo habet Stephanus, quæ in eo non inveniuntur. Sed de eo nos alias pluribus, ut spero, ad Ptolemæum nostrum; quem propediem, Deo volente, habebis, Lector.

Illustri, Amplissimo, & Eruditissimo Viro, HENRICO DE BLESWYCK, JACOBUS GRONOVIUS S. P. D.

——————— In eo namque difficilis mihi hæc causa est, quod quum anno XXXIX hic Scylax ederetur, quò honori Salmasiano lenocinium fieret, & Scylacis hæc opera ad ætatem satis decoram eveheretur, postea anno LVIII editæ sint notæ ad Melam, quæ per omnium novem Musarum horrores memoriam Salmasianam cum multiplici doctrinæ offensa damnarent, & præsertim cum objurgatione Græcorum posteriorum hunc periplum cujusvis potius esse persuadere velint quam Scylacis. Quorum prius unaquæque pagina effectu probare conatur, nec ad nos pertinet: posterius in promissione secundarum curarum hæsit huc usque, ut multa alia, quibus æquales suos eximie delusit. Hinc quo non depressum fuisset hoc opus, si intra quadraginta annos, quibus deinde supervixit, secundas ejus curas nancisci potuisset? Certe hæc diu oportuit cocta fuisse in Vossiana domo, adeo ut etiam persuaserit patri, qui in Historicis propterea Græcis huc venire sustinuit, ut, opinor, ex ingestu filii scriberet aliquem ante sæcula non ita multa fecisse hoc compendium, quod ipse perinde ac filius Isaacus tantundem intelligerent, fortasse temporibus demum Cæsaris Constantini Porphyrogennetæ, quo regia auctoritate ex præstantissimis scriptoribus laudabilia excerpi solent. Quæ omnia & singula ego considerans, pravas de Græcis suspiciones facile illius viri consuetudini donare potui, & ad varia atten-

dens

dens multis partibus malui gratulari invento & edito per Davidem Hœschelium Scylaci, quam temere insultare illis, quos non noveram peccavisse. Jamprimum quum nudam in eo ac desertam contemplarer Hispaniam, Carthaginiensium imperia nulla ibi agnita, solummodo in quibusdam littoris partibus nonnulla eorum emporia, nequivi imaginari id adeo simpliciter narratum celare fraudem, si nihil aliud, quia res tanti non erat; atque unde colligere malui ætatem hujus scripti excedere ultra Carthaginiensium in Hispaniam expeditiones, ac præsertim Barcæ Hamilcaris tempora, quæ constat post bellum Punicum primum fuisse. Rursus quod Brundisini oppidi gloriam ex continuo trajectu in Epirum ne tangat quidem, nullam in eo calliditatem supponere potui, atque adeo collegi ante Romanorum potentiam ad eos tractus extensam conscriptum. Porro quod Lysimachia nulla illi nota, etiam Antiochia Syriæ, etiam Thessalonica, contra Olynthus nondum eversa, etiam Thebæ adhuc τεῖχος tantum; nullam potui in eis odorari astutiam, & hinc non modo ante vel successores, vel Alexandrum ipsum, sed etiam ante Philippum (præsertim ne Pella quidem gloriose nominata) etiam ante Epaminondam florentem & Thebas erigentem suspicari scripta. Quid quum nondum ex Adria circa Padum ejectos scribat Tyrrhenos, unde postremos ab Senonibus expulsos testatur Polybius: an id fraudulente etiam ab Græculi posterioris ingenio interpretabimur? Hinc crescente vigenteque Lacedæmoniorum potestate evincitur hic libellus compositus ab Scylace seu vero, seu assumto illustri nomine, ut non in omnibus ei convenire cum fragmentis, quæ ex veteri Scylace citantur, vix sit causa, quam mirari admodum sit necesse; & utique initium Troadis post Abydum statuitur in hoc scripto, prout ex Scylace Caryandensi notavit Strabo. Invitus enim adspexi Vossium patrem scribentem [cumque eidem Straboni lib. XIII, Scylax dicitur initium capere Troados ab Abydo. In quo abitur ab Scylace, quem habemus. Nam hic incipit eam à Dardano] ubi se miris modis innectit. Quid enim clarius dici potest, quam habet noster Scylax? Præmittit ille Ἄβυδος, καὶ τὸ στόμα καὶ Σηστὸς τῆς Προποντίδος τοῦτό ἐστι: hinc pergit, ἐντεῦθεν δὲ Τρῳὰς ἄρχεται. An ἐντεῦθεν non est ἀπὸ τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ στόματος? an quia Dardanum primam Troadis vocat, ideo ab ea illam incipit? Decidant loquutionem priscam scholia Apollonii Rhod. lib. I, 1115. ἤδη Τρῳὰς ἀπὸ Μυσίας ἀρχομένην τῆς μεγάλης. Itaque incipit regio non ab loco, quem primum suum numerat, sed quem extremum & maxime vicinum agnoscit in alieno, ut facit noster quoque Scylax. Utique Cius fluvius etiam in eodem agnoscitur, prout Is. Vossius ad hanc rem produxit Scholiastem Apollonii Rhodii ad librum primum, inter testimonia, & rursus in notis. Sane etiam ab ista novitate tuentur eum Ἐκεχειρίας ad Pontum Euxinum, indubitata vetustatis nota; de quo genere est, quod Chalcedona nominat, non Byzantium. Hunc igitur scriptorem ab doctissimo Hœschelio editum quum studiosissime & legisset maximus Salma-

ſius & in ſcriptis adſiduc produceret ad aliquid in eo docendum ac molliendum, & hinc ſine dubio in familiari ſermone frequentiſſime oſtentaviſſet alacri juveni, Voſſius aggreſſus eſt ita, ut judicaret fœdam paginam eſſe, quæ non illo laudatiſſimo nomine effulgeret. Unde quum multa feliciter ageret, non potuit tamen tanta eſſe fauſtitas, ut aut omnibus occurreret, aut in omnibus, quæ tangeret, bene provenirent cogitata. Hinc certatim illius libri uſu ſuccinxerunt operas ſuas tum quicunque χαρίεντες, tum præſertim Cluverius paſſim quoque adductus ab Voſſio, tum poſtea Holſtenius, Bochartus, Palmerius Grentemeſnilius. In quibus hic adeo amavit Scylacem, ut quæ in illo notaverat, non judicaverit ſatis eſſe, ſi ſemel in Exercitationibus legerentur. Repetivit igitur quæ potuit in volumine de Græcia antiqua; imo & juvit eum corrigere, quæ jam correxerat Voſſius non modo filius, ſed & quod in Suida obſervaverat pater Gerardus in Hiſtoricis Græcis, debuit quoque conſpici pag. 11. Ita ſcilicet oportebat fieri. Bochartus religioſe obſervat, ne quem locum advocandi Scylacis prætermittat, & ubi res flagitat, manum quoque inſtaurantem admovere non cunctatur. Holſtenium quantopere oblectaverit, nuper contigit videre, quum poſtuma ejus hic vel Romæ ederentur; qui vel ſola Ceſtride regione in Illyriis reſtituta æquiparat omnium ingenia.

Poſt hos & tales viros an accedere debuerim, tuum, Vir Ampliſſime, judicium facio. Equidem dederam in Stephano & Pomponio ſpecimina, & tum Japida Megaridis Atticæque terminum repoſueram, tum in Adrumeto & ſinu Cercinite patebant curæ meæ pignora. Alia non minoris momenti putabam penes me habere, quæ diutius premere non patiebantur illa tria, quæ enumeravi ſupra. In qua parte ſi cenſendi locus mihi quoque relinquatur, aut potius apud te profitendi, quam non temere ad hanc editionem proceſſerim, vel ſi nihil præter unum iſtud vocabulum ἀκραπτεῖν proferri à me potuiſſet, certe ſic adjutus Scylax denuo ſe oſtendi cupiviſſet in loco, ubi tantopere laborabat, & in integrando fatiſcunt duo heroes, ignotaque eſt Græcia, & truncatur vocabulo, quo antiquitus & forſan frequenter uſa fuit. Id abhinc exſtabit. Ne dicam hoc verbum eſſe, quod valido quaſi tormento profligat illas ſuſpiciones de propinqua nobis ætate hujus ipſius Scylacis; ad quam cauſam non levius molimentum præbet Dicæarchus, qui conſpectas ſane & notabiles partes excerpſit ex hoc ipſo Scylace; cui ſpero hac vice à me ſatisfactum eſſe.

Ne Voſſiani laboris primitias ullo genere delibarem, Periplum Ponti Euxini & Mæotidis paludis, nomine ſcriptoris & capite ſpoliatum, Scylaci adglutinatum reliqui. Hæc una, opinor, ſatis juſta cauſa erat procedendi per eadem veſtigia. Sed tanto libentius ita feci, quia non dubito hoc ſcriptum fuiſſe, quod cogitationem primam de edendo Scylace ſubjecerit & impulerit. Nam eo ipſo anno, quo typi ſignificant prodiiſſe volumen, cui præfuit Voſſius, nempe XXXIX; id ab ſe deſcriptum ille ipſe Voſſius in adverſariis chirographo ſuo adnotavit, ut pariter illud acceperit ab Salmaſio, pari-

ter

ter fervor publicandi incesserit. Hic enim ille fons est, ex quo manavit ista *Marciana Trajani uxor*, ista mentio *sinus Carcinitidis*, istud τοῦ Βόσπορος, bis positum, quasi quod Grammatici observant de vocibus Τάρταρος & ἴσθμος, & quidem ex Pindaro, dilatare vellet ad hanc quoque vocem: aliaque, quæ præterire malui, quam notulis figere, quarum copiam sane non amo. Utinam ille potuisset quædam non scribere! Nihilominus ut id scriptum in hoc acervo legi vellem, necessitatem quoque attulerunt singularem ipsi hi dies. Nam quum in eo non tantum appareat facile cuicunque legenti latitare versiculos & levi musa elaboratam quandam verborum seriem; sed ipse literarum Rex Scaliger in epistola id significaverit; non defuit Vossius huic ejus magni viri indicio, quin ex versiculis digestis & demonstratis faceret notas, atque gradus pedesque plurimorum produceret ostentaretque. Immo hinc progrediens etiam ex Scymno Chio petitos esse monuit. Unde quæ absurditas illa fuit nuperorum Romanorum, sive Stephanum Gradium respicias, sive Carolum Moronum, ut ante annos XII. in hac urbe voluerint edi fragmenta Scymni Chii sub ea venditatione, quasi quæ essent *hactenus non edita*? quum ante annos triginta in vicina Amstelodamo eadem evulgata essent in volumine, quod ab quolibet studentium quotidie turbatur, certe teri supponebatur. Nec modo voluerint edi; sed, quod monstro simile est, etiam edita sint, nec puduerit jactitari eadem hoc titulo ipso. Hæc tum vidi, ut fatear verum, magno meo risu, qui non sui adhibitus ad illam rem, à qua maxime abhorreo, qui ita sæculo & stultitiæ publicæ imponere non didici. Certe enim omnia, quæ illic proferuntur tribus magnis paginis 374, 376, 378. in hoc libello, quisquis contulerit, inveniet: adeo ut ferme credat ea concinnavisse Holstenium ex hoc ipso scripto. Id enim quum in Palatina bibliotheca versaverit Salmasius, ita volentibus fatis transgressum esse novimus in Vaticanam, cui ille præfuit. Certe & idem hiatus, qui ab Vossio deprehenditur pag. 134 post vocem ἐπέχοντα, est etiam in Holstenianis Scymni Chii. Hoc tantum interest, quod Holstenius acutior Vossio potuerit versus plures annumerare. Et sic tamen restare deprehendas, quos neuter animadvertit. Interim omnia administrantur ad hunc modum, ut satis lepidam varietatem in plurimis cognoscat, quisquis singula inspexerit. In quo illud contigit sane ridiculum, quod & Vossius quidem agnoscat Ὕλαια incolentes Scythas, nec minus eandem loci appellationem evulget Holstenius pag. 379; uterque etiam in Latinis fideliter exprimentes. Sic quum agatur, editur tamen in Holstenianis Castigationibus Stephani pag. 335. [*Ὕλαια legitur corrupte in descriptione Ponti Anonymi manuscripta.*] Utique nequibat ignorare Holstenius, hanc Anonymi descriptionem ab Vossio esse editam, nec debuit Anonymi vocare ea verba, quæ ipse viderat esse Scymni Chii. Ista autem hujus Scymni fragmenta sic conglutinata quando contigerit Salmasio nancisci & foliis illis potiri, audire placet ex epistola Is. Casauboni CCCCCXVIII, qua ad Salmasium scripta libet exornare hanc præfationis partem.

Ac-

Accepi nudius quartus, quas anni novi Kalendis ad me dederas. Accidit mihi eas legenti, quod nunquam non quoties aliquid à te accipio literarum: ut à tuarum lectione doctior semper discedam. Nam de Periplo Mæotidis quam mihi gratum illud acroama fuisse censes? quum præsertim auctoris nomen simile quid polliceatur iis Periplis, qui jam sunt editi. Itaque te hortor atque adeo obtestor, ut opus integrum tibi describas, & tantum thesaurum tibi perire ne sinas. Ubi ad nos redieris, speramus ejus inspiciendi libri fore aliquando nobis copiam. Neque enim te fugit eo genere argumenti semper nos esse delectatos. Poteras cum Stephano tuo eum simul edere, nisi te graviora, ut video, tenerent occupatum. De epigrammatis mira sunt quæ narras, etsi equidem non dubito ita esse, ut scribis. Opto tibi sic læta omnia, ut brevi omnia, quæ meditaris, perficere ex animi sententia queas. Ego certorum hominum ἀσελγείᾳ *multis repente calamitatibus obrutus animum pene despondi* ταῖς καλαῖς Μούσαις ἀποταξάμενος. *Deus, spero, mihi meisque aderit, quos multiplex fraus & iniquitas nonnullorum proxime inopiam redegit. Vale optime & eruditissime Salmasi. Lut. Paris.* IV. *Eid Feb.* CIↃ IↃC VIII. ———

IN-

INDEX

Locorum, Populorum, Rerum,

quæ in hoc primo Volumine continentur.

H Hannonis periplum designat, *S* Scylacis periplum, *Ag.* Agatharchidem de Mari rubro, *Ar. I.* Arriani periplum Ponti Euxini, *Ar. II.* Arriani periplum maris Erythræi, *N* Nearchi paraplum, *M* Marciani Heracleotæ periplum, *Fr.* Fragmentum peripli Ponti Euxini, *Ann.* Annotationes. Asteriscus vocibus quibusdam Græcis præfixus indicat eas corruptas esse, aut de mendo suspectas.

Aëdo-

Aſty-

Bri-

Corea-

D.

Dorius

--- Nar-

M.

N.

* Neu-

Ponti

R.

S.

Sagdia-

Sosthe-

T.

Thi-

AUCTORES

In Opuſculis iſtis Geographicis citati.

SCRIPTORES

In Annotationibus emendati, illuſtrati, & notati.

OMISSA

In Testimoniis de Hannone.

Arrianus *in Indicis.*

ΑΝΝΩΝ γὰρ ὁ Λίβυς ἐκ Καρχηδόνος ὁρμηθεὶς, ὑπὲρ μὲν Ἡρακλείους στήλας ἐξέπλωσεν ἔξω ἐς τὸν πόντον, ἐν ἀριστερᾷ τὴν Λιβύην γῆν ἔχων· καὶ ἔστε μὲν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ὁ πλόος αὐτῷ ἐγίγνετο, τὰς πάσας πέντε καὶ τριήκοντα ἡμέρας. ὡς δὲ δὴ ἐς μεσημβρίην ἐξετρέπετο, πολλῇσιν ἀμηχανίῃσιν ἐνετύγχανεν, ὕδατός τε ἀπορίῃ καὶ καύματι ἐπιφλέγοντι, καὶ ῥύαξι πυρὸς ἐς τὸν πόντον ἐμβάλλουσιν.

Aristides *in oratione Ægyptiaca.*

Καὶ μὴν οὐδὲ Καρχηδονίων οἱ ἐκπλεύσαντες ἔξω Γαδείρων, καὶ τὰς ἐν τοῖς ἐρήμοις τῆς Λιβύης πόλεις οἰκήσαντες, τοῦτον ἤνεγκαν οἴκαδε τὸν λόγον, οὐδ᾽ ἀνέγραψαν, οὐδ᾽ ἀνέθηκαν ἐν τῷ ἱερῷ· ἕτερα πολλὰ καὶ ἄτοπα γράψαντες, ἃς οὔτ᾽ ἀγνοῆσαι δήποθεν, οὔτε γνόντας εἰκὸς ἦν ἀποκρύψασθαι.

In Testimoniis de Arriano.

Stephanus *in voce* Ἀθῆναι.

Ἔστι γὰρ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ χωρίον Ἀθῆναι, ὡς Ἀρριανός· ἔστι δὲ ἱερὸν αὐτόθι Ἑλληνικόν.

In voce Ἴστρος.

Ἴστρος ἐν τῷ Πόντῳ· Ἀρριανὸς δὲ Ἰστρίαν, ὡς Ὀλβίαν αὐτήν φησι.

In

In voce Κοτύωρα.

Κοτύωρα, κώμη περὶ τῷ Πόντῳ ὡς Ἀρριανός.

In voce Λαζοί.

Ἔστι δὲ χωρίον ἐν Πόντῳ παλαιὰ Λαζική, ὡς Ἀρριανός.

In Testimoniis de Nearcho.

Photius *in Bibliotheca.*

Καὶ αὐτὸς μὲν [Ἀλέξανδρος] ἐξ Ἰνδῶν ὑποστρέφων, διὰ γῆς ἐποιεῖτο τὴν ἐπάνοδον. Νεάρχῳ δὲ στρατείαν παραδοὺς, ἐπέτρεψε τὴν διὰ θαλάσσης πορείαν· καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης στρατόπεδα περὶ Καρμανίαν. ἀπὸ Καρμανίας δὲ Ἀλέξανδρος ἐς Περσίδα· Νέαρχος δὲ ἐς τὴν Σουσιανῶν γῆν ἐπετράπη ἀποπλεῖν, καὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς. Καὶ διαλαμβάνει τὸν τοῦ Νεάρχου περίπλουν Ἰωνικῇ φράσει ἡ ἐπιγραφομένη αὐτοῦ ἰδίως Ἰνδική.

In Testimoniis de Marciano.

Stephanus *in voce* Βρεττία.

Καὶ ἄλλοι οὕτω διὰ τοῦ π, Πρετανίδες νῆσοι, ὡς Μαρκιανὸς καὶ Πτολεμαῖος.

In voce Νικόπολις.

Νικόπολις, πόλις Ἠπείρου, ὡς Μαρκιανός.

In Fragmentis Artemidori.

Appendix Proverbiorum Græcorum è Vaticana Bibliotheca.

Ἀρτεμίδωρός φησιν, ὅτι Φίλιππος ἔκτισε πονηρῶν πόλιν καλουμένην, ἐν ᾗ πάντας τοὺς πονηροὺς κολάζων καθείργνυεν.

Tzetzes *ad* Lycophronem.

Αἱ δὲ Γυμνήσιαι αὗται νῆσοι περὶ τὴν Τυρσηνίαν εἰσί· μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Ἀρτεμίδωρος.

In Annotationibus.

P. 47. Post notam ad p. 37. v. 10. insere: Vers. eod. Καὶ Σμύρνα ἐν ᾗ Ὅμηρος ἦν] Καὶ Σμύρνα ἐξ ἧς Ὅμηρος ἦν legit L. Allatius in libello de patria Homeri, p. 191.

P. 65. Post notam ad p. 8. v. 1. adde: V. 8. Νεοχμοῦ τοῦ ὕδατος] Hic τὸ νεοχμοῦ ὕδατος est *aqua statim hausta*, ἀρυσθέντος ὕδατος. *Scalig.* ad *Theocr.* p. 1.

P. 69. Post notam ad p. 14. v. 1. appone: P. 16. v. 9. Ἱματισμὸς διάφορος, ἁπλοῦς] Deleta interstinctione interpretandum reor, *& vestis simplex varii generis*, id est, ut hæc illum, alia alium colorem haberet. *Cuperus*, Observ. lib. 2. c. 12.

P. 70. Notæ ad p. 24. v. 22. adjice: Legendum μέχρι τοῦ κατὰ Ἄστα καὶ τοῦ πέραν. Hoc enim dicit; ejus regionis à Sinu Barbarico ad id Barygazorum promontorium, quod est juxta Asta & ultra, præternavigationem esse stadiorum trium M. Ita [& pag. seq. v. 15.] non dubito quin Arrianus τὸ περὶ Ἄστα καὶ πέραν scripserit. *Rutgers.* in Var. lect. l. 1. c. 14.

P. 71. Post notam ad p. 34. v. 4. adde: P. 34. v. 5. Τερονεῖται] Lege ἐριονεῖται, licet πτερονεῖται olim emendabamus. Jam enim nullum mihi dubium est, quin accipiendum sit de pinnino vellere: quare ἐριονεῖσθαι nihil aliud erit quam in modum lanæ neri. *Salmas.* ad *Tertull.* de Pallio, p. 218. Idem in versu mox sequenti legit Ἀοεριχερέπιδες.

P. 84. Post notam ad p. 9. v. 22. insere: P. 12. v. 1. Εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥεῖ] Græcorum antiquissimi existimarunt Istrum in Adriaticum pelagus exire.

ERRATA.

TEstimoniorum ad Hann. versu ult pro *præfatione* lege *dissertationibus*. Scylacis p. 20. in var. lect. v. 3. pro Ἀθλιωσίων lege Ἀθλιωσίαν. Pag. 22. in var. lect. v. 6. dele, *Sic legendum, vulgo est* Μύκολος. *Voss.* Pag. 35. in versione, v. 3. adde, *post Lixum Crabis fl. cum portu.* Pag. 36. in Var. lect. v. 1. lege Ἀχαίων. Pag. 39. in textu, v. 12. lege Χελιδόνιαι. Arriani peripl. P. Eux. pag. 12. in Var. lect. lege Σάννιγαι. Arr. per. Maris Erythr. p. 24. in var. lect. v. 4. pro Ἀσάκαμπτα lege Ἀσάκαμπρα, & v. ult lege Ἀσακάμπραν Pag. 25. in textu, v. 15. pro πρὸς lege πρό. Pag. 37 in textu, v. 19. pro εἰ δὲ ταῦτα δοκοῦντες lege οἱ δὲ καραδοκοῦντες. In var. lect. v. 3. pro τέλος τι lege εἰς τέλος τι. v. 5. pro διείρυτι lege διαίρυτι. Testimoniorum ad Marcian. pag. ult. pro Τίγρεις lege Τίγγις. Marciani p. 24. in versione, v. 23 pro *Arabico* lege *Arabio*. Pag. 34. in textu, v. 30 pro Γετῶν lege γε τῶν, & in versione dele *Getarum*. Pag. 39. in var. lect. v. 4. pro Μηραλία lege Μηλάρεια. *vide Steph. in v.* Βῆλος. Pag. 46 in versione, v. 17. pro [*e &*] *gntibus* lege [*&*] *gentibus*. Pag. 55. in versione, v. 13. pro *fluvii* lege *sinus*. Pag. 66. in var. lect. v. 1. lege λόγιοι Pag 71. in versione, v. 13. pro *adversa* lege *obversa*. Annott. p. 71. v. 17. pro *fama* lege *famam* Pag. 77. v. 30. lege *Mediolanium*. Pag. 80. v. 1. lege ποταμοῖο. In *indice primo*, pro *Leones Arabi aqu.* lege *Leones Arabia quales.*

F I N I S.